



20

184

DV 2163

METHODVS SEV RATIO COMPEN-

diaria cognoscendi ueram solidamque medicinam,
ad Hippocratis & Galeni scripta rectè intelligen-
da mire utilis, tot nunc in locis aucta, & emenda-
ta, ut quasi de nouo, postremùm tamen edita
esse uideatur,

LEONHARTO FVCHSIO medico,
& Scholæ Tubingensis professore publico autore.

Accesserunt huic de usitata huius temporis cõponen-
dorum miscendorumq; medicamentorũ ratione li-
bri tres, multo quàm antea unquam auctiores &
castigatiores, eodem Leonharto Fuschio autore.



PARISIIS

Apud Iacobum Dupuys, sub insigni Samaritanae,
in uico D. Ioannis Lateranensis.

Cum priuilegio Regis, & Cæsareæ maie-
statis, ad quinquennium.

1 5 5 0.

PRIVILEGII CAESAREI

Regijque summa.

CAVTVM est Iacobo Dupuys Bibliopola Parisiensi, Caroli V. Imperatoris semper A. & Henrici II. Galliarum Regis Christianis, priuilegiis, ne quis intra quinque annos proximos ex Idib. Augusti an. 1550. hos Leonharti Fuschij Tubingēsis scholę professoris medici publici libros, METHODVM seu rationē cōpendiariā perueniendi ad veram solidamque medicinam, & DE VSITATA huius temporis componendorum miscendorumque medicamentorum ratione libros tres, temere in ditione imperatoria aut regia iniussu dicti Iacobi aut imprimat aut vēdat, interminatione confiscationis id genus voluminum contra principalia interdicta impressorum, & multę arbitrarię: vt apertē in diplomatis ea de re apud vtrunque principē disertē conceptis videre est.

Imperatoris edicto subsignabat Ioannes Obernburger: Regis uerō Guyncau, presente V. C. Ioanne Iacobo de mesmes, libellorum magistro in Prætorio.

UNIVERSITÄTS- UND
LANDESBIBLIOTHEK
DUSSELDORF
V 2817

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO, D. COSMO Medices Thufcorū Duci, singulari studiorū Meccenati & patrono, domino suo plurimum colendo Leonhartus Fuchsius medicus S. P. D.



*Q*uam mecum illustriss. princeps animo reputarem plurimum quidem referre, ut quis à suis principijs ad elementis artem aliquam recte discat, statim ab eo tempore quo aliquid in publicum edere decreui, de

quadam methodo que artis nostre principia quam brevissimè ac rectissimè traderet, & qua bene edocta maturius ad præstitutam metâ medicina inveniati pervenire possent, concinnanda, cogitare cœpi. Ut enim, quoad fieri potest, studia nostra maturemus, vita humane brevitatis nos cogit. Quod etiam divinitus excitatatus Hippocrates ille innuere voluit, dum riv. *Plurimum referre ut quis à suis principijs ad elementis artem aliquam recte discat.* esse dixit. Quum itaque hoc potissimum nomine, multisque aliis de causis, in omni disciplina methodi principia & elementa docentes sint utiles, in medicina certe non tantum utiles, sed & necessaria, propter summam eius difficultatem immensitatēque, sunt. Nam si quis hanc secum mente repetat, ac cum reliquis disciplinis conferat, *M. die n. a. d. f. u. l. t. a. s.* lam sanè que plurimum rerum, quam hæc ipsa, cognitionem desiderat, inueniet. Ut enim reliquarum

ā ū
FF 101 OI m h r B

EPISTOLA

artium, grammatices nimirum, adeoque linguarum, græcæ potissimum ac latine, sine quarum peritia si quis medicinam tractare parat, is mehercle sine pennis uolare, & quod dicitur, in aëre piscari nititur: item dialectices, geographia, astronomia, & in summa mathematum, ac totius philosophiæ (quibus omnibus medicina plurimum eget) adiumenta præteream: nõne principio totius physiologiæ, hoc est tractationis de corporis humani natura, medicum peritum esse oportet? quod scilicet citra huius absolutam cognitionem frustra aut sanitatem tueri, aut morbos profligare contendet. Quomodo enim, per Deum immortalem, quicquam horum præstabit qui elementorum humani corporis commistionem, & quæ hanc ipsam sequuntur temperamenta, ac humorum uarietatem, præterea totius corporis structuram atque fabricam, adeoque uniuersam anatomes rationem ignorat? Ut autem de cæteris taceam, nõne una anatomes exquisita cognitio peculiarem propemodum hominem requirit? Quod facile nobis concedet, qui illius immensitatem paulo altius secum repetet. Quot enim sunt in homine ossa, quamque uarij eorum connexus, quot sinus, quot tubera? quæ singula cognoscere medicum oportet. Quod si musculorum expendas rationem, quàm multiplicem illorum tum numerum, tum formam esse deprehendes? Progressus ad reliqua corporis uiscera, quantam & quam mirificam horum structuram, quàm multifarias actiones esse conspicias? ut certe in iis omnibus perdiscendis non parum sit sudandum medico. Post hæc ut singulas causas quæ naturam

Anatomes
inmensitas.

272-10-11-12

NVNCPATORIA.

turam hanc & fabricam humani corporis mirificè ^{Cause confer-}
 constructam conseruant, ad amussim calleat medicus, ^{na: rices natu-}
 est necesse. Quid enim prodesset cognitam habere na- ^{re humana.}
 turam, & uniuersam humani corporis fabricam, nisi
 etiã qua ratione hanc ipsam conseruare factã rectã li-
 ceat, simul illi perspectum esset? Aëris itaque diuer-
 sas constitutiones, ac mutationes sanè multiformes, ^{A 12}
 omnium item ciborum & potuum facultates, adeo-
 que uniuersam uictus rationem, non leuiter & obi-
 ter, sed exquisitè admodum teneat oportet medicus.
 Et ut motus & quietis, somni item & uigiliarum,
 excretionum ac retentionum multiplices modos, ani-
 mique perturbationum rationem silentio transeam-
 mus, quanta est hodie ciborum quibus quotidie uti-
 tur homines, copia & uarietas? Quorum omnium nisi
 perfectam notitiam consecutus fuerit medicus, non
 est quòd hominis naturam, rectissime etiam compa-
 ctam, conseruare queat. Quàm leuia enim sepe in ci-
 bo assumendo delicta, humani corporis probam cõpa-
 gem dissoluant, sanitatemque ipsam turbent, tum Hip-
 pocrates ipse multis in locis abunde testatur, & quo-
 tidiana experientia confirmat. Nisi igitur hac in par-
 te aliquid in se posse desiderari medicus patiatur, ut
 quicquid usquam apud probatos autores, Galenum
 præsertim, de alimentorum facultatibus scriptum est,
 probe calleat, necessum est. Neque tamen satis est
 ut medicus ea quæ sanitatem conseruant, perspecta
 habeat, nisi una etiam quæ hanc destruunt ac de- ^{Destruentia}
 moluuntur, cognoscat. Atque hic statim sese produnt ^{humanam na-}
 multiplices sanè cause quæ elementorum concordiam ^{turam.}

EPISTOLA

Morborum
in finitus nu-
merus.

Obiectio di-
lucuta.

dissuunt, sanitatem turbant, ac omnis generis morbos
pariunt, quas nisi omnes cognitās habeat medicus, ut
unquam feliciter curet, fieri non potest. Morborum au-
tem quum non tantum trecenta, iuxta Plinij senten-
tiam, sint genera, imò infinitus potius numerus, quo-
rum nullum latere debet medicum, modò iis sua ad-
hibere remedia uelit: quantis hic illi laboribus opus
sit, nemo non intelligit. Nam ut singularum stirpium
non solum nomina, sed & temperamenta atque fa-
cultates exactè teneat oportet. Neque ut has ipsas tā-
rùm cognoscat satis est, nisi etiam metallorum, lapi-
dum, gemmarum, terrarum, & eorum quæ ex ani-
mantibus, mari, & aquis proueniunt, breuiter uni-
uersæ materiæ medicæ peritiā nō uulgaris ius accedat.
Quippe si in manuariis illis artibus omnes eum ridē-
dum esse artificem censent, qui artis cuius se peritum
esse iactat, materiam non satis perspectam habet, quā-
to magis eum ridebimus medicum, qui materiam pro-
figandorum morborum prorsus ignorat? Quum itaq;
tot & tantarum rerum peritiā ornatum esse oport-
teat medicum, quid mirum omnis eruditionis oceanū,
rerūque humanarum peritissimum uatem Homerū
in hæc prorupisse uerba, *ἴστρος γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιον
ἄλλων*. Et rursus alio in loco, *ἴστρος δὲ ἰσιγύμωνος περὶ τῶν
τῶν Ἀνθρώπων*. Sed desinā tandem, quum incredibilem
magnitudinem ac difficultatem medicinæ non prorsus
exprimere, sed dicendo tantum adumbrare hoc loco
constituerim: ideoque earum rerum quarum cognitio
medico est necessaria, capita tantum attingere uolui.
Nictamen non defuturos scio ueteris inscitia propu-
gnato-

N V N C V P A T O R I A .

gnatores aliquot, temerarios sanè & stultos homines
 qui se strenuè ius quæ iam comemorauimus opponèt,
 affirmâtes, plurimos hodie reperiri, qui quû nec ana-
 tomes, nec stirpium, in summa ferè nullius rei prius à
 nobis recitata notitiam habeant, in numero tamen
 medicorum haberi, passimque in urbibus medicinam
 facere, plurisque fieri à maxima populi parte, quâ eos
 qui prædicta omnia maximis didicere sudoribus. Qui-
 bus certè quod respondeam in promptu est, nempe mi-
 rum non esse hæc fieri, quando olim etiam repertus sit
 asinus, qui tectus leonina pelle uideri leo uoluit. Inter
 pulcherrimas etiâ segetes lolium sibi locum esse uult:
 & nullo non tempore factum esse constat, ut nõ ij qui
 melius artem callerent, sed qui adulari aptius noue-
 runt, magis in precio fuerint. Quid igitur mirû si im-
 periti quidam, ut multis fucum faciant, hodie sibi me-
 dici nomen arrogent? Fuerunt etiam olim quampluri-
 mi, qui quum nihil minus essent quâ medici, tamè in
 hoc honestissimo ordine haberi & cenferi uoluerunt.
 De quib. utiq; cû falso sese profiterètur esse medicos,
 ita, haud certè temere, Plinius scriptû reliquit. Discite
 periculum nostris, & experimèta per mortes agût, me-
 dicoq; tântû hominè occidisse summa impunitas est. Nâ
 quod dicit discite, satis apertè ostèdit se nõ de iis loqui
 medicis qui artè sunt edocti, eaq; cû laude & dignita-
 te exercèt, sed de iis potius qui hæc medèdo addiscere
 conâtur, quorû certe Pliniû seculo, Romæ maxima erat
 copia, adeò ut Cato etiâ coactus sit hoc perditissimorû
 hominû ac pessimorû nebulonû gen^o ex urbe edicto pu-
 blico eijcere. Quâ itaq; iniquè sese medici titulo hoc ho-
 minû gen^o ornet, tot mortes ac cædes quas quotidie fa-

Plini de pseu-
 domedicis di-
 ctum.

EPISTOLA

ciunt, pulchrè ostendunt & declarant. Reperti quo-
 que sunt olim qui eadem temeritate iurisperitorum
 titulum sibi arrogare ausi sunt. Nam quum initio pru-
 dentissimi quique tantùm publicè de iure responderèt,
 tamen post accidit, ut quicumque studiorum suorum
 habebant fiduciam, et si magna ex parte inanem, idem
 facerent, ac in contemptum sanè abiret indoctorum
 multitudine prudentiũ autoritas, donec optimus im-
 perator Augustus, ut autor est Sextus Pomponius,
 coactus est proposito edicto cauere, ut nemo deinceps
 citra ipsius auctoritatem & permissum respondere au-
 deret. At qui instabant rursus, ac suæ inscitia hoc
 modo patrocinari pergent. Non temere, inquit,
 se medici titulo ornant, quòd nonnullos pristina sani-
 tati ab ipsis esse restitutos constet. Nihil autem mirũ
 quum sibi ignotis præsidia cupiam subuenire conan-
 tur, interdum optatum finem consequi, præsertim cũ
 ad imitationem medicorum curare tentant. Nam ex
 crebra sagittarum iaculatione non perspectum scopũ
 aliquando etiam cæcus attingit. Quapropter etsi in-
 terdum sanent, id tamen casu, non ratione aliqua ac-
 cidit, & quidem rarissimè. Sunt q̄; hoc nomine, quòd
 artem periculosam, quam nunquam rectè didicerunt,
 exercent, odio omnium digni. Et utinam Imperatori
 etiam nostro Carolo deus optimus Max. eum largia-
 tur animum, ut edicto aliquo caueat, ne diuinitus do-
 natam artem nostram, indoctis iis hominibus ita pol-
 luere ac cõtaminare liceat. Nulla est bene cõstitutã ci-
 uitas, in qua liceat ephippiatro, cerdoni, & uilissimo
 cuiq; ministro exercere artẽ suã, cuius specimẽ aliquod
 quod

N V N C V P A T O R I A .

quod omnibus in arte illa excellentibus satis faciat, nõ
 ediderit: & medicis se proficētibus omnib. libertas fa-
 ciendi medicinam datur, etiam indoctissimis circumfo-
 raneis, & quibus peritorum hominũ & publicarum
 scholarũ iudicio hoc minime est concessum? sed ut tan-
 dem eò unde digressi sumus redeamus, quum propter
 incredibilem magnitudinem & difficultatem, quam
 nunc utcunque adumbrauimus, medicinæ præ omni-
 bus aliis artibus opus sit aliqua methodo, quæ breui-
 ter singula illa quæ medico cognitu sunt necessaria, cõ-
 plectatur, idcirco statim post editum primum à me li-
 bellum de erratis medicorum inscriptũ, de compendia-
 ria aliqua conscribenda methodo cogitauit, unde medi-
 cæ professioni iniitiat, prima artis rudimenta commo-
 dè & feliciter haurirent, potissimum quum inter ue-
 rerum, quæ hodie saltem extant scripta, eiusmodi me-
 thodum quæ legitima ratione elementa & principia
 medicinæ traderet, nullam planè inuenirem. Hoc igitur
 nomine impulsus, isagogen, uniuersæ medicinæ
 summam ac ueluti capita complectētem, & unde tan-
 quam è locis communibus singulas artis res petere pos-
 sent studiosi, cõscribere cæpi. Nam quum principia &
 primi aditus, Platone etiam philosophorum principe *Principia &*
 teste, difficillimi esse consueuernt, præstat compēdia- *primi aditus*
 riam aliquam esse methodum, quæ singula statim capi *difficillimi.*
 ta discuntur oculis subiiciat. Sed dicit hic quispiam, *Obiectio di-*
 quãquam concedo requiri tales methodos, tamen ni- *lucitur.*
 hil opus erat te hoc etiam saxum uoluere, quũ palam
 sit inter recentiores fuisse quàm plurimos, qui eius ge-
 neris libellos cõpendio artis capita complectētes, ante

Principia &
 primi aditus
 difficillimi.

Obiectio di-
 lucitur.

EPISTOLA

te conscripserunt. Sunt enim inter eos reperti, qui suos
 factus uniuersae medicinae ἰατρικῆς inscripserūt, ut hoc
 nomine nihil ab ipsis esse praeteritum sit uerisimile.
 Negare certè nequeo multos quidem recentiorum ar-
 tis compendia scribere aggressos esse, sed quàm præsti-
 terint quod sunt conati, & quàm pulchrè ambiciosi-
 s in inscriptionibus, rerum quas tractarunt series respō-
 derit, eruditi sciunt & iudicant. Nolo enim pertina-
 citer aliorum detrahere laboribus. Hoc tamen affirma-
 re me nihil pudebit, non esse repertum ex omnibus iis
 libellis, qui mihi satis fecerit. Quū itaque ea parte labo-
 rare artem nostrā animaduertē, libellū, mole quidē
 sua pertenuem, cui titulum indidi, compendiarium &
 succinctam admodum in medendi artem introductio-
 nem, in itinere exarauī. Qui quum paulò post ab empto-
 ribus ferè totus esset distractus, multaque in eo esse
 quae mihi non ex omni parte satisfacere, animaduert-
 tissent (αἱ βωτῆραι γὰρ ἐπιπνῖδα σὸ φάρμακον) hūc retexere,
 auctioremque facere curauī. Verūm quum alteram
 quoque editionē magno applausu, & ambabus, quod
 dicitur, manibus excepissent artis candidati, adeoque
 ut paucis admodum annis tota distraheretur accidis-
 set, de tertia nobis editione cogitandum fuit. Quam ut
 gratam studiosis exhiberē, plerāque in priorē editio-
 ne nō satis explicata, mihi plenius in hac ipsa illustran-
 da fuerunt, eoque omnes cogitationes nostrae referen-
 dae fuerunt, ut talem instrueremus, quae quasi nouam
 indueret faciem, & ad Hippocratis & Galeni scri-
 pta expeditum praerberet aditum. Quod quum nos
 esse

Tot editionū
 causa expo-
 nuntur.

NVNCPATORIA.

esse consecutos speraremus, noua etiam inscriptione hanc ipsam editionem ornare uolumus, methodum seu rationem compendiarium ad ueram solidamque perueniendi medicinam, & ad rectè intelligenda Galeni scripta perutilem, inscribentes. At quum huius quoque editionis nulla tandem superessent exempla, ut quartam adornaremus, id ipsum etiam efflagitante typographo, coacti sumus. Quam certè, utpote postremam futuram, ita auximus ac instruximus, ut si cum cæteris conferatur, uix ab illis dignosci queat. ita iam aliam induit faciem. Quum itaque in tantam molem hæc operis pars assurrexerit, ut iusti libelli magnitudinem nunc habeat, reducam calculum, & hoc cursu contentus, alij quicumque uolet operis uices capeßere, lampada trado. Me quidem huius laboris, ut toties hunc libellum retexerem, adhuc non pœnituit, quum cõpererim uerissimum esse quod ludentes olim dicere consueuissent Plato testatur, *δωρι-
πῶν ἀειεὶ ἴστω*. Quippe quæ prima experientia parum rectè & fœliciter successerunt, secunda commodius eueniunt. Complexus autem sum in hac postrema editione omnium quæ in medici uenire cognitionem debent rerum capita, & in iis quidem, prout compendij ratio permisit, explicandis ac illustrandis, non parum operæ insumpsi, totusque in hanc curam incubui, ut fœtum hunc qualemcunque meum ita effingerem adornareque, ut ad Hippocratis ac Galeni scripta rectius intelligenda uiam quandam strueret, aditumque pararet expeditissimum.

EPISTOLA

Quod ut prorsus cōsequeremur, multa quidem immu-
 randa, multa etiam adicienda fuerunt, hocque nobis
 unice studendum fuit, ut nouā planē faciem, quod an-
 tea diximus, hæc postrema editio indueret. Qua in re
 quid præstiterimus, qui hanc editionem cum proxima
 conferre non grauari fuerint, facile perspiciet: ut ni-
 hilopus sit hoc loco nostram operam ambitiosius præ-
 dicare. Porro ut hanc ipsam studiosis redderemus gra-
 tiorē, huic methodo tres etiam de usitata huius tem-
 poris componendorum medicamentorum ratione li-
 bros, pluribus quidē in locis auctos & castigatos, ad-
 icimus. Quorum sanē primus eorūque creuit, ut reli-
 quos duos mole sua propemodum superet. Nam quum
 in proxima editione nudas duntaxat simplicium me-
 dicamentorum quæ in officinis medicorum hodie sunt
 usitata, nomenclaturas proposuissēmus: nunc ea tra-
 ctandi ratione non contenti, longius ac copiosius de iis
 egimus, & quid de iis omnibus tum medicis, tum se-
 plasariis certō sit statuendum, monstrauimus, unāque
 non paucos utriusque ordinis hominum errores dete-
 ximus. Quod sanē institutū ut interdū in prolixas ac
 contentiosas de iis rebus disputationes inciderimus,
 nobis occasionem præbuit. Quanquam id ut facerem,
 aduersariorum etiam mihi non ferendæ iniuriæ me
 impulerunt. Non itaque medicis tantum, sed & phar-
 macopolis primus liber plurimum est profuturus. Et
 si diligenter quæ in eo breuiter & perspicuè tradun-
 tur, cognoscere haud recusarint, promptè admodū in-
 ueteratos errores suos emendabunt, compositionesque
 usitatas multo quàm antea meliores efficiēt. Quod ut
 rectius

N V N C V P A T O R I A .

rectius præsent, non parum illis adiumenti Nicolaus
 Myrepsus, quem illi inepta uoce Præpositum nominat,
 nuper à nobis totus è Græco in Latinum conuersus ser
 monem, conferet. Secundo etiam libro de usitata me
 dica. compositio. nonnulla quæ in priore editione desi
 derantur, accefferūt. Tertius nullam expetere auctio
 nem nobis uisus est. Sub tui autem nominis auspicio
 illustrissime Princeps prodire hanc methodū uolui, du
 plici de causa: Vna, quòd de multorū optimorum &
 doctissimorum uirorum prædicatione te eximia qua
 dam humanitate præditum esse, ac honestus omnibus
 studiis apprime fauere, erga medicinam uerò peculiari
 ter affectum esse cognouerim. Et quidem singularem
 te omnis honestatis atque eruditionis esse Mecænatem
 eximie declaras hoc ipso, quòd scholas tuas in omni di
 sciplinarum genere excellentibus uiris undiquaque cõ
 quisitis ornare studes. Felicissimam igitur Thuscorum
 rempublicam iudico, quæ te Principem tã prudentem,
 tãmque salutarem, omnibûsque uirtutibus ornatissi
 mum, diuino numine consequuta sit. Ac faxit Deus o
 ptimus maximus, ut populus tibi cõmissus quàm plu
 rimis adhuc annis tam salutari Duce frui possit. Alte
 ra inscriptionis causa hæc est, quòd impium me planè
 & rationis omnis expertem esse iudicari, nisi aliqua
 saltem ex parte animi mei erga celsitatem tuam gra
 titudinem declararem, ut qui me iam aliquot annis,
 oblato amplissimo eodẽmque honestissimo annuo sex
 cõtorum coronatorū stipendio, ut in Pisana tua schola
 publicè medicinam docerem, hominem nimirum Ger
 manum, & quem oculis nunquam conspexisti, tã hu

Nuncupatio
 nis causa.

EPISTOLA

maniter multis modis inuitaris. Quod quum hactenus paucis admodum, aut ferè nullis Germanis contingerit, ut ex superiori Germania in Italiã eruditionis omnis alumnã, in tãtam spem uocarentur, par est me eò exhibere erga eximiam tuam humanitatem gratiorem, quò me in magis conspicuo loco esse uoluisti. Non possum autem meam alia ratione, hoc præsertim tempore, erga celsitatem tuam testari gratitudinem, nisi chartaceo hoc meo qualicũque munere. Mola quippe litant salsa, qui thus non habent. Sentiebam etiam simul mihi datã esse occasionem sanè optimam, ut me cur minus tuis postulatis gratificari potuerim, honestissime excusarem, & ut optimi & charissimi amici D. Andreæ Vesaliũ, uiri optimis quibusque disciplinis instructissimi, ac linguæ utriusque, Græcæ & Latine, medicinæque, eius potissimum partis quam anatonem appellam⁹ (in qua, ut ingenue quod res est fatear, Galenũ ipsum longè superauit) peritissimi, fidem apud te liberarem. Nihil enim uirum hunc in officio suo deliquisse aut cessasse, sed mandata tua diligenter & fideliter esse executum, tibi planè persuasum habeas. Nam crebris hortationibus, imò non raro additis etiam conuiciis, me ut uisã proficiscerer, impellere conatus pro uirili est. Quod ad me quidem attinet, fuerunt sanè multe, hæque grauissimæ causæ, quæ me cur hoc ipsum quod à me tuo nomine impetrare uir ille summo studio annexus est, præstare non potuerim, impediuerũt. Quas quum omnes Vesalio amico & fratri nostro charissimo prolixè per epistolam exposuerim, nihil attinet easdem hoc loco repetere. Tales autem ac tantas esse

Andreas
Vesalius.

P V L I N V N C V P A T O R I A . 7 A

esse confido, quæ me honestè non tantum apud te, ue-
rum etiam alios omnes ita excusabunt, ut nemo subin-
de me tanti Principis fauorè superbè reiecisse credat.
Reliquum igitur est Illustriss. Princeps, ut munusculū
hoc chartaceum meum, tanquam mei erga te amoris,
obseruantie, & gratitudinis testem, hilari fronte ex-
cipias, & me virtutum tuarum fore assiduū praco-
rem, tibi prorsus persuadeas. Bene uale. Tubingæ septi-
mo Calē. Martij. Anno salutis nostræ. M.D.XLViii.

AVGERIVS FERRERIVS

Tolosus medicus, Le. Tori.

Veteres omnes & recentiores qui optimam studendi rationem nobis explicarunt, inter cetera praecepta hoc in primis dederunt, ut à compendiis & isagogis auspicaremur, quibus tâquã manu duceremur ad disciplinas & artes quas initio parandas nobis proposuerimus. Habēt enim disciplinae omnes in fronte obscuras quasiam nubes, & praedestas tenebras, quibus nondum initiati deterereantur, & saepenumero desperent ad internã & remotissimã illam lucem pervenire; & nos primò animo cõcipimus artis eius quã probamus & sequimur, ideã quandam re ipsa & amplitudine & difficultate longe maiorem. Quo fit, ut cum omnes homines scientias collaudent, & rerum cognitione delectentur, paucitãm sint qui fruãtur illarũ possessione. Repelluntur quippe multorum ingenia primis illis obscuritatibus, & in ipso vestibulo confunduntur vasta illa idea quam animo cõprehenderūt. Quibus malis praesentissimũ remediũ est, cõpeditio artificialibusque methodis totius artis summã exprimere, summariãque illa descriptione rucitũ animos informare. Sic enim fiet, ut portentosa illa idea paulatim deficiat, & tenebrae dehiscant, ipsaque iã propinqua lux appareat, quã prius remotissima videbatur. Quod eũ in omnibus artibus locũ habeat, sic in medicina potissimũ desideratur, cũ nulla sit ars quã maiore requirat rerũ cognitionem, quã circa magis difficilia versetur, quã rudēs animos celerius repellat, quã methodos, introductiones, & cõpendia, tũ discendi, tũ memorandi causa magis postulet. Sed in cõpendiis & isagogis sicut & in rebus aliis delectum adhibere convenit. Circumferuntur enim Arabum & barbarorũ medicorũ introductiones, & summae, quã caliginẽ potius inducãt, quã lucẽ afferant. Sed nec introductio Galeno falso inscripta satisfacit: quòd paucissima artis capita attingat, atque ea ferè sine methodo. Vnus Leonhart. u. Fuschius quod quaerimus: hoc cõpeditio praestitisse videtur, ita fide, facili atq; & diligentia, ut nihil iure desiderari possit, siue quod viã ad Galenũ purissimũ medicinae fontem parci spectes, siue etiã quòd eos qui in Galeno satis diligenter versari sunt, confirmet, in moriam angeat, iudiciũ roborat. Vale.

I

METHODVS SEV RATIO COMPENDIA- ria perueniendi ad veram solidamq; medicinam, Leonharto Fuchſio me- dico authore.

Medicine origo, incrementa, & præſtantia.

CAPVT I.



Votquot vnquã à mūdo con-
dito vixerunt homines, vno *Medicine or-
go diuina.*
omnes ore ac consensu medi-
cinę initia Diis immortalibus
adſcripſerunt. Nam vt à Mo-
ſe, *Mofes.* omnium eorum qui extant

hebræo ſcriptore antiquiſſimo, exordiamur,
hic quidem Geneſeos capite primo, Deum o-
ptimum Max. herbas, ſtirpes, animantia, & a-
lias res omnes quibus in hodiernum vſque
diem ad tuendam ſanitatē, & propulſandos
morbos vtimur, condidiſſe è nihilo diſertè
tradit. Moſis veriſſimi vatiſ ſententiã Ie-
ſus Syrach, inter Hebræos vir pietate, prudē-
tia, & rerū varia cognitione, diuinoque ſpiri-
tu præditus, cap. 38. ſui libri cõfirmat, vbi ita
ſcriptum reliquit.

*Τίμα ἰατρον πρὸς τὰς χεῖρας τιμᾶς
αὐτοῦ καὶ γὰρ αὐτὸν ἔτιον κήριος· ἀρετὴ γὰρ ἐπιτεθῆναι ἰα-
τροῖς, καὶ ἀρετὴ βασιλέως λήψαι τὰ δόματα κήριος ἔτιον ἐν γῆς*

METHO. PERVENIENDI

φάρμακα, ἢ αὐτῶν ἀποκρίματα ἐν τοσοῦτοις αὐτοῖς ἰατροῦ δὲ
 ῥέον, ἢ γὰρ αὐτῶν ἰατρικῶν νύκτας.

Affice medicū suis honoribus, vt vsu exigente vti illo queas. Hūc enim creauit dominus. Medicina ab altissimo orta est, & à rege accipiet munera. Dominus è terra condidit medicamenta, & vir prudens non contemnit ea. Cede locum medico, dominus enim creauit illum. Hæc ille.

*Medicina dei
 manus.*

Statuēdum itaque planè erit Medicinam Dei munus esse, in eoq̄ue creatam, & missam in terras, quò virium nostrarū imbecillitatem aliquantisper sustentemus. Ea igitur, quum vsus poscit, ita vtamur, vt agnoscamus nō humano cōsilio, sed diuino beneficio vitæ prorogandæ esse proposita remedia. Verūm non sacræ tantūm literæ palàm docent Deum & remedia proposuisse, & medicos condidisse, sed etiā profanæ. Græci siquidē, apud quos

*Apollo medicinæ
 inuentor.*

primūm exulta est medicina, Apollinem Deum eius fuisse inuentorem tradunt: neque id sanè temerè. Primus enim Apollo herbarū ac medicinæ vsūm, antea prorsus neglectū, inuexit. Græcorum de medicinæ origine sententiam secuti sunt etiā Latini scriptores, qui itidē Apollinē eius fuisse inuētore memo riæ prodiderūt. Hinc est quodd inter Latinos poëtas Ouidius Apollinē ita loquentem, & medicinæ inuentionē sibi arrogātem faciat.

Lib. I. metamorph.

» Inuētum, inquit, medicina meum est, opifexque per orbem

Dicor,

„Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.
 Post Apollinē, medicinam adhuc rudē & in-
 erterem, ab Apolline patre institutus, paulo
 subtilius Aesculapius excoluit. *Aesculapius*
 Qui quum & ipse multa subinde inuenerit, factum est vt à
 nōnullis inter primos etiā medicinę inuēto-
 res numeratus sit. Relatus verò & ipse pro-
 pter insignem hoc tempore medicinæ peri-
 tiam, in Deorū numerum. In ea enim sic ex-
 celluisse fertur, vt mortuum Hippolytum, &
 Androgeum Minois filium ab Atheniēsisibus
 interfectū ad vitā reuocauerit: quod Propertius
 iis carminib⁹ significare voluit, inquit:

„Et Deus extinctū Cresis Epidaurius herbis

„ Restituit patriis Androgeona focis.

Necnon Q. Serenus Samonicus, de Aescula-
 pio inter cætera sic scribens.

„ Tūq; potens artis, reduces qui tradere vitas

„ Nosti, atque in cœlum manes reuocare sepul-
 tos,

„ Qui colis Aegæas, qui Pergama, quique Epi-
 daurum.

Iisdem quidem temporibus, ob quarundam
 herbarum peritiam claruit Chiron Centau-
 rus, Thessalus. in Pello enim Thessalię ciuitate
 habitauit, Saturni & Phyllirę filius, Achil-
 lis præceptor ac pædagogus. Hunc autē mul-
 tarū stirpiū habuisse notitiā, Centauriū her-
 ba abudē restatur, vt quę ab ipso in hodiernū
 vsq; diem nomen retinet. Proinde quum illū

*Chiron Cen-
 taurus.*

*Centaurium
 unde dictus.*

METHO. PERVERNIENDI

aliquot herbarum ac medicamentorum habuisse peritiam cōstet, factum est vt à Plinio, aliisque multis, medicinam inuenisse creditus sit. Sunt verò qui non solum Aesculapio cōtantum, sed & eius fuisse præceptorem tradant. Aesculapio duo fuisse filij perhibentur, ambo medici, Podalirius & Machaon, qui bello Troiano ducem Agamemnonē secuti, non mediocrē opē cōmilitonibus suis attulerūt, & ob id Homericō carmine laudati sunt. ita enim de iis scriptū reliquit Homerus.

Podalirius & Machaon.

Iliad β.

Ἴτιν ἄνδ' ἠγείδων ἀσκήπιον δῖο παῖδι,
ἰντῆς ἀγασθῆ, ποδάλιριος ἦδ' Ἰ μάχαων.

Quos versus Eobanus noster Heflus in eum reddidit modum.

- „ Quos duo ducebāt fratres, phœbīq; nepotes,
- „ Patre Coronida, præstantes arte medendi,
- „ Belligerīq; ambo, Podalirius atq; Machaon.

Hos tamen Homerus, antiquissimus vates, non in pestilentia, neque in aliis morborum generibus aliquid attulisse auxiliij, sed vulneribus tantummodo ferro & medicamentis mederi solitos esse, asserit. Ex quo apparet, has partes medicinæ solas ab iis esse tentatas, easque esse vetustissimas. Illorum itaque temporū obseruatio, Chirurgiæ magis initiū dedisse videtur, vt quæ sensui sit propinquior, & proinde cognitu facilior, ac inuentione prior. Quæ admodū igitur Empiria pleisque aliis initiū fecit, ita medicinam ab ea cœpisse

Chirurgiæ inuentio.

Empiria

cœpisse par est, eamque variè primùm extirpasse, dum alia è similitudine animalium sumpta, alia casu ac fortuitò deprehensa, deinde frequentata, & aucta subinde, initium huic parti artis fecerunt. Sic & ab oraculis multifariam petita medicamenta, idque ad tempora vsque Pliniana, ab aliis postmodùm usurpata sunt: quibus postremò seruatis, ac in monumenta redactis in immensum creuit Empiria. Atque hinc est quòd medicinã Aristoteles in libro quæstionum naturalium, cuius index est de animalium proprietate, in ipso statim principio ait sparsim esse inuentam à diuinandi peritis in hominũ cõuentibus, & casu, vel somnio, vel vaticinio, vel demonũ inuocatiõne, vel huiusmodi alio modo: quæ omnino de experimẽtrice eius parte dicta fuisse oportet. Vnde nõ iniuria habita est primũ hæc ars inconstans, vt quæ sæpius mutata sit, quòd experimenta nulladum ratione stabilita, parũ fida plerunq; essent, & idcirco ab vno ad alium sese modum transferendi, sectatoribus suis occasionem subinde præberet. Hæc fuit antiqua medicina, quæ licet diues experimẽtis esset, nondũ tamen morbis omnibus succurrere poterat, quòd inquisitionis nouorũ præfidiõrum ratio nulladũ haberetur, & causæ rerum, initium illi præbentes, adhuc nescirentur. Cæterũ sunt qui apud Aegyptios medicinam repertã esse velint, imò ipsi à se primũ profe-

Lib. 29. ca. 1.

Experimenta
vix incerta.Cur apud
Aegyptios ve

METHO. PERVENIENDI

perta esse me-
dicina creda-
tur.

Odyss. Δ.

ctam esse affirmant: quod non alia de causa
fit, quàm quòd præter herbas, alia quoq; me-
dicamēta illic in vsu fuerint. Quod sanè Ho-
merus iis est testatus versibus.

», Ἀργυρίῳ τῷ πλείστῳ φέρῃ Σιδωρος ἄρονρον

», φάρμακα, πολλὰ μὲν ἰσθλα μίμνυμιναι, πολλὰ δὲ λυγρὰ.

Hos quidam ita conuertit.

Fertilis Aegyptus rerum medicamina mista,

Optima multa, simul deterrima plurima, pfert

Hæc itaque medicinæ fuisse initia satis con-

stat, quæ dein Aesclepiadæ non parū auxerūt,

ac posteris veluti hæreditariò accepta tra-

diderunt. Horum autē studio ea pars medici-

næ inuenta est & accessit, quæ morbos intus

latentes curat, quæque inquisitionem maiore

difficilioremque, neque statim ita obuiam ha-

bet. Hanc quidem medicinæ partem, aliquo-

usque in densissima nocte latetem, Hippocra-

tes genitus in Co insula, in primis clara &

valida, Heraclidæ Phaneretesque filius, om-

nium quotquot ante se fuerunt medicorū fa-

cilè princeps, primus apud Græcos in artem

redegit, ac ferè consummatam in lucem reuo-

cavit. Quæ hætenus diximus, Soranus Ephe-

», dilucidè iis verbis expressit. Medicinam, in-

», quiens, Apollo quidem inuenit, Aesculapius

», amplificauit, Hippocrates perfecit. Hippo-

», cratem secutus est Diocles Caristius, Pra-

», xagoras, Chrysiippus, & huius discipulus Era-

stratus

Incrementa
medicinae.

Ratio-
nalis
medicinae.

Hippocrates.

Diocles.

Chrysiippus.

fistratus, Aristotelis filia genitus, & alij quorum infrà in capite defectis medicorū mentionem faciemus. Post hos omnes ab Hippocrate quidem elapsis annis sexcentis, tandem Galenus, doctissimus Hippocratis interpres, fecutus est, vir nedum in medicina, verum etiam omnibus aliis disciplinis excellentissimus. Nam vt palàm monumenta eius, quæ varia & multa posteris reliquit, testantur, nullū prorsus doctrinæ genus fuit, quod ille nō exquisitè tenuerit. Præter cæteras tamen artes Medicinā vnicè excoluit. Nec dubiū est quin Galenus à deo sit excitatus, vt dissipatā iis tēporibus medicinā repararet. Nā vt è Plinio colligitur, exorti erant tū impostores pluri-
mi, qui artē deprauabant, nō modò in faciēda medicina, quod omnibus ætatibus accidit, sed multò magis in docēdo nouas præstigias ostentabāt. Quas enim ineptias nō ptulerūt Erasistratus, Asclepiades, Themison, Thestalus, & id genus alij Sophistæ? Quib⁹ nisi se strenuè opposuisset Galenus, multis, & iis quidē prodigiosis, erroribus & mēdaciis contaminatam haberemus medicinā. Deus igitur quū & retinere artē, & cōseruare ad posteros vellet, daturus orbi terrarū excellentē artificem, Galeni excitauit ad hæc studia ingeniū, vt esset qui præstigatorū illorū, qui artis præcepta sophisticis disputationib⁹ labefactare cōtendebant, refutaret, & funditus extirparet.

*Erasistratus.**Galenus.**Galenus à deo excitatus.*

METHO. PERVENIENDI

Hic itaq; primus ea quæ apud Hippocratē erant obicura, dilucidè explicare, quæ parū difcreta ac limitata, distinguere, quæ verò defecerūt, supplere studuit. Proinde vni Galeno acceptum referre oportet, quod hodie post tot peruersorū ac planè mōstrosorū dogmatum autores, legitima ac vera artis præcepta super sint. Porro quāta sit medicinæ præstātia, vel vn° certè Homerus abūdè testatur, q̄ hāc artē lōgè pulcherrimo elogio nobilitauit, iquiēs.

Medicinæ
præstantia.
Iliad. A

ἰστέρι γὰρ ἀνὴρ πειθέειν ἀντάξιον ἄλλων.

Quod carmen ita Eobanus noster cōuertit.

» Vir medicus siquidē multis virtutibus vnus

Stipendia me-
dicorum.

» Præualet, ante alios multos.

Quod intelligentes Romani Cæsares, medicis in singulos annos amplissimum stipendiū ducenta & quinquaginta sestertia, vt Plinius est autor, pendebant, cū tamen reliquarum disciplinarum professoribus centena tantū in annum numerabant. Sed desino medicinæ laudes ac dignitatem hoc loco ostendere, quod sciam hac de re aliquot doctissimorum nostræ ætatis virorum extare orationes.

Quid Medicina, & quod sit ars, non scientia.

CAPVT II.

Hippocratis
definitio.

Medicina à variis variè est definita. Ab Hippocrate enim in lib. de flatib⁹ ita definitur. Medicina, inquit, est adiectio & subtractio. Adiectio quidem deficientium, subtractio verò eorum quæ in corporibus hominum

minum redundant. Quam sanè definitionem Galenus vndecimo Therapeuticae methodi lib. ca. 12. & aliis plerisque locis citat & comprobat, neque quidè temerè: nulla siquidem medicinae pars est, quã ista finitione non sit complexus Hippocrates. Quum enim primæ ac maximæ eius partes sint duæ, quarum altera sanitatem tuetur, altera morbos profligat: sanitatem certè præsentem, nõ nisi adiectione & subtractione seruabim⁹, omisam verò iisdem etiam recuperabimus. In libello de arte, medicinam describit esse artem quæ

” à morbis prorsus vindicat egrotantes, & morborum vehementiã obtundit, & iis qui à morbis victi sunt manum non admouet. Herophilus in hunc quidem modum medicinã definire voluit. *Herophil.*

” Medicina, inquit, est scientia salubrium, insalubrium, & neutrorũ. *Salubria.*

” verò, Galeno in libro de sectis autore, appellantur, quæ tum ad præsentem sanitatẽ tuendam, tum amissam recuperandam accommodata sunt. *Insalubria.*

Insalubria, iis cõtraria existunt. Hãc definitionẽ copiosius explicat Galenus cap. 2 artis medicæ, quo quidem in loco eã vsurpare voluit, non certè quòd illam vsquequaque probaret, sed veluti valde notam, & satis cõmodè suo instituto seruientem. Hinc est quòd in ea nomen scientiæ non propriè, sed cõmuniter, vt scilicet idem cum arte significet, accipiendum esse ibidem scribat. *Scientia propriè quid.*

METHO. PER VENIENDI

Ars quid.

*Id affirmat
fronlinus.*

*Medicina ars
non scientia.*

Habitus

*ἰατρικὴ
ἄρτις.*

*Autor Intro-
ductorij seu
Medici quis.*

propriè, est certa, firma, & à ratione non declinans notitia. Ars autem, vt testis est autor definitionum, ἐστὶ ἀσθημα ἢ παταλήθειον ἰγγεγυμνασόμενον, πρὸς τι τέλος ἔχοντων τῶν οὐ τῆ βίω. Id est, Ars est ex multis notionibus vsu & exercitatione cōquisitis, & in vnum vitæ vtilem finem spectantibus, coaceruatio. Vnde perspicuū est, Medicinam artem & non sciētiam esse. habitus enim est cum ratione vera in faciēdo positus: nec est eorum quæ necessariò fiunt, sed finem suum contingenter nanciscitur. quæ sanè singula Aristoteles lib. 6. Ethicorum cap. 3 & 4. arti aduersus scientiam disertè adscribit. Art enim, πάντες γὰρ ὑπολαμβάνομεν ὁ ἰατρικὴ μακά μὴ ἰσχυραδαὶ ἄλλως ἔχειν. ἢ μὴ ἄρα ἰατρικὴ μὴ ἰσὺν ἕξις ἀποδεικτικὴ, τίχεν ὁ ἕξις μὴ ἀ λόγου ποιητικὴ. Hoc est, omnes existimamus, quæ scimus, secus euenire non posse. Est igitur scientia, habitus in quo vis quædam ad demonstrandum est posita: ars verò, habitus qui in faciēdo cum ratione est. Porrò medicinam non esse sciētiam, sed artē, testantur etiam quæ Introductorij seu Medici autor (qui, vt testis est Gōm. 31. sectionis secūde Epide. libri sexti Galen^o, Herodotus fuit) tradit dū inter cætera sic scribit. Rationales aliqui, vt Erasistratus, medicinam partim sciētiam, vt est ea pars quæ causarum & naturæ cognitionem docet: partim coniecturam, vt curationem & signa tradentes partes existunt, cœsuerunt. Methodici verò in vniuersum ipsam esse

esse scientiam prædicant. Vtrique autem à
 vero, potissimū verò Methodici, aberrarunt.
 Scientia enim est conueniens, firma, & nun-
 quam à ratione declinās notitia. Ea verò ne-
 que apud philosophos est, præsertim dum re-
 rum naturas perscrutatur. Multo sanè minus
 in re medica, imò ne omnino ad homines ve-
 nit. Quamobrem medicina meritò ars dice-
 tur. Siquidem ars est perceptionum animi
 & notionum certa qualitate & quãtitate ex-
 ercitatione conquisitarum, ad finem quen-
 dam vitæ vtilem spectantium coaceruatio.
 Perceptiones igitur & ipsa humanas, & eas
 multitudine sufficientes habet, vt sit earun-
 dem coaceruatio, præcipuè coexercitarum,
 hoc est, sibi concordium, ac consonantiū con-
 nexarumque. Quo fit vt propriissimè ars no-
 minetur, quòd nimirum artis definitio ei cõ-
 ueniat, & quòd animi perceptiones in ea ad
 aliquam vitæ commoditatem spectent. Quip-
 pe homines sanitati restituere, & in sanitate
 perdurare, ad vitã pertinet. Hæc ille. Ars ita-
 que est medicina, & nequaquam scientia. Vn-
 de omnibus perspicuum fit, singula præcepta
 & theoremata medica esse vera, vtilia, & ia-
 Etis principii consentientia. Quatenus enim
 sub animi perceptionem quodlibet præce-
 ptum cadit, eatenus verum esse oportet. Falsi
 nãque nulla perceptio est. Quatenus autè ad
 finem aliquem vitæ vtilem pertinet, eatenus

*Præcepta me-
 dica qualia.*

METHO. PERVERNIENDI

vnumquodque præceptum vtile & necessariū esse opus est. Coaceruationē verò perceptio- num ad præceptorum inter se, & ad præmissa principia cōsensum habere necesse est. Quē admodum enim sub vno principe subditorū multitudo mente concipitur, sic etiam præ- ptum ad antè iactum principiū refertur. Ob id omne præceptū medicinæ, vt etiam alia- rum artium, verum, & vtile, iactisque princi- piis consentiens esse oportet. Quæ itaque ta- lia non sunt, & quibus vnum ex iam dictis tribus deest, præcepta & theoremata medica dici non merentur. Omne autem præceptum & theoremata, generale est & firmū. Quamob- rem errant illi, qui artem cōiectricem aiunt, propterea quòd coniectoria præcepta conti- neat. Non enim à præceptis coniectrix dici- tur (hæc nāque perpetua & stabilia sunt) sed ab actione, & medētium opera. Hæc enim in- certum habens euentum, coniectricem artem reddit. Nam omnium artium præcepta æquè firma & perpetua sunt: verum quoniam non omnium artium finis semper attingi potest, fit vt nonnullæ ipsarū coniectrices appellen- tur, quæ incertum ancipitemque euentum ha- bēt. Medicina itaque cōiectrix dicitur, quòd finem suum seu scopum non semper, sed pluri- mū attingat.

*Medicina cur
coniectrix dicitur.*

Medicina ex quo artium genere.

CAPVT III.

Superiori.

Superiori capite quid medicina, & quòd
 Sars & nequaquam scientia sit, demonstra-
 uimus. Nunc reliquum est, vt ex quo artiũ sit
 genere, inquiram⁹. Quod vt recti⁹ fiat, initio
 animaduertendum erit, artium multa, potissi-
 mum verò quatuor esse genera. Vna *θεωρητικὴ*,
 hoc est contemplatoria vocatur, quæ in sola
 rerum quas contemplatur, inspectione, id est
 cognitione & æstimatione, finè habet, vt A-
 rithmetica, Astronomia, & Physiologia. Nul-
 la siquidem harum aliquem exigit actum, sed
 ipso rei cuius studium habet, intellectu quæ-
 uis contenta est. Altera Græcis *πρακτικὴ*, id est
 actiua nominatur, quæ scilicet actiones ali-
 quas efficit: vbi verò ab actione cessauerit,
 nullum ex se opus ostendere potest, vt saltato-
 ria, citharistica, & quæuis alia ars musica. Ter-
 tia Græcè *ποιητικὴ*, hoc est factiua appellatur,
 quæ nimirum opificia postea indicat: vel quæ
 operis, quod oculis subiicitur, cõsummati-
 one finè accipit, vt pictoria, fabrilis, & statua-
 ria. Sunt verò factiuarum artes triplices. Quædã
 enim res ipsas creant, componuntve: aut ea
 quæ non sunt efficiunt, vt textoria, coriaria,
 & nauium structoria. Nõ nullæ quæ facta sunt
 conseruant, corrigunt, ac reparât, vt nauium
 gubernatoria, & quæ laceras vestes, & disru-
 ptos calceos consuunt. Aliquæ vtrunque præ-
 stât, vt ædificatoria. huius enim duplicia sunt
 opera, domus nimirum nondum existentis

*Artium qua-
 tuor potiora
 genera.
 Contemplato-
 ria.*

Actiua.

Factiua.

*Factiuarum artes
 triplices.*

METHO. PER VENIENDI

Comparans.

constitutio, & iam factæ reparatio & correctio. Quarta Græcis *ἰατρικὴ*, hoc est, cōparās nominatur, quæ scilicet nihil efficit, verùm res quasdam studio & labore venatur ac conquirat, vt piscatoria, & ars feras canibus insectandi, & quæuis venatoria. Porrò ars medica, vt testis est Galen⁹ in lib. de optima secta, & de artis medicæ cōstitutione, ex earum est genere quæ faciunt, & quod iam factū est conseruant, instaurant ac corrigūt. Factiuam verò esse hinc constat, siquidem vbi agere medicus destiterit, artis opus ostēdere poterit. In medendo enim nōdum eius finis innotescit, vt pote quæ aduersus morbos semper instet: at vbi curationem absoluerit, tūc hominem sanum restituit. Non autem solū sanitatem facit, sed & eam quæ adest, conseruat. Medicina itaque vitiatam corporis humani constitutionem emēdat, ac corrigit, adeoque sanitatem facit, atque instaurant, & præsentem cōseruat. Neque est cur idcirco quispiam geminum esse artis finem credat, quòd id quod nō est faciat, nempe sanitatem, & eam quæ est, cōseruet. Quum enim per eadem præcepta, inquiet, faciat sanitatem, & eandem conseruet, duplicem vtique finem habebit. Nisi igitur euidenter eadem essent præcepta ad vtrūque finem ducentia, differentium etiā finiu diuersæ vtique essent & artes, & duæ medicæ. At quoniam eadē theoremata sunt, scopi ve-

*Medicina est
ars factiua.*

*Ita præcipue
Galenus libro,
de Theriaca.*

Artis medicæ non geminus, sed vnus finis.

Obiectio.

rò

rò euariant, vna ars differentes vtique habebit scopos. Sed me hercle qui talia secū cogitat, is ignorat artis vnum esse scopum, sanitatem scilicet, finemque vnū, sanitatis (vt Galenus initio libri de sectis attestatur) cōsecutionem: modos autem consecutionis multiplices. Non mutatur igitur scopus neque finis secundum varium consequendæ sanitatis modum. Nos enim quæ nocere solent cognoscentes, vbi lædentia sum mouemus, sanitatem facimus. Vbi verò ea declinamus, præsentem conseruamus. Vnus itaque, & non gemin⁹ medicæ artis finis. Porro ex iis quæ hactenus diximus omnibus perspicuum fit medicinam neque esse theoreticam siue contemplatoriam, neque practicam seu actiuam. Neque enim in sola rerum contemplatione ac cognitione finem suum obtinet, vt arithmetica: neque etiam, vt musica, vbi ab actione cessauerit, nullum ex se opus ostendere potest, sed cōtrà potius vbi agere destiterit, suum opus euidenter monstrare valet. Toto igitur cælo errat Auicenna, atque planè contra eius cuius se esse interpretem temere iactat, sententiam statuit initio sui Canonis primi, medicinam esse partim theoreticam, partim practicam, quā ex prædictis neutram harum esse constet, sed factiuam. Quod extra hos locos quos paulò antè citauius, Galeus etiam libro. 8. de plac. Hippo. & Platonis disertè est testatus,

Responsio.

Medicinā neque esse theoreticam. neque practicam.

Auicennæ erratum.

METHO. PERVENIENDI

ita scribēs. Hippocrates quidem theoreticen
 cōtemplatoriāve artem minime tractauit.
 Plato verò cōtemplatoriā philosophiā nobilio-
 rem esse putauit. Auicennæ denique sen-
 tentiam explodit Auerrhoēs, qui lib. 6. suorū
 collectaneorum cap. 1. medicinam esse artem
 factiuam, ratione & experimento inuentam,
 quæ tū sanitatem tueatur, tum morbum de-
 pellat, scribit. Proinde vt medicinæ studiosi
 erroneam hanc Auicennæ, & eorum qui mor-
 dicus eius viri, rerum medicarum non ad-
 modum periti, placita sectātur, perspicue in-
 telligerent, artium diuisionem paulo exquisi-
 tiorem è Galeno proponere voluimus.

Quot medicorum sectæ. CAP. IIII.

Medicinā esse artem quæ absentem sani-
 tatem restituat, & præsentem tueatur,
 adeoque factiuam, iam nobis ostēsum est. Cē-
 terum iam, vt vnde hæc ars comparari possit
 monstremus, reliquum est. Varia autem ea de
 re opinati sunt medici, ideoque in varias etiā
 sectas scissi. Est autē secta, vt hinc ordiamur,
 dogmatum coaceruatio quæ se mutuo conse-
 quuntur, tū consequi apparent, aut putantur,
 Vel secta est multitudinis dogmatum artifi-
 ciosè constructorum, atque ad vnum finem
 relatorum consensus. Tres verò in medicina
 celebres sectæ fuerūt, Empirica, Methodica,
 & Rationalis. Primæ sectæ autores solam ex-
 perientiam

Secta quid.

*Tres medico-
 rum celebres se-
 ctæ.*

periētiam satis esse arti pronunciabant, hoc
que nomine non sicut cæteri medici ab inuē-
toribus, sed ab animi affectu, & ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας,
hoc est ab experientia se Empiricos nomina-
runt. Hinc illis summa cautio fuit, ne quis vl-
lo pacto ab indicatione quidpiā inueniri opi-
naretur, neque enim veluti Rationales medi-
cam artem indicatione simul & experimento
cōstare putabant, sed experientiæ totam inni-
ti, quam ex eorum obseruatione quæ sæpe si-
mili modo contigerunt, constari affirmabāt.

Proinde *τηρητικοὶ* etiam, quasi obseruatores, ap-
pellati sunt. Adeoque, vt testis est Galenus in
lib. de optima secta, ἴσθι τὸ αὐτὸ πρῶτον ἐστὶν ἡγεῖν πείραξ:

id est, idem est obseruatio & experientia. Ex-
perientia igitur est eius quod frequēter & eo-
dem modo visum est, comprehēsiō seu obser-
uatio & memoria. Indicatio verò est ei⁹ quod

iuuat comprehēsiō, simul cum comprehēsiō-
ne nocentis adueniens, siue obseruatione &
demōstratione. Aut breuissimè, indicatio est
quam rationis discursu assequimur. Porro
cognitio quæ ex ἀντροψία, hoc est propria inspe-

ctione habetur, vel fortuita est, vel consulta,
siue ex instituto nostro apparens. Fortuita,
quæ Græcis τυχευὰ dicuntur, sunt quæ sine hu-
mano consilio, vel casu vel natura eueniunt.

Casu, vt si quis cui occipitium dolore afficia-
tur, deciderit, atque inde vena frōtis recta dis-
rupta & incisa, sanguinéque effuso iuuetur.

METHO. PERVENIENDI

Natura, vt si febricitati sanguis per nares effluxerit, statimque desinat febris. Primique huius generis iuuantia & lædentia *φυσικά*, hoc est, naturalia nominabant, primamque vtriusque ipsorum visionem *επιπλοισιν* Græcè, *ἀπὸ τῶν ἐπιπλοισιν*, hoc est inde quod inconsulto, & nobis non volentibus accidant, quasi dicas fortuitam occasionem, appellarunt. Consulta vel ex nostro instituto apparēs cognitio est, vt si quis in febre perditē sitiens, ad bibēdam aquam: vel mala granata edenda coactus, febrem euaserit: vel in monte aliquis à serpente ictus, herbam, quæcunque fuerit sibi oblata, vulnere adhibere placuerit, sanitatēque inde recuperauerit. Præproperā autem subitamve, vt quæ in somniis hortantibus accidit experientiam, *ἀντροχίδιον* nuncupauerūt. Cæterum experientia imitatione etiam comparatur, vbi nimirum quispiam imitatur quod semel, aut bis, aut etiam frequenter effectum conspexerit. Hanc experientiæ speciem *μιμητικήν*, hoc est imitatoriam vocabant. Experientiā denique fit ex historia, vbi nimirum discunt quod ab aliis est obseruatū. Hinc eam ita definiunt. Historia est rerum sæpius circa eadē probatarum narratio. Historia verò ideo vsi sunt Empirici, quod frequenter morbi quidā exoriuntur, ad quos nullum auxilium ab ipsis obseruatum est. Vt igitur hac in difficultate aliquib. remediis abundare possent, neq; fortui-

Naturalia.

επιπλοισιν.

Consulta.

ἀντροχίδιον.

Imitatio.

μιμητικήν.

titutum euentum expectarēt, historia vñ sunt.
 Neq; hac tantum de causa, verum etiā vt bre-
 uior esset traditio. Neq; enim nouus medici-
 nā discipulus omnib. symptomatis obuiā fie-
 ri potest, atque in omnib. obseruationē face-
 re. Ne quis igitur omne vitæ curriculū discē-
 do consumat, sed aliquādo & arte vtatur, id-
 circo ad medicandum vtile historiam esse af-
 feruerunt. Omnes autē has experientias com-
 muni nomine Memoriam appellabant. Hinc *Memoria.*
 Empirici alio nomine *μνημονοῦντες* sunt dicti. *μνημονοῦντες*
 Memoriam autem eorum quæ vt plurimum
 in iisdem malis idem efficere deprehēderunt,
διδραμια vocarunt. Quoniam autē morbis qui-
 busdam interdum occurrebant, quos prius *διδραμια.*
 non viderunt, aut quos nouerunt quidē, sed *Transitus ad*
 in iis locis vbi nulla esset remediorum expe- *simile.*
 rimento obseruatorum copia, instrumentū
 aliquod inueniendi auxilia finxerunt, *τὸ τοῦ δ-*
μοίου μεταβάσιν, id est transitū transgressionē
 ve ad simile: quo vtentes, idem sæpe auxiliū
 à malo ad simile malum transferunt. Item à
 loco ad locum, à remedio prius cognito ad
 simile veniunt. A malo ad malum, vt si ab e-
 rysipelate ad herpetem transeunt. A loco ad
 locum, vt si à brachio ad femur. A remedio
 ad remedio, vt si in diarrhœa à cotoneo
 malo ad mespilum se transferunt. Empirici
 denique ad symptomatum *συμπτωμάτων* respici- *συμπτωμάτων*
 unt, & conuenientem ex eis curationem ac- *Empiricorum*

b ij

METHO. PERVERNIENDI

cipiunt & obseruant: idque nec malo cogno-
 to, nec causa inquisita. *Επιτηδεω* autem illis (vt
 testis est lib. 2. the. metho. & multis aliis locis
 Galenus,) nō est nisi symptomatum quæ in la-
 borante sunt loco, cōkursus ac cōgeries. At-
 que hætenus quæ fuerit olim Empiricorum
 secta, quàm potuimus breuissimè monstraui-
 mus: reliquum est vt alterius sectæ placita suc-
 cinctè perstringamus. Alterius autem sectæ
 medici Methodicos sese nominabant, quod
 scilicet methodum seu rationem artis compè-
 diariam sequerètur. Neque enim longam, ne-
 que difficilè esse medicinam dicebant, sed fa-
 cillimã ac perspicuam, & quæ tota sex mētib.
 promptissimè perdisci queat. Hi quidem non
 verbotenus tantum cum reliquis sectis disce-
 ptabant, sed etiam multa artis opera noua-
 bant. Nam neque laboratè locum ad cura-
 tionis indicationem quicquam prodesse afir-
 mabant, neque causam, neque ætatem, neque
 tempus, neq; regionem, neque virium ægro-
 rantis inspectionem, vel naturæ, vel ipsius ha-
 bitus, neque consuetudinem. Neglectis enim
 iis omnibus, à solis pathematis remedij indi-
 catione petita, eandem sufficere asserbant.
 Nihil verò ab iis speciatim, sed communiter
 generatimque statuebant, atque iam *κοινότητες*,
 hoc est communitates nominabant, quæ vbi-
 que in singulis pathematis sunt. Neque enim
 communitas aliud est, quàm res in pluribus
 eadem.

Methodici.

κοινότητες.

Communitates.

eadē. Cæterū nonnulli horū, omniū morborū, qui ex victus ratione proueniunt, nonnulli simpliciter omnium, duas communitates, & tertiam quādam mixtam indicare nituntur.

Nomina verò illis imponunt *στυρωσι και βρωσι, στυρωσι.*

vel *στυρωσι και βρωσι*, id est adstrictionem & fluorem, vel adstrictum & fluens. Adstrictionem *βρωσι.*

autem dixerunt esse delitatem, & necessarium extremetorum suppressionem. Fluorem *Fluor.* verò immodicam corporis rarefactionē, & eorum quæ retineri debuerant excretionem.

Quum autem supprimerentur, & efferrētur, cōplexum mixtionemve in hoc cōstitui asser-

ebant, vt fit in oculo qui inflammatione simul & defluxione laborat. Siquidem inflammatio-

Complexus.
nem, quæ adstrictum est malum, quum non sola nunc, sed cum defluxione in vno eodemque

loco orta est, totum ipsum malum compositum mixtumve effici dicebant: indicationem

autem eius quod cōfert, in adstrictis quidem laxitatem esse, in fluentibus verò suppressionem affirmabant. Nam si genu, verbi gratia,

inflammatione laboraret, relaxare aiebant oportere: si alius aut oculus flueret, cohibendam atque comprimendam præcipiebant.

In mixtis autem, ei quod vrgeret, vtpote magis infestanti, periculūmque inferenti, resistendum. Hoc idem est quod illi vehementiori

occurrendum esse potius quàm alteri dicebant. Tertia secta eorum est qui se à ra-

Rationales, seu dogmatici

METHO. PER VENIENDI

tionem, cui innituntur, rationales & dogmaticos nominant. Hi sanè naturam corporis cui mederi conantur, diligenter perdiscunt, omnium signorum exquisita habita ratione: causarum omnium, in quas quotidie corpus incidit, aut salubrius, aut insalubrius seipso euadit, vires inquirunt: post hæc aëris naturam. Aquarum, locorum, studiorum seu institutorum vitæ, ciborum, portionum, & cōsuetudinum medicum peritum esse oportere aiunt: quod morborum omnium causas, & remediorum facultates inueniat. Præterea eū esse, qui conicere possit & ratiocinari, medicamentum huiusmodi facultate præditū, si huic generi causæ adhibeatur, certū aliquid effecturum esse. Negant enim illum inuenire remedia posse priusquam in iis omnibus multifariam sit exercitatus. Curationis indicationes non solum ab ipso affectu, verumetiam ab ægrotantis viribus, item ab ætate, anni tēpore, ægri natura, regione, & aliis, quæ paulò antè commemorauimus, accipiunt. Denique nõ eunt inficias, experiētiam quoque esse necessariam, negant tamen per eam omnia posse inueniri. Duo enim sunt apud omnes homines instrumenta ad res inueniendas necessaria, & quæ fidem iis faciunt quæ rectè sunt inuenta, nempe ratio, & experientia. Ideoq; ad hanc aditum commodè fieri non posse, nisi per aliquam rationem, contendunt, quòd aliàs

*Experientia
necessaria, at-
que non sola.*

*Duo instrumē-
ta ad res inue-
niēdas neces-
saria.*

aliâs incerta parûmque sibi constans sit.

Qui trium sectarum principes extiterint.

CAPVT V.

PRioris sectæ, quam Empiricam vocarunt, Pautor & princeps Philinus Cous, qui primus eam à rationali separare ausus est, occasione ab Herophilo, cuius auditor fuit, accepta. Quum autem Empirici suam sectam primam esse vellent, & Rationali vetustiore, Acronem Agrigentinum ei dedisse initium finxerût. Quam sanè famam secutus Plinius lib. 29. cap. 1. Empiricen in Sicilia à Creonte Agrigétino cœpisse tradit. A Philino Serapion Alexandrinus in ea secta floruit. Dein Apollonij duo, pater & fili⁹ Antiocheni. Hos secuti sunt Glaucias, Menodotus, Sextus, Heraclides Tarentinus: & alij, quorum sæpe apud Galenum fit mentio, in ea secta floruerunt, illámque quasi corroborarunt. Alteram sectam Methodicen dictam, Themison Laodiceus Syrius incepit, qui ab Asclepiade rationali institut⁹, occasiõe nacta ad methodicæ sectæ inuentionem se contulit. Hinc est quòd Galenus illum multis in locis Communitatatum repertorem nominet. Methodicen subinde Thessalus Trallianus absoluit. Hic, ut autor est lib. 29. cap. primo Plinius, Neronis pessimi tyranni ac nebulonis principatu vixit, cunctâque maiorum placita deleuit,

b iiij

METHO. PERVENIENDI

ac rabie quadã in omnes cui sui medicos per-
 oravit. Atque huius belluæ tanta fuit impu-
 dentia & arrogantia, vt monumento suo in
 via Appia, scilicet *ιστρηβίου*, hoc est medicorum vi-
 ctorem inscripserit. Post hũc Mnaseus, Dio-
 nysius, Procl^o, & Antipater secuti sunt. In ea
 verò secta de quibusdam dissenserũt Olym-
 piacus Milesius, Menemachus Aphrodisæus,
 & Soranus Ephesus, vt liquidò ex iis quæ li-
 bro primo *thera. metho.* scribit Galenus, con-
 stat. Tertiæ verò sectæ autor & princeps
 fuit Hippocrates Cous, medicorum omnium
 citra controuersiam summus. Post hunc Dio-
 cles Carystius, Praxagoras Cous, Herophi-
 lus Chalcedonius, Erasistratus Chius, Mnesi-
 theus Atheniensis, Asclepiades Bithynus, Cie-
 nus, qui & Prusias dictus est, aliique multi,
 quorum passim in Galeni monumentis men-
 tio fit, floruerunt. Porrò priorum duarum
 sectarum principum placita in libro de opti-
 ma secta ad Thrasibulum Galenus iuculèter
 admodum conuellit, quemadmodum etiam
 in eò quem de sectis ad eos qui introducun-
 tur inscripsit.

*Olympiacus.
 Menemachus*

Hippocrates.

Quot partes medicina.

C A P. V I.

Primariæ medicinæ partes sunt quinque,
 & à Græcis iis appellantur nominibus.
φυσιολογική, ὑγιεινή, αἰτιολογική, σημειωτική, καὶ δια-

πρωτην. Porro φυσιολογικη dicitur pars in qua φυσιολογικη.
 de hominis natura ac constitutione differitur. Eam medicinae partem tractavit in libris de elementis, de temperamentis, de facultatibus naturalibus, de foetus formatione, de placitis Hippocratis & Platonis, de usu partium corporis humani, de semine, & aliis quotquot sunt anatomici. Quocirca hos naturales vocat, quod scilicet in iis causa constitutionis partium totius animalis & humani corporis assignantur. υγινη verò est qua υγινη.
 sanitatem tuetur, ac quo minus in morbos incidat corpus, praecaut. Hanc in libris quibus de sanitate tuenda titulum indidit, & in libris de alimentorum facultatibus, & in eoque de cibis boni & mali inscripsit Galenus absolutissimè tradidit. αιβιολογικη, quae αιβιολογικη.
 etiam παθολογικη dicitur, est quae causas, affectus praeter naturam, & morborum symptomata inquirat. Ad hanc medicinae partem spectant libri de morborum & symptomatum differentis & causis inscripti. σημασιωτικη est, quae σημασιωτικη.
 cognitionem praeteritorum, inspectionem praesentium, & futurorum praedictionem continet. Haec ab Hippocrate exquisitè tradita est in iis libris quibus titulum fecit de praesagiis. Et post hunc à Galeno in libro de laborantibus locis, de iudiciis, de diebus decretoriis, de differentiis febrium, de praenotione de differetia pulliū, & de praedictione ex pulsibus.

Naturales
libri.

αιβιολογικη
παθολογικη.

σημασιωτικη.

METHO. PERVENIENDI

Θεραπευτική. Θεραπευτική ea pars est medicina, in qua medēdi ratio docetur. Atque hæc in tres diducitur partes, nēpe Διαίτητική, Φαρμακευτική, καὶ χειρουργική.

Διαίτητική. Διαίτητική est quæ victus ratione morbos profligat. Hæc certè præstantissima ac præcipua medicina pars est, sine qua reliquæ partes quæ curandis morbis præfunt, cōsistere nequeūt. Hanc in primis Hippocrates excoluit, præsertim in libris de ratione victus acutorum morborum tribus, in quibus luculenter admodum ostēdit, quàm sæpe leuculum admodum in victu erratū, in iis morbis maximi incōmodi, & nōnūquā interitus causa sit. Quapropter mirari satis non possum quorundam nostri seculi medicorū oscitantia ac temeritatem, qui eius partis in profligandis morbis nullā prorsus, aut per exiguā saltē rationē habendā iudicāt, præclarè actū esse cum ægroto putantes, si vnam aut alteram formulā, receptam illi vocāt, ex qualibuscunque medicamentis concinnatā conscripserint, & ad Sephasarios æquè imperitos transmiserint, non magno opere curantes qua ille victus ratione vatur. Quā enim alienū hoc fuerit ab Hippocratis, Galeni, & aliorū veterū medicorum instituto, nemo sanè, nisi qui monumenta illorum quæ posteritati reliquerūt, nunquā introscepit, ignorare potest. Φαρμακευτική est quæ medicamentis intra & extra corp^o admotis medetur. Sūt verò hæc duplicia, simplicia nimirū, & composita.

Notatur nostri seculi medicorum temeritas & inscitia.

Φαρμακευτική

posita. Ad exquisitam igitur curandæ ratione primùm necessaria simplicium cognitio. Nā vt ridiculū, imò turpe prorsus est, fabrum lignarium ferram aut asciam, sutorem subulā, fartorem forcicem ignorare: sic etiam ab omnibus ridebitur ac contemnetur medicus, qui eius artis quam profitetur, materiam, quæ illi in persanandis morbis instrumenti vice esse debet, non satis perspectam habet. Quocirca meritò reprehendendi veniunt nostræ ætatis medici, qui omnes propemodū curam cognoscendarum stirpium, in seplariarios, homines magna ex parte indoctissimos, aut stolidas certè mulierculas reiciunt: quemadmodum copiosissimè in præfatione primi tomii commentariorum nostrorum de stirpium historia ostendimus. Hortor itaque vt subinde hoc etiam studeāt, vt cuiusque simplicis medicamenti non solū facultates, sed & faciē cognitam habeant. In agnoscendis verò simplicibus medicamentis, omnium maximè proderunt inter Græcos, Theophrastus, Dioscorides, Galenus, Paulus, Aëtius, Oribasius, & Aëtuarius. Neque enim veteres tantū Græci ad perdiscenda rectè simplicia medicamenta sunt adhibendi, sed etiam posteriores: quod scilicet illi multa protulerint, quæ prioribus incognita prorsus fuerunt, & quorum in hodiernum vsque diem frequens in officinis vsus est. Inter Latinos quem in hoc

Simplicium medicamentorum cognitio medico necessaria.

Qui scriptores ad simplicium notitiam consequendam necessarij.

METHO. PERVERNIENDI

Plinius in cognitione simplicium non contemnendus, cui iudicio tamen legendus.

Apuleius.

Arabes.

Serapion.

negotio consulamus, præter Plinium nemo ferè existit. Is autem medicis, præsertim iis qui studio stirpium tenentur, minimè contemnendus erit, quòd nimirum multa in eo sint medicamenta, quæ à nullo alio Græcorum aut Latinorum, qui hodie extant, descripta sunt. Habet tamen is in simplicium historia percensenda suos errores: quare ut cum iudicio & delectu pleraque illius legas oportet. Neque etiam propter vetustatem contemnendus omnino erit Apuleius Platonius philosophus, cuius de aliquot stirpibus extat scriptum. Arabum de stirpibus commentariis facile quidem carere possemus, si non plures quàm Græci nobis descripsissent herbas: utpote quos erroribus multis refertos esse constat, & qui non rarò unam pro altera pingant herbam. Verùm quum multas suis in terris provenientes stirpes, quarum Græci nullam fecerunt mentionem, descripserint, ut earumdem apud nos maneat cognitio, præstat illorum etiam de stirpibus scripta cognoscere, Serapionis præsertim, qui reliquos omnes Arabes in hoc genere superasse videtur, utpote qui non solum ea quæ sunt apud Dioscoridè & Galenum de stirpibus prodita, verum etiã apud Arabes omnes se vetustiores, in unum veluti fascem concinnavit. Est quæ hoc potissimum nomine legendus, quòd non rarò ex huius cù Dioscoride collatione, loca aliquot depraua-

deprauata pristino nitore restituere liceat.

Porrò non parùm etiã, vt speramus, conatus corũ qui cognoscere stirpes studēt, adiuuabit primus nostrorũ de stirpium historia cõmentariorum tomus, in quo non solũ singularum historias quanta potuimus breuitate exposuimus, sed & viuas earundem & exquisitissimas imagines intuentium oculis subiecimus.

Fuchsij de stirpium historia commentariorum tomus primus.

Nulla siquidem alia de causa stirpium effigies esse tam magnas & minimè augustas esse voluimus, quàm vt singulas earundem partes, quod minutiores non possunt, absolutissimè referrent, ad eò vt nihil planè à viuis distare viderentur, & prorsus in illarum cognitionem studiosos quasi manu ducerent.

Magnarum picturarũ quis sit vsus.

Dabimus autem propediem, Deo annuente, etiam alterum nostrorum de historia stirpiũ commentariorum tomum, nouis & antea in Germania nõn visis herbis maxima ex parte refertum. Quem si priori coniunxeris, nullo sanè negotio exquisitam tibi stirpiũ cognitionem comparaueris.

Alter Fuchsij de stirpium historia tomus.

Porrò quum non omnes corporis præter naturam affectus simplices, sed ex iis non pauci compositi sint, ad eòque ad hos etiam propulsandos, non simplicibus, sed compositis medicamentis opus sit, vt componendorum etiam medicamentorum rationem teneamus necesse est. Quam certè nemo assequetur, nisi prius exquisitam simplicium medicamentorũ

Compositorũ medicamento rum vsus necessarius.

*Medicorum
nostri tempo-
ris in compo-
nendis medica-
mentis stulti-
tia & lasci-
uia.*

peritiam habuerit. In componēdis verò me-
dicamentis vnicè studendum erit, vt nostra-
tibus & cognitis minimèque falsis vtamur.
Quòd si peregrina etiam ad compositionem
accersere voluerimus, talia sint quæ legiti-
ma & minimè spuria esse constet. A quo ta-
men instituto longè absunt nostri temporis
medici, qui suis compositionibus ea potissi-
mum adhibent medicamēta, quæ esse falsa nō
tantum veterum testimoniis, sed & rationi-
bus firmissimis demonstrari potest. Sunt e-
nim etiam hodie tam obstinati quorundam
animi, vt acoro illo vulgari, eupatorio adul-
terino, serpentaria, endiuia, & id genus infi-
nitis aliis falsis pro veris vti, erroris etiā ad-
moniti, imò conuicti, haud desinant. In quos
certè pœna aliqua publica animaduertendū
esset, ne impunè illis a finis sic in vitā hominū
grassari liceret. Præterea admiscēt suis cōpo-
sitionibus quæ nec ipsi, nec pharmacopolæ
perspecta habent medicamenta, imò quæ hodie
nullis sunt cognita. Quippe nihil se effe-
cisse arbitrātur, nisi Indiā, Aethiopiā, Arabiā,
& illos extrema orbis parte sitos Garaman-
tes coniungant, & à tribus mūdi partibus cō-
quisita medicamēta corradant. Quā quidem
insignē stultitiā & inanē ostentationē medi-
corum Plinius elegāter admodū notauit, lib.
24. cap. 1. in hūc modū scribēs. Postea, inquit,
fraudes hominū, & ingeniorū capturæ, officinas

nas

nas inuenere istas, in quibus sua cuique homi-
 ni venalis promittitur vita. Statim compo-
 sitiones & mixturę inexplicabiles decantantur.
 Arabia atque India in medio æstimantur, quę
 remedia vera quotidie pauperrimus quisque
 cœnet. Hęc ille. Denique in corradendis me-
 dicamentis, idque præter omnem necessitatē,
 nullū nostrę ætatis medici seruant modū. Si-
 quidem magno conatu ac supercilio vnus a-
 lium superare nititur, arbitantes nescio quā
 laudē ac opinionem ex ista varietate sibi cō-
 parare posse, & ab aliis eo doctiores, quo plu-
 ra miscuerit medicamēta, reputari. Sed stulti
 me hercules homines, dum suis cupiditatibus
 temerē indulgent, adeoque eruditionem osten-
 tare conantur, omnibus doctis se deridendos
 exponunt, propter nimirū monstrosas istas,
 & ab omni ratione abhorretes quas effinxe-
 runt cōpositiones. Præstat itaque hac in re se-
 qui Galenū nostrum, qui in libris quos de cō-
 ponendis medicamentis inscripsit, optima &
 rationi cōsentanea componendorū medica-
 mentorum ratione vsus est. E re quoque omnium
 esset, vt illius cōpositiones in vsū quotidiana-
 num, omisis aliorū parū vtilibus, reuocarentur.
 Nam etsi quedam in eius cōpositionibus
 reperiuntur parū hodie cognita, tamē ex suc-
 cedaneis illius facilē quod cōferat, in eorum-
 dem vicem restitui possit. Galeno adiungē-
 di, Paulus, Aëtius, & Actuarius, qui etiam de

*Galenus in cō-
 ponendis me-
 dicamentis
 imitandus.*

*Galeno in cō-
 ponendis me-
 dicamentis qui
 adiungendi.*

METHO. PERVENIENDI

medicamentorum compositione aliquid posteritati reliquerūt. Quos omnes secutus est Nicolaus Alexandrinus vnguentarius, quem Præpositum nostri, voce, ut arbitror, conficta ex Græca *μύστρον* parum rectè intellecta, vocant, & ex cuius præscripto omnes hodie officinæ medicamenta sua componunt. Hunc inter Græcos recentissimos esse connumerandum, multa alia, præsertim verò phrasis & elocutio parum elegans & concinna, abundè testantur. Conscripsit librum de compositione medicamentorum bene longum: neque enim tertia eius pars hodie, & multis etiam in locis mirificè deprauata, extat: quem propediem opera nostra in latinum sermonem conuersum in publicum dabimus. Intelliget ex eius editione omnes nullam esse ferè hodie in officinis compositionem, in qua non aliquid aut desideretur, aut perperam adiectum sit. Vsitatam nostro seculo componendorū medicamentorum ac formularum rationem in tribus libris tradidimus, quos studiosos qui cōmodè facere medicinam volunt, euoluere necesse est. Tertia medicationis pars *χρειογυνή* dicta est, quæ manibus medetur. Hanc Galenus multis in libris magna cum laude tractauit & docuit, libro nimirum tertio, quarto, quinto, & sexto theramethodi, in commentariis quatuor in librum Hippocratis de articulis, in tribus aliis in librum eiusdem de fra-

Nicolaus Alexandrinus vnguentarius præpositus legerunt parum periti.

χρειογυνή

fracturis. Item in commentario in librū Hippocratis de medici vulnerarij munere. In cōmentariis denique in librum Hippocratis de vlceribus & vulneribus capitis, qui tamē hodie non extāt, sed vel apud inuidos quosdam latent, aut iniuria temporis cum multis aliis eiusdem libris interciderunt. Præter deniq; sextum Pauli Aeginetæ librum, quē, vt alios omnes, ex Galei scriptis compilauit, nullum extat, quod sciam, de chirurgia Græcorum scriptum. *Discenda & hæc pars medicinæ erit, si non eo nomine vt hanc exerceamus, saltem tamen vt imperitorum chirurgorū errata, quæ quotidie admittūt, prohibere liceat.*

Vniuersæ medicinæ in tres ordines distributio. CAPVT VII.

MAiores nostri prudēter admodum vniuersam medicinam in tres ordines digesserunt, idque non alio sanè consilio, quàm vt ad eos diligēter respicerent artis studiosi, inque illos quicquid vsquam apud probatos medicinæ scriptores inuenissent, referrent: adeo vt si quid illis explicandum declarādūve occurreret, ex istis statim ceu communibus locis ac formulis peterent. Non parum itaque hac ratione memoriæ studiosorum consulere voluerunt, quod ex iis ordinibus facillè quid illis vel dicendum, vel faciendum sit, suppetet. Primus quidem ordo ea-

*Tres vniuersæ
medicinæ or-
dines.*

Primus ordo.

c

METHO. PERVENIENDI

rum est rerum quæ corpus humanum compingunt ac constituunt . Et placuit iis viris, eas res ex quibus corpus nostrum compactum ac constitutum est, appellare NATURALES, quòd scilicet ad humani corporis naturam ac substantiam perficiendam concurrerent. Neque enim natura (Galeno lib. 3. de tempe. cap. 4. teste) aliud quàm vniuersam substantiam ac temperiem ex primis elementis constatam significat . Hinc est quòd Hippocrates suum librum in quo ex quibus elementis humanum corpus constitutum sit inquirat, de natura hominis inscripserit. Secūdus ordo earum est rerum, quibus corpus humanum, vt sanum permaneat, fouetur . Has medici priores NON NATURALES nominauerunt, non certè ideo, quòd in vniuersum & simpliciter corpori nostro aduersentur, sed quòd si nistrè adhibitæ, corpus humanum alterent, adeoque eius temperamentum atq; sanitatem destruant . Vnde est quòd Galenus cap. 85. artis medicæ eas appellet res nostrum corpus necessariò alterantes, vt cap. 16 latius exponemus. Tertius ordo earum rerum est quæ humanum corpus lædunt & corrumpunt . Eas quidem PRÆTER NATURAM nuncupauerunt, quòd nimirum humani corporis naturæ ex diametro aduersentur. Galenus lib. 2. the. methodi vocat affectus præter naturam, quòd scilicet corpus nostrum præter

Res naturales.

Natura.

Secūdus ordo.

Res non naturales.

Res corpus nostrum necessariò alterantes.

Tertius ordo.

Affectus præter naturam.

præter naturam afficiant. Hos quidem iam commemoratos tres rerum medicarum ordines, prout compendij ratio postulat, seorsim iam prosequemur.

De primi ordinis seu naturalium rerum numero. CAPVT VIII.

Primi ordinis res, naturales vocatas, ea medicinæ pars complectitur, quam supra *φυσικῶν* à Græcis appellari diximus. Hæc enim de iis tractat rebus, quæ ad naturam, adeoque humani corporis substantiã ac cõstitutionem pertinent. Meritò autem harum tractatio rerum primum sibi vindicat locum, quòd nemo rectè de cæteris rebus disserere queat, nisi prius vniuersam corporis constitutionem ac naturam exquisitè cognoscatur. Quapropter qui cum dignitate in arte medica versari volunt, dabunt strenuam operam, ut quæ veteres & probati autores de iis rebus memoriæ prodiderunt, perdiscant. Res autem ad corporis nostri naturam & constitutionem cõcurrentes, quas NATURALES dici paulò antè docuimus, septenario cõprehenduntur numero. Sunt enim

1. Elementa quatuor, aër, ignis, aqua, terra: vel, qualitatum nominibus vtendo, calidum, frigidum, humidum, siccum.

2. Temperamenta, temperatum, calidum,
e ij

*Res naturales
numero septè:*

METHO. PERVENIENDI

- frigidum, humidum, siccum.
- 3 Humores, sanguis, bilis flava & atra, pituita.
 - 4 Partes, caro, os, membrana, cor, iecur, caput, manus.
 - 5 Facultates, animalis, vitalis, naturalis.
 - 6 Actiones, animalis & naturalis.
 - 7 Spiritus, animalis, vitalis, naturalis.
- Quas quidē res naturales septē, pro cōpendij lege breuiter, & ordine quoad possumus optimo explicabimus, ab elemētis auspicaturi.

De elementis. CAPVT IX.

Cum elementi vox ambigua sit, principid sciendum, nobis hoc loco de communibus omnium rerum, & primariis elemētis esse sermonem. Quorum vt exquisitā habeamus notitiam, definiendum nobis initid erit quid sit elementum. Nam vt prudentissimē in officiis Cicero monuit, omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, vt intelligatur quid sit de quo disputatur. Elementū itaq; Galeno lib. 1. de elemētis attestāte, est minima rei quā constituit portio. Vel, vt idē lib. 8. de Hippo. & Platonis placitis ait, est minima pars eius rei cuius elemētū existit. Licebit & ita finiamus. Elemētū est prima & simplicissima pars, quæ in alias diuidi haud potest. Porro minimum est, quod amplius suscipere sectionē nō potest.

*Elementum
quid.*

Minimum.

potest. Simplex verò, quod immixtum intem- *Simplex.*
 peratumve, & qualitate summum est. Vtrūq;
 certè nomē elementis pulchrè quadrat: quod
 similitudine & exemplo studiosi rectius asse-
 quentur. Quemadmodum grammaticorum *Exemplum.*
 elementa seu literæ, minimæ compositæ vocis
 sunt partes: sic etiam mundi elementa, huma-
 ni corporis. Vox enim cōposita tota hæc est:
 Iram pande mihi Pelidæ diua superbi. Cuius
 quidem partes sunt, iram, & pande, & mihi, &
 Pelidæ, & diua, & superbi. Vnaquæque autem
 harum iterum in syllabas, syllabæ rursus in e-
 lementa seu literas secantur. In nāque prima
 syllaba vno constat elemento. ram, tribus cō-
 posita est, quorū nullum in alia minora par-
 titi potest. Pari ratione humanum corpus
 quoddam est, cuius partes sunt caput, manus,
 pedes, & id genus aliæ: quarum vnaquæque
 iterū ex similaribus dictis partibus, de quibus
 suo differemus loco, composita est: atque hæc
 quidem rursus ex quatuor humoribus & se-
 mine constant. Quæ tandē ex elementis qua-
 tuor, multis tamen interuenientibus muta-
 tionibus, generantur. Vt hinc constet elemē-
 ta esse & dici meritò minimas & simplicissi-
 mas humani corporis partes. Elementa verò
 omnium rerum communia & primaria, hoc
 est, ex quibus & in quæ simplicissima cuncta
 & constant & resoluuntur, quatuor existant, *Elementa quot*
 ignis, aër, aqua, terra. Vel de Hippocratis sen-

METHO. PERVENIENDI

entia, qui in libro de humana natura inscri-
 pro, & aliàs etiã, qualitãtũ nominibus appel-
 lat elemẽta, calidũ, humidum, frigidum, siccũ.
 Calidum enim is appellat neque solam quali-
 ratẽ, neque quod per excellentiã ipsi simile no-
 men sortitur, sed corpus summe cõpos quali-
 tatis: frigidum, in quo extrema frigiditas: hu-
 midũ, in quo suprema humiditas: & siccum, in
 quo summa siccitas existit. Hinc colligitur
 iuxta Hippocratis assertionẽ, animantia non
 ex qualitatibus tãtũ (vt quibũ sine corporibus
 ne esse quidẽ licet) sed ex ipsis corporibus quẽ
 summas qualitates receperũt, nasci. Substan-
 tiã enim elementorũ homine diem obeunte
 recedunt, mundique elementis immiscentur.
 Qualitates verò post animantis vitam verè
 corrumpuntur, ad propriam verò naturam
 non redeunt. Quod Hippocrates planè con-
 firmat, qui in lib. de humana natura sic scri-
 ptum reliquit. Homine, inquit, fato fungen-
 te, singula in propriam naturam reuertitur,
 siccum in siccũ, humidum in humidũ, calidũ
 in calidum, frigidum in frigidũ. Huiusmodi
 animantium, tum aliorum omnium na-
 tura est. Nam cuncta simili modo nascuntur,
 & similiter desinunt. Natura siquidem ipsorũ
 a hiis quã cõmemorauimus vniuersis consti-
 tuitur, & singula in idem suprã dictã ratione,
 vnde constituta sunt, terminantur. eodem
 igitur & recedũt. Hęc ille. Animaduertendũ
 tamen

Calidum quid
 Hippocrati
 significet.
 Frigidum.
 Humidum.
 Siccum.
 Animantiũ
 corpora nõ ex
 qualitatibus
 quantaxat ele-
 mentorũ nasci

tamen elementa in animalis constitutione *Elementa in animalis constitutione non manent pura.*
 non manere pura & impermixta, sed inter se temperari, sic vt vnum aliquod ab iis separatum ac discretum, quod neque ignis, neque aer, neque aqua, neque terra dici possit, generetur, quod subinde à forma quæ iuxta elemētorum proportionem producitur, denominationem suam sortitur, perinde atque Tetrapharmacum (huius enim exemplo Galenū secuti vtēmur) quod neque ceram, neque picem, neque resinā, neq; adipem, etsi ex iis compositū est, rectè dixeris. Proinde quū hac lege inter se elementa mixta & temperata sint, simplex, non temperatum, & immixtū in animantium corporibus nemo disquirat: aut ipse prior nobis ceram, aut resinam, aut picem, aut adipem in Tetrapharmaco solam, nec aliis commixtam ostendat. Non poterit verò, quum iam singula inter se mixta sint, quicquam illorum integrum ac sincerū monstrare. Desinat igitur in animalium corporibus immixtum quippiam disquirere, contentus, si hanc quidem frigidam, siccam, & densam videat particulam, meminisse terræ: illam humidam, raram & fluxilem, in aquæ considerationē venire. Porrò ignem illi calor in corpore animantis exuperans, repræsentet. Vbi naturam spiritus perpenderit, aër animo suo occurrat. Neque enim verè elementorum, sensus iudex fieri potest. *minimas non est iudex.*

Tetrapharmacum.

Nil in corporibus animantium simplex est immixtum.

Sensus verè elementorum non est iudex.

METHO. PervenienDi

enim corporis esse partes constat, ideóque sensibus percipi nequeunt. Non enim particula quæ simplicissima & primaria videtur, sed quæ natura talis existit, verè elementum est. Rectissimè igitur Hippocrates non hominis modò, sed aliorum quoque animalium naturam ex calido, frigido, humido & sicco inuicem commixtis ac temperatis constare tradidit. Nisi enim inuicè elementa commiscerentur, homo aut quoduis aliud animal consistere haud posset. Nam quamcunque corporis partem summis suis qualitatibus prædita singulatim occuparent, eam haud dubiè corrumperent. Nulla siquidem in summo calidum, aut frigidum, humidum

Non solum ex commixtis inuicem elementis, & sic qualia sunt remanentibus, animalium generantur.

Substantia per se tota alteratur.

aut siccum salua tolerare posset. Hinc omnibus perspicuum fit, non solum ex inuicem commixtis, & sic qualia sunt remanentibus elementis, velut in tritici, hordei, eruorum & fabarum aceruo fit, sed alteratis transmutatisque, & per tota cõmixtis, corpora animalium generari, nã hæc palàm in se mutuo agunt: & vt agant, nõ ex concretionem & separationem habent, sed quòd substantia per se ipsam tota patiatum & alteretur. Neque enim negandum est substantiã per se totã alterari. hac enim ratione dolorè, voluptatè, sensum, memoriã, ratiocinationè, ipsamq; aded animã de medio tollemus. Cæterum qualitates quas summas elemèta obtinèt, subiectã substantiam

tiam

tiam alterantes, mutæ inter se trāsmutatio-
nis elementorum sunt causæ. Porro medico
elementa ideo sunt consideranda, vt cogno-
scat ex horum legitima & conueniēti tempe-
ratura effici sanitatem: ex horum verò parum
recta tēperatura ac mixtione animalibus ac-
cidere morbos. Sciendum autem & hoc loco
erit, elementū à principio differre. Elemen-
ta enim sunt corpora simplicia, vt dictum est,
ex aliis se simplicioribus facta, quæ in partes
diuersarum specierum diuidi haud possunt:
ac sunt planè eiusdem generis cum iis quorū
sunt elementa. Principia verò sunt, quæ non
sunt ex se vicissim, neque ex aliis, sed ex se om-
nia quæ fiunt naturaliter producant: & vt
sint eiusdem generis cum rebus quarum sunt
principia, non est necesse. Vnde principio sa-
tis liquet elementa non esse qualitates, vt nō-
nulli putarunt, sed substantias potius quibus
quatuor qualitates insūt. Corpora enim quū
sint, vt illorum definitio testatur, substantiæ
quoque sint, & minimè qualitates, est neces-
se. Dein vt elementa sunt corpora, tēperatu-
ra tamen & mixtione carentia, ita etiam ea
quorum sunt elementa, sint corpora, non ta-
men simplicia, adeoque eiusdē cum iis gene-
ris, necessariū est. Porro quatuor qualitates,
sūma scilicet caliditas, frigiditas, humiditas,
siccitas, vnà cū materia quæ omnibus subie-
cta est, (primā philosophi vocant) principia

*Medico ele-
menta cur con-
sideranda.*

*Elementi &
principij dif-
ferentia.
Elementum.*

Principium.

*Elementa non
sūt qualitates.*

*Qualitates
quatuor cum
materia pri-
ma principia
sunt.*

METHO. PERVENIENDI

sunt. Ex iis enim elementa, & omnia alia procreata sunt. Nā quum summa caliditas materix innascitur, vniuersum iā erit elementum. Eodē modo quū frigiditas, humiditas, & siccitas innascitur. Qualitates præterea solæ subiectam substantiam alterantes, mutæ inter se trāsmutationis elementorū causæ sunt, & quæ stirpes atque animantia efficiunt. Nō sunt itaque principia necessariò eiusdē generis cum rebus quarum sunt principia. Elementorum enim, quæ corpora esse constat, sunt principia, adeoque diuersi generis, nēpe qualitates. Quod diximus, exemplo constitutionis hominis clarius intelligēt studiosi. Ex primis & simplicissimis sensilib. elementis, quæ simularia dicuntur, fibra, & mēbrana, & carne, & adipe, & osse, & cartilagine, & ligamento, & neruo, & medulla, & aliis omnib. quorū particulæ omnes eiusdē inuicem speciei sunt, homo constat. Hæ rursus ex aliis quibusdā proximis ipsis elementis, sanguine, pituita, & vtraque bile, flaua scilicet & nigra, factæ sunt. Quæ iterū ex cibis & potibus generantur: qui rursus ex aëre, & igne, & aqua, & terra sunt geniti. Hæc verò non ex aliis corporibus, sed ex materia & qualitibus proficiscuntur. Expedi autem hanc principij & elementi tenere differentia, vt intelligamus cur philosophi secus ac medici, à principiis potius quàm elementis ordiendū esse iudicauerint.

Quæ-

Exemplum.

*Cur principij
& elementi
differentia co-
gnoscenda.*

Quærit enim illi causam, cur inter se elemēta misceri ac transmutari queant. Medici verò tanquam id quod à philosophis est demonstratum arripientes, ab elementis ipsis auspicantur. Quæ hætenus pro cōpēdij modo de elemētis diximus, hæc copiosius Hippocrates in libro de humana natura, & post hunc Galenus in cōmentariis in hunc librum conscrip-
tis, & lib. i. de elementis profequuntur.

De Temperamentis. CAP. X.

Post elementa ut de téperamentis differamus, quādoquidem inter res naturales secundum locū obtineant, ordinis ratio exigit.

Téperamētum autem nihil aliud est, quàm ex quatuor elementis, seu calido, frigido, humido & sicco constans mixtura. Sunt verò eius mixturæ seu téperamētōrū in vniuersum differentiarū nouē, vna quidem téperata, aliæ verò octo intemperatæ. Et harū quidē quatuor simplices sunt, calida scilicet, frigida, humida, & sicca tantū: quatuor compositæ, calida simul & humida, calida pariter & sicca, frigida simul & humida, frigida pariter & sicca.

Porrò téperatum, quod Græcis *ἰσοπαρὸν* & *εὐμεικτόν* dicitur, nostri verò téporis medicis æquale, duplex existit: vnū quidē téperatū simpliciter & absolutè, alterū autem temperatū in singulis generibus. Temperatum absolutè & simpliciter, hoc est elementorum & cō-

Téperamētum quid.

Nouem téperamentōrū differentiarū.

Temperatum duplex.

Temperatum simpliciter.

METHO. PERVENIENDI

trariorum inter se collatione; est in quo equa prorsus contrariorum & elementorū portio existit. Hoc sanè temperamentum exactum, optimum, absolutum, summum, & ad vngue mediocre dicitur. Et certè cogitatione poti⁹ vsurpatur, vt lib. i. de tuenda sanitate inquit Galenus, quàm vt solidè subsistat. Et si alicui vnquam cōtigit, aut in animalis corpore visum est, ne momento quidem durauit. Nostre ætatis medici temperaturam æquale ad pondus nomināt, quòd scilicet in ea par & æqualis commixtorum elementorū spectetur moles. Et hanc nusquam etiam inueniri fatetur.

Temperatura æqualis ad pondus.

Temperatum in singulis generibus.

Temperatum verò in singulis generibus est, quod à prioris perfectione absolutioneq; paululum abest, & in quo ea contrariorum elementorum mediocritas consistit, quæ cum animantis, tum stirpis naturæ maximè conuenit. Hoc temperamentum in sanis, & in omnibus quæ pro sua natura optimè se habēt, existit. Tum autem animal ac stirpem optimè se habere dicimus, quum suam functionem optimè obeunt: Ficum, verbi gratia, quū optimos plurimòsque ficus profert. Equum verò, quum velocissimè currit. Ad eūdem modum vitem, quum plurimas optimasque uvas profert. Canē, vbi ad venationes quidem & tutelas quàm animosissim⁹, ad domesticos quàm mitissimus est. Optimè igitur se habere aliquid pro sua natura, ex ipsis functionibus potissimum

Quando animal se optimè habet.

tissimum intelligitur. Hæc igitur omnia, animalia dico & stirpes, optimam, mediâque habere in suo genere téperiem affirmamus, non utique absoluto sermone, quum paritas exacta cõtrariorum in iis est, sed quum ea mediocritas quæ ad potestatem refertur, id est quæ maximè poterit, iis adest. Eiusmodi aliquid & iustitiam esse dicimus, non quæ ponderare & mensura, sed quæ eo quod pro dignitate conuenit, æqualitatem explorat. Hęc enim unicuique pro dignitate quod suum est tribuit, veluti diis, parentibus, cognatis, amicis, domesticis, & ciuibus. Et quidem Iureconsultus in. l. x. ff. de iustitia & iure, iustitiã non aliter finiuit, quàm esse constantem & perpetuã voluntatẽ ius suum cuique tribuendi. Hinc est quòd nostri seculi medici hæc temperaturam æqualem, de qua nunc agimus, ad iustitiã appellant, quòd nimirum in illa commixtorum elementorum ea sit mediocritas, quæ a animantis ac stirpis naturæ conueniat. Est igitur temperaturæ æqualitas in omnibus temperatis animalibus stirpibusque, non ea quæ ex pari elementorum commixtorum spectatur mole, sed quæ tũ animantis tum stirpis naturæ cõuenit. Quòd si verò alicui absurdum ac violentum esse videretur, temperati seu medij temperamenti nomine censeri, quod ad vnguem temperatum non sit, is quæso reliquorum in vita nominum vsus ad memoriam reuocet,

Iustitia quid.

*Temperatura
æqualis ad iustitiam.*

*Obiectionis
solutio.*

METHO. PERVERNIENDI

quum & potionem & balneum tēperata dicimus, non solum quando alterum huic, alterum illi tale est, sed etiā quum ad eundem hominē in latitudine tale est. Nam si averso paululum qui biberit, iniecerit quis in calicē calidæ frigidæve exiguū, nullam mediocriſ tēperamenti mutationē deprehendet. Ad eundem modum neque si quis in solum tēperatum, frigidæ pusillum iniecerit, temperaturā mediam protinus corruperit. Quin ambientem quoque nos aërem tēperatum dicimus, etiamſi in alterutrā partem paululū est propensus. Et quid miri si *διερασία* mediocritasve in satis amplam latitudinē extendatur, quando etiam in lyris consonantiam ipsam, quæ summa exactissimāque est, vnicam atque insectilem esse probabile sit: quæ in vsus hominum venit, certe latitudinē habet. Sæpe namque quam percommode temperasse videaris, alter superueniens musicus exquisitè temperavit. Haecenus môstrauimus *ἐπιλογος* siue tēperatum simpliciter dici, quod medium planè est in vtroque contrariorū genere, ita vt non magis sit calidum quàm frigidum, aut humidum quàm siccum. Temperatum verò in animantiū & stirpium genere, in quo ea est mediocritas, quæ tum animantis, tum stirpis naturæ conuenit. Proinde in eo quod primo loco posuimus, contraria quæ in illo sunt, inter se cōparare ac æstimare oportet, adeoque ad ele-

Ambiens tēperatus.

Επιλογος in latitudinē extenditur.

Epilogus.

elementorū portiones temperiē referre, in al-
 tero verò ad actiones. Cæterū vbi quid à præ-
 dicta mediocritate recedit, intēperatū dicitur, & ab eo contrariorū quod vincit ac su-
 perat, nomen accipit. Calidū enim vocatur,
 in quo calidū frigidū præualet: frigidū au-
 tem, in quo frigidū calidū præstat. Idem sta-
 tuendū de humido & sicco. Atque quod ita in
 vna tantū oppositione intēperatum est, sim-
 plex dicitur. Quòd si verò in vtraq; opposi-
 tione alterū superet, siue calidū vnà cū humi-
 do, siue calidū simul cum sicco, siue frigidū si-
 mul cū humido, siue frigidū vnà cū sicco: uti-
 que pro vincētī sortietur id corpus appella-
 tionē. Et has quidē quatuor compositas intē-
 peries omnes tū medici tū philosophi noue-
 runt. Reliquas verò simplices, quæ ex dimidio
 harū, & altera tantum oppositione cōstitutæ
 sunt, plerūque ignorauerunt, ita vt etiā Auer-
 rhoes hoc loco Galeno obgannire, quanquā
 temere, vt aliās sæpe, non metuerit. Esse enim
 tēperamētū quod in vna oppositione sit tēpe-
 ratū, in altera verò intēperatū, hinc abunde
 cōstat. Si enim necessariū omnino nō est sic-
 cā esse, quæ calida sit, sed licet eam & humidā
 esse, licebit utiq; & mediā esse: propior nanq;
 sicca intemperaturæ media est q̄ humida. Ad
 eundē modū est & frigida quædā tēperies al-
 tera: in qua nimirū frigidū pollet: hāc tamen
 acc humidā esse nec sicca est necesse, sed po-

*Intemperatū.**Simplex.**Compositum.**Auerrhoes**notatur.**Temperamen-**tū in vna op-**positione tem-**peratum, in al-**tera intempe-**ratum.*

METHO. PERVENIENDI

test inter has & media esse. Rursus enim hic quoque eadē affertur ratio, nēpe: si necesse nō est frigidam tēperiem esse humidā, scilicet & siccā eā fieri manifestū est, mediā quoque esse posse: quippe quæ vicinior humidæ est quàm sicca. Præterea sicuti necesse nō est, si qua tēperatura sicca est, hanc protinus calidā quoque esse, sed fieri potest vt etiā frigida sit: ita fieri potest vt quæpiam nec calida sit, nec frigida, sed in hac quidem oppositione temperata, in altera sicca. Simili modo nec humidam temperiem necesse est calidā frigidamve esse: sed eam mediā esse inter huius oppositionis extrema licet. Si igitur necesse non est, vt vel intēperie quæ in calido est & frigido, sequatur ea quæ est in altera oppositione intemperies, vel hanc quæ in illa: licebit aliquando & naturā quæ in caliditate & frigiditate tēperata sit, vel siccā esse, vel humidā: rursusque quæ in siccitate & humiditate tēperata sit, vel calidam esse, vel frigidā. Proinde mirū esse non debet, si aliquid ex dimidio sit tēperatum, & ex dimidio intēperatum. Cæterum quum iam esse nouē temperamentorū differentias demonstrauerimus, sciendū subinde erit, quod quærenti cuius sit tēperamenti homo, equus, bos, canis, aliudve quodlibet, non sit absolute sermone respondendum. Non enim fieri potest, vt qui ad ea quæ multis modis sunt dicta, & inter se diuersa, vno modo respōdet

Quærenti cuius temperamenti sit homo, non est absolute sermone respondendum.

det, nō coarguatur. Oportet igitur duorum alterum, aut omnes percensere differentias, aut percontatum prius de qua rogauerit, illā solam dicere. Nam si vt in animalibus cuius esset tēperamenti rogauerit, ad id quod medio est inter omnia animantia tēperamento, hominem nimirum, respicientes, respondere oportet. Si verò absolutè, atque vt ad totam suam substantiā: sic cōtraria quæ sunt in eo, comparare inter se atque æstimare oportet, haudquaquam ad functionem temperiem referentes, sed ad elementorum ex quibus substantia cōstat, portiones. Quocirca vt respondendo minus aberremus, animaduertendum calidum, frigidum, humidum & siccum multipliciter accipi. Primū vtique absolutè, sic scilicet vt sit syncerū, simplex, & mixtura careat, ac de nullo alio dicatur. Hoc modo sola elementa calida, frigida, humida, siccave dicuntur, quōd nimirū syncera sint, & à mixtione aliena: id quod de nullo alio corpore dici potest. Neque enim vllum reliquorum corporum prorsus & absolutè calidum, frigidū, humidum, siccumve est, sed sola elementa. Quicquid enim præter hæc ceperis, ex horū mixtura constat. Secūdo loco calidum, frigidum, humidum, siccumve non absoluta ratione, veluti syncerū, & à mixtione alienū, sed per excessum exuperatiāmve dicitur id, quod ex contrariis inter se mixtis constat, ceterum

d

Calidi, frigidi, humidi, & siccī accipiones.

Absolute.

Per excessum.

Per exuperatiām.

METHO. PERVENIENDI

expollentis in mixtura nomine appellatur. Hac quidem ratione calidum vocatur id, in quo maior est caliditatis portio: frigidum, in quo frigiditatis. Ita etiam humidum dicitur, in quo humidum sicco præualet: siccum verò, in quo siccum humido præstat. Hoc modo sanguis, pituita, adeps, vinum, oleum, mel, pilus, os, cartilago, vnguis, cornu, lignum, calida, frigida, humida, vel sicca dicuntur. Porrò quod hoc pacto calidum, frigidum, humidum siccumve nominatur, iterum bifariam tale esse dicitur. Primum absolutè, hoc est nulli priuatim & seorsum collatum, sed vt ad totam suam naturam, vniuersamque substantiam. Ita certè canis simpliciter & absoluto sermone, prout videlicet alteri, verbi gratia formicæ, non comparatur, siccus dicitur. Altero modo non absolutè, id est alicui collatum. Idque rursus trifariam. Vel enim symmetro eiusdem generis confertur, veluti si homo ad apem aut formicam collatus fuerit: vel comparatur symmetro eiusdem speciei, vt si homo ad hominem, canis ad canem collatus fuerit: vel vni cuiuslibet obuius confertur, veluti Dion Theoni, Ariston Glauconi. Sūt itaque calidi, frigidi, humidi, & sicci in vniuersum acceptiones septem, vt è sequenti schemate dilucidè studiosi colligent.

*Calidum per
exuperantiam
absolutè.*

*Calidum per
exuperantiam,
non absolutè.*

calidum, frigidum, hu-
midum facimus duobus
dicitur modis.

Abolute, ut sit Siccum, hu-
mide, aqua, terra.

Per exuperantiam
Idque bifariam.

Abolute, hoc est nulli generi collatum, sed ut
ad universam naturam substantivum suam.

Non absolute,
id est alicui col-
lati, sicut

Einige
Generis
speciei
Vnicuique obvio.

Symmetre

METHO. PERVERNIENDI

Ex iam dictis facile quid de anni temporū
& ætatū temperamentis medico sit statuen-
dū, cognoscitur. Atque quod ad anni tēporū,
*De tempera-
mēt s quatuor
temporū an-
ni.* quæ quatuor sunt, ver scilicet, æstas, autūnus,
& hyems, tēperamenta attinet, non oportet
in iis quartam tēperamentorum coniugatio-
nem, calidam nimirū & humidam, inquirere,
eāque veri accōmodare. Horū enim quod-
libet ex suapte natura æstimatū, non ex alte-
rius collatione, calidum, frigidum, humidum
*Veris tempera-
mentum tem-
peratum.* siccumve nominari debet. Et si ad hanc for-
mulam æstimes, apparebit tibi ver esse omnis
excessus planè in medio: quum neque sicut in
hyeme plus valeat in eo frigidum quàm cali-
dum, neque sicut in æstate minus. Ad eundem
modū siccitatis humiditatisque æquabilitas
in eo spectatur, neque scilicet in eo sicut in æ-
state prævalente siccō, neque sicut in hyeme
exuperante humido. Hinc est quòd rectissimè
34b.9. ab Hippocrate dictū sit, ver esse saluberrimū,
ac minimè morbis qui mortē afferunt, obno-
xium. Nam quòd saluberrimum esse ait, hoc
ipso perspicuè docet ver esse temperatum, &
*Ver non est ca-
lidum & hu-
midum.* minimè calidum & humidū, ut quidam sunt
arbitrati. Calidum enim humidum, & tem-
peratum, inter se pugnant. Calidum nanque
humidūque excessum indicant, temperatū
verò omnis excessus planè in medio est. Igi-
tur cum calido & humido statu non coin-
cidit. Accedit quòd omnium aëris tempera-
mentorum

mentorū pessimum id existat, quod calidum & humidū est, tantum abest vt saluber-
 rimum dici queat. Vbi enim totus annus ca-
 lidus & humidus fuerit, magna succedat pe-
 stilentia necesse est. Quod igitur tēperamen-
 tum in quatuor anni tēporibus inueniri ne-
 quit, in insalubri & pestilenti aëris statu in-
 terdū incidit, quemadmodū copiosè admodū
 Galenus ex Hippocrate lib. i. de tēpera. ca. 4.

ostēdit. Atqui obtrudet nobis hoc loco quispiā Hippocratis lib. i. de humana natura, & 2-
 liorū quorundā tum medicorum tū philoso-
 phorū sententiam, qui vnanimis ver calidū
 & humidū dixerunt. Quibus ita cum Galeno

nostro respondemus. Quòd Hippocrates, &
 nonnulli alij tū medici tū philosophi ver ca-
 lidum & humidū dixerint, id non alia de cau-
 sa factum est, quā quòd quatuor anni tēpori-

bus, quatuor tēperamentorum coniugatio-
 nes aptare voluerunt. Hoc igitur vt cōmodè
 facerent, inter se conferre anni tēpora coacti
 sunt. Quocirca sic in tēporibus anni ver di-
 xerunt calidū & humidū, vt in genere corpo-
 reorū animalia, hæc cum stirpibus conferen-
 tes. Hoc nanque cū autumno, quē frigidum
 & siccum esse affirmabant, cōtulerunt. Sunt
 autē per se, & ex sua natura, si rectè de eorun-
 dem tēperamentis statuere volumus, quem-
 admodū paulò antè diximus, æstimanda anni
 tēpora. Sed rursus alius quispiā instabit, hoc

*Aeris tempe-
 ramentum ca-
 lidum & hu-
 midum pesti-
 mum.*

Obiectio.

*Hippocrates
 quæ e ver esse
 calidū & hu-
 midum dix-
 rit.*

Obiectio

d iij

METHO. PERVENIENDI

modo. Si ver esset saluberrimum, nulli profus in eo morbi generarentur. Generari autē in eo morbos, Hippocrates abunde testatur, qui sectione tertia aphorismorū, multos, atq; aded peculiare vernalis temporis morbos percenset, furores, morbos comitiales, anginas, lepras, impetigines, alphas, pustulas ulcerosas, tubercula, & id genus alios. Cui ita respondendū erit, generari quidem in vere morbos, sed eos maximē qui periculo vacant. Ideoque Hippocratē in citata pauld suprà sentētia nō dixisse ver morbis profus vacare (nā ita sibi ipsi contradiisset) sed *ἡμετέρας δαυατῶδες*. i. minimē mortiferum, vel morbis qui mortem afferūt, minimē obnoxium. Morbi quippe qui in eo fiunt, non alia ratione accidunt, quā quod profundum corporis hoc tempore expurgatur vitiosis humoribus à partibus principatum in corpore obtinentibus ad cutē peruenientibus. Adeoq; corpori potius, quod præcedētibus temporibus prauos humores coaceruauit, imputandum erit, si verno tempore quispiam ægrotet, quā temporī. Si enim aliquod corpus bonis humorib^o refertū, venum excipiat tēpus, hoc seruat saluberrimū, nihil ex propria natura nouās, aut immutās. Non sic verò æstas, autumnus, vel hyems: hæc enim tempora etsi purum corpus, & omni vacans reprehensione excipiunt, tamē hæc quidem flauam bilem, ille atram, hyems verò pituitam

Apho. 20.

Responsio.

3. aph. 9.

tuitam generat. Verùm iterũ aliquis quæ diximus hoc modo impugnabit: Initium & finis veris in frigus ac siccitatem propèsa sunt, igitur temperatum esse haud potest. Cui ita respondemus. Fatemur quidem veris initium, *Responso.* quod hyemi proximum est, ad frigus propensum esse: ac eiusdem finem, qui æstati proximus est, ad siccitatem inclinare: tamen haud immodicè, perinde atque hyemem & æstatem, atque citra omnẽ excessum, qui mediocritatis & singulariæ, vt Græci loquuntur, latitudinem, de quã supra est dictum, transiliat. Nam vt lauacrum, non obstante quòd in alterutram partem paululum sit propensus, temperatum dicimus: sic etiam nihil prohibet, quin ver, etiamsi eius initium & finis in frigiditatem & siccitatem paululum declinant, temperatum esse statuamus. Neque enim hæc declinatio, quum exigua admodum & leuis momenti sit, excessus nomine cense-ri potest. Et certè medium tempus inter has declinationes, quod propriè ver dicitur, verè temperatum existit. Atque hætenus de veris temperamento hæc dixisse satis sit. Cæterum *Æstatis temperamentum.* æstas ipsa extra omnem controuersiam calida & sicca existit, quòd in ea humor vincatur à sicco, & frigidũ à calido. De autum- *Autumni.* ni temperamento iterum medicorum variã sententiã. Sũnt enim qui absoluto sermone,

METHO. PERVENIENDI

& citra omnē exceptionem frigidum & siccū esse autumnum asserant, ac certè minus rectè. Non enim frigidus est si ipse per se spectetur, quòd scilicet in hoc frigiditas nō superet caliditatē, sed modò in eo frigus nos afficiat, modò calor vrgeat: quippe meridie multo est calidior, quàm mane aut vesperi. In calore itaque & frigore planè inæqualis esse deprehēditur, & ex ambobus mixtus, vt hac ratione nec absolutè calid⁹, nec frigidus dici queat. Atque ea res est quę maximè mortiferū, vt ait Hippocrates, autumnum facit, inæqualis nimirū in frigore & calore intēperies. Porro cum in humido & sicco medium omnino statum, quemadmodū ver, non obtineat, sed ad ficcius vergat, adeoque vincat in eo siccitas humiditatem, meritò hoc nomine siccus appellatur. Hyems quidem citra controuersiam frigida & humida dicitur, non tamen ea de causa, quòd reliquis tēporibus frigidior, humidiorq; sit: sed quòd frigiditas in ea superet calorē, & humiditas siccitatē. Atque hæcenus pro cōpendij ratione de temperamentis anni tēporum hæc dixisse sufficiat. Nunc ordinis ratio postulat, vt de ætatum etiā temperamentis aliquid dicamus. Quum autem alij aliter de ætatibus loquantur & scribant, nos, de Galeni sententia, has in vniuersum in sex digeremus differentias, pueritiā scilicet, pubertatem, adolescentiā, iuuentutē, constantem.

3. Apho. 4

Hyemis temperamentum.

Ætatum temperamenta.

Sex ætatū differentie.

tem siue mediam, & senectutē. Pueritia, pri- *Pueritia.*
 mum inter ætates ordinem obtinens, confe-
 ssum ab eo tēpore quo vterum matris infans
 egreditur, incipit, & ad decimū quintum vsq;
 annum durat. Hæc quidem calida & humida *Puer calidus*
 existit: quod hinc potissimum colligitur. Pri- *et humidus.*
 ma siquidem eius in vtero constitutio ex fe-
 mine & sanguine est, quæ res sunt calidæ &
 humidæ. Dein ex eo, quod quū infans paritur,
 adhuc summè est humidus, idq; nō in sangui-
 nis modò vasis, & visceribus, ac carne, sed etiā
 ipsius ossib⁹, quæ scilicet siccissīma sunt omniū
 quæ in nobis sunt, vt pōst latius dicemus, par-
 tium. Nam cum hæc, tum reliqua omnia vnā
 cum iis mēbra quasi cerea sint, infantium nu-
 trices fingunt, formāntque: tanta est in toto
 puellorum corpore humiditas. Tertio hinc
 etiā puerorū ætatē esse calidam & humidam
 æstimari poterit, quòd in alio quàm hoc tem-
 peramento corpora increfcere nequeant.

Altera ætas Græcis *ἡβη*, Latinis *Pubertas* no-
 minata, Galeno sect. 3. apho. com. 27. & sect.
 5. apho. com. 7. teste, initium capit an no deci-
 mo quinto, & ad decimū octauū extenditur.

Tertia ætas Græcis *ἰουλιὰ νεωπαισίων*, Latinis *Adolescentia*
 adoleſcentia vocata, incipit anno decimo o-
 ctavo, Galeno sect. 5. apho. com. 7. autore, du-
 ratque ad vigesimum quintum. Hanc Hippo-
 crates, & interdum etiam Galenus, vt loco iā
 citato, sub pubertate complectitur, neque id

METHO. PERVENIENDI

*Pubertas &
adolescentia
temperata.*

*Iuuentus.
ἀνιμή.*

*Num pueri,
an iuuenes ca-
lidiores sint.*

quidem temerè. Vtraq; enim earū ætatum, pu-
berum nimirum & adolescentium, in medio,
adeóq; optimo téperamêto, Galeno sect. pri-
ma apho. com. 18. & super librū Hippocratis
de victu priuatorum teste, cōsistit. Quarta
Græce ἡλικία νεανίσκου, & ἀνιμή, Latinis iuuetus, vi-
gor florēs, seu vigens ætas, & cōsistendi tēpus
appellatur. Orditur anno vigesimo quinto, &
ad trigessimū quintū, Galeno sect. aph. 3. cō 30.
& sect. 5. apho. cō. 9. autore, extēditur. Hæc sa-
nè ætas calida & sicca, Galeno sect. 1. apho. cō.
24. attestāte, existit. Hoc loco solet quæri, nū
pueri, an ætate florentes sint calidiores. Ad
quam quidem ita breuiter quæstionē respon-
dendum erit, Aequalitatem caloris in pueris
& florentibus ætate esse id, quod vnusquis-
que qui sensum in multa particulariū experiē-
tia exercuerit, manifestè deprehēdet: differre
tamen, quòd qualitate puerorum calor hali-
tuosus magis sit, & multus, suauisque: ætate
autem florentium, exiguus, siccus, nec simili-
ter suauis, sed tristis, adeóque tangenti quasi
molestus. Siquidem puerorū substantiæ, vt-
pote humidæ, multum foras effluit: florentiū
verò ætate substantiæ, vtpote siccæ, parum.
Proinde neuter eorū simpliciter videtur ca-
lidior, sed alter multitudine eius quod diffila-
tur, alter acrimonia. Dissimilis igitur quum
in vtrisque substantia sit, in pueris quidem hu-
mida & aëria, in ætate florētibus sicca & ter-
rea,

rea, fit vt illorum calor tangēti blandior, horum verò minus suauiſ, ac veluti triftis occurrat: quē admodum copioſius idipſum lib. 2. de tēpe. ca. 3. & ſect. 1. apho. com. 14. Galenus mōſtrat.

Quinta etas gręcis *ναβις γυνια*, latinis, potiffimum Ciceroni in dialogo de ſenectute, conſtans & media, inter iuuentutem nimirū & ſenectutē, nuncupatur. Interpretēs aliquot Galeni & Hippocratis minus rectē conſiſtendi ætatem dixerunt. Cæterū hæc ætas Gręcis etiā *ναβις γυνια* & *περπαυια*, hoc eſt declinans *περπαυια* *Declinans.*

Conſians ſeu media.

nomiatur, vt ſect. 3. apho. com. 30. & lib. 5. de tuenda ſanitate ca. vlt. teſtis eſt Galenus. Hoc autem nominis illi datum eſt, quòd in ea vires hominis decreſcere incipiunt. Appellatur etiā Gręcis alio nomine *ανδρια*, hoc eſt, virilis ætas.

Incipit anno trigefimo quinto, & finitur quadrageſimo nono, Galeno ſect. 3. apho. com. 30. teſte. Hæc ætas, potiffimum collatione ad præcedentes ætates, frigida & ſicca exiſtit. Hinc eſt quòd Galenus loco iam

- citato ita ſcriptum reliquerit. Nam omnium, inquit, ſerè ætatum, ea quæ iam declinat, paucis indiget ad corporis reſumptionem. ſiquidem quod ex ipſis reſoluitur, pauciſſimū eſt. Neque enim corpus ſimiliter calidum, ſicuti prius, neque in augmētum amplius, quicquā in ea abſumitur. Frigidus autē eſſe in hac ætate cōſtitutos, Hippocrates etiā perſpicuè lib. 1. de viſtus ratione docet, vbi inter cætera

METHO. PERVERNIENDI

„ in hunc modum scribit: Vir ubi iam corpus
 „ eius, ait, cōstitit, frigidus & siccus est, quod
 „ nimirum caloris excessus impetūse non am-
 „ plius præpolleat, corpusque quiescens augeri
 „ desinat, ac frigidius factum sit. Siccitas etiam
 prioris ætatis inest. Hęc ille. Sexta ætas se-
 nectus vocatur. In ea constituti Græcis *γῆροντις*

Senect. s.
Γῆροντις
ἡ προβύται.
Senectatis tres
partes.
ἡ μού γοντις.

& *προβύται*, Latinis senes nominantur. Huius
 tres, Galeno lib. 5. de tuēda sani cap. vlt. atte-
 stante, sunt partes. Prima est eorum qui *ἡμο-*
γῆροντις, id est viridi senectā præditi, quod nimi-
 rum ciuilia adhuc obire negotia queant, di-
 cūtur. Eius initium est anno quinquagesimo:
 & ad sexagesimum vsque durat. Secunda est
 eorum qui ciuilia munia ob viriū imbecilli-
 tatem obire haud valent. Hinc de ea Home-
 rus sic scribit.

„ Ut lauit, sumpsitq; cibum, dat mēbra sopori.
 Hęc incipit anno sexagesimo, & protenditur
 in septuagesimū. Tertia pars senectutis est,
 in qua extrema existit viriū imbecillitas. Græ-
 ci nominant eū qui ad hanc partem peruenit,
ἡμιπλοῦς, *ἡμιπλοῦς*, ἀπὸ τῶ ἡμιπλοῦς εἰς τὴν ἀδου πομπήν id est, à
 mittendo in pompam quæ ducit ad infernū.
 Orditur anno septuagesimo, & durat ad vitē
 vsque finem, qui magna ex parte anno 80. vt
 in psal. 90. sacra testatur scriptura, imminet.
 Est autē senectus frigida & sicca. solidæ enim
 fenum partes, ossa nempe, membranæ, liga-
 menta, arteriæ, venæ, nerui, tunicæ, carnēsq;
 omnes

ἡμιπλοῦς.

Senes frigidi
& sicci.

omnes sicca sunt: vt meritò Aristoteles seniù marcescenti stirpi assimilaerit. Quippe stirpes nouellæ dum sunt, molles humidæq; cernuntur: senescentes, assidue magis siccescunt, postremùm aridæ prorsus redduntur, idque ipsis mors est. Neque est quòd quis propterea quòd superuacuis excrementis onerantur senes, hos humido temperamento esse arbitretur. Non enim ipsæ particulæ fenum humidiorè sunt temperamento, sed ipsæ capacitates quæ inter corpora parent, superuacua humiditate implentur. Serosis itaque & pituitosis excrementis, ob virium infirmitatè senes pleni sunt, in solidis autè partibus planè sicci, quemadmodum fufius lib. 2. de tempe. cap. 2. & lib. 5. de tuenda sanit. cap. 6. & lib. 6. cap. 31. & in com. super Hippocratis librum de visu priuatorum Galenus monstrat. Cæterùm quod hætenus à nobis de ætatibus dictum est, sic accipiendum erit, vt id quod magna ex parte ita accidit. Neque enim has certo & exquisito annorù numero circūscribere licet, nisi fortè in latitudine quadam, quòd non sit vnus omnium certissimus pubertatis terminus, propter temperaturæ caliditatem & frigiditatem. Calidi enim citiùs, frigidi vero tardiùs pubescunt. Pubescere nanque aliqui incipiunt, vbi quartumdecimum annum expleuerunt: quidam vno pòst anno, nōnulli post quintum & trigessimum, vt libro 6. de

*Obiectio
solutio.*

*Ætate: certo
& exquisito
numero anno-
rum circūscri-
bi nō possunt.*

METHO. PERVENIENDI

*De partium
corporis tem-
peramentis.*

Similarium

Ossium.

Pilorum.

Cartilaginum

Tendonum.

Nervorum.

Ligamentorū.

Venarum.

Arteriarum

Tunicæ.

Adeps.

tuenda sani. ca. 2. & sect. 3. apho. com. 27. Gale-
nus copiosius docet. Nunc ut de partium
corporis temperamētis breuiter disseramus,
ordinis ratio postulare videtur. Quum verò
eas duplices, similes nimirum & instrumen-
tarias esse constet, ut suo loco fufius docebi-
mus, primùm de similarium temperamentis
verba faciemus. Ossium itaq; essentia, frigi-
dum & siccum ipsorum esse tēperamentū de-
clarat. Idem facit pilorum, cartilaginum, ten-
donum, neruorum, ligamētorum, venarum,
arteriarū, mēbranarūque substātia, utpote
quæ à calore cocta, & à frigore cōcreta est. In
vno tamen magis quā altero frigidū & siccū
præpollent. Pilus certè omnium in corpore
frigidissimū & siccissimum. Ab illo ossa, dein
cartilagine, post quas ligamenta, à quibus
tendones, deinceps membranæ, & arteriæ, &
venæ, ipsa scilicet vasorum corpora, postre-
mò nerui duri. Molles enim in humiditate &
siccitate mediam naturam, sicuti cutis, obti-
nent. Nam in altera oppositione, quæ est ca-
lidi & frigidi, neruus mollis in medio nō est:
sed tantum ei deficit de calore, quantū de san-
guine. Porrò tunicæ ipsæ, maximè sanguineo-
rum vasorū, arteriarū nēpe & venarum, non
solū exangues sunt, sed etiā frigidæ natura: cō-
tactu tamen sanguinis calefiunt, atq; ad me-
dium tēperamenti statū perueniunt. Frigida-
rum humidarūmq; partiū adeps & pinguedo
primas

primas obtinet. Cui certè nō alia ratione cō-
cretio cōtingit, quā quod membranis, quę fri-
gidæ sunt, vt cōprehensum est, adiacet. Crasso
nanq; oleo est similis, eōq; congelatur vbi cū
frigidis & exanguibus particulis coniungi-
tur. Post pinguedinem est spinalis medul-
la. Caro certè multi sanguinis est, ideo cute
calidior & humidior. Cæterum inter partes
dissimilares seu instrumētarias primū nobis
cor ipsum occurrit, quod sanè viscus natura,
tum omniū animantis particularū calidissi-
mum est. Humidius autē quā cutis, quanto
scilicet ea est mollius. Proximū illi iecur est,
vt pote carnosum & sanguineū. Pulmo cali-
dus & humidus, quē ad modū etiā liē, & renes.
Cerebrum omnino frigidum & humidū exi-
stit. Quum iā satis de primis qualitatibus, ca-
liditate nimirum, frigiditate, humiditate, &
ficcitate dictū sit, secundarū qualitatum etiā
mentio aliqua faciēda erit, quod scilicet ex il-
lis temperamta cognosci queant. Secundæ
autem dictæ sunt, quod primas sequantur, vel
vt planius dicam, quia ex cōmitione tēpera-
turæve primarū qualitātū generantur. Sūntq;
numero quatuor, visiles, vt colores: olfacti-
les, vt odores: gustatiles, vt sapores: tactiles,
vt mollities, durities, grauitas, leuitas, dēstitas,
raritas, crāssitudo, tenuitas, asperitas, lenitas
& id genus alię. Porrò colores nō parū cōdu-
cūt ad tēperamēti corporis cognitionē, quē ad

*Spinalis me-
dulla.*

Caro.

*Dissimilariū
partium tem-
peramenta.*

Cor.

Iecur.

Pulmo.

Lien.

Renes.

*Qualitates
secundæ.*

Colores.

METHO. PERVENIENDI

modum lib. 2. de tēpe. Galenus copiosē admodum docet. De medicamentorū tamen temperamentis ex coloribus exquisitē colligere nihil licebit. In singulis enim coloribus calida, frigida, humida, siccaque inveniuntur: neque necessarium est vt quicquid rubrū sit, calidum quoque existat. hac enim lege Rosas calidas esse consequeretur. Neque vt quicquid albū sit, frigidū etiā existat. aliās enim omnes flores candidos vt frigidos esse dicamus necesse erit: quod quā sit absurdū, omnes intelligunt. Ex odore autē non esse iudicādum de medicamentorū temperamentis, Galenus lib. 2. de simpl. medi. facul. cap. 3. & lib. 4. cap. vlt. abundē monstrat. Pari modo ex odoribus de sensilium corporū temperatura coniecturam sumere non est securū. Nam quæ odore carent, crassam quidē essentiam obtinent: ceterū quæ sit eorum in calore & frigore natura, non ita constat. At quæ odorata sunt, tenuia quodāmodo existunt, & calida: verūm eius tenuitatis caliditatisque quantitas haud indicatur. Causa verò potissima maximaque quam ob rē nihil certi de tēperamentis iudicari possit, inæqualitas est substantiæ. Neque enim omnes eius partes æquē euaporant, nec perinde vt in gustu sensum mouent. In gustu enim omnes similiter gustabiliū corporum particule linguæ offeruntur, sensumque mouēt pro sua natura singulæ, vt copiosius lo-

Odores.

Quare de tēperamentis ex odore non sit pronuciādū.

sius loco iam citato Galenus docet. Porro
sapores vel adstringentes, vel austeri, vel acer

bi, vel acidi, vel dulces, vel amari, vel salu, vel
acres sunt. Ex quibus utique in hunc modum
breuissimè medicamentorum temperamen-
ta dignoscuntur. Adstringētia, austera, acer-
ba, & acida exquisitè, hoc est nulla sensu no-
tabili alia qualitate præter adstrictionem, au-
steram, acerbam, aut acidam qualitatem, præ-
dita, omnia sunt frigida. Differunt tamē nõ-
nihil etiam, id quod ex illorū operibus fit ma-
nifestum. Adstringentia enim cōtrahunt, ob-

turaat, densant, repellunt, in crassant, & exic-
cant, ut galla, rhus. Austera in profundū sub-

euunt, atque asperū quendā & inæqualē sensum
mouent, tanquā resiccantia, & humorem om-
nē corporū sensu præditorū depascentia.
Germanica lingua appositè quod austerū est
rauch appellatur. Acerba lingue nostrę ad-

mota deficcant, cōtrahunt, & in multā pro-
funditatē vsq; illā exasperant, sicuti pyra sylue
stria immatura. Germanicè acerbū cōmodè
herb nominatur. Acida, utpote corporis te-

nuitate pollētia, incidūt, diuidūt, & extenuāt,
obstructiones auferūt, & expurgāt. Germani-
cè nõ ineptè quod acidū est saur vocabimus.

Dulcia omnia sunt calida, ea deniq; laxant,
concoquunt, emolliunt, & rarefaciūt, ut mel.

Amara calida & sicca sunt. Atque hinc est
quòd omnia amaro sapore prædita, omnium

*Sapores.**Ex saporibus
medicamento-
rum tempera-
menta ut co-
gnoscenda.**Adstringētia**Austera.**Acerba.**Sicida.**Dulcia.**Amara.*

METHO. PERVENIENDI

minimè putrescunt. Putrefactioni enim inepta sunt, quæ admodû sicca existunt. Amara verò meatus expurgât, abstergunt, extenuât, & incidunt crassos humores, vt nitrû, fel. Salsa itidem calida & sicca sunt. Hęc linguam dū cōtingunt, neq; cōtrahunt, neq; constipant, imò cōtrâ planè agere apparent, nēpe detergunt, & abluunt. Acria cum valida quadam caliditate mordicant & erodût, vt alliû, cepe. Germanis autè acre ppriè res oder scharpff dicitur. De saporib⁹ hæc dixisse sufficiat. Qui plura de iis scire cupit, is cap. 37. libri primi de simpl. medi. facul. & caput 6. libri quarti, & cap. 25. libri sexti diligenter legat. Quod ad tactiles qualitates attinet, hoc initid sciendû, id quod siccû est, durum prorsus esse. Non tamen si quid durû est, idè statim & siccum est. Etenim inseparabilis à sicco corpore duritia est, nò tamen eius vnus propria. Nâ & quod à frigore cōcretû est, durû cernitur, sicut glacies. Vnde nò statim sicci humidiq; adeunda discretio est, antè scilicet quàm æstimatû sit quæadmodum se in calore & frigore habeât. Neque enim siquid cū summo frigore representatur durum, id etiam siccum est. Nec si quid cum vehemēti calore est molle, idem statim est humidum. Verùm quû mediocriter est calidum, tum æstimare durumne an molle sit, oportet. Si enim molle sit, humidû est: si durû, siccû. Porrò quid asperitas, lenitas, tenuitas, crassities

Salsa.

Acria.

Durities & mollities.

craftities, densitas & raritas ad temperamen-
torum, ac facultatū medicamentorum digno-
tionem conducant, ex lib. 2. de tempe. & libris
de simpl. medica. facult. Galeni petendum erit.
Cōpendij enim ratio non fert vt singula hęc
vberius prosequamur. Non parum quoq; ad
tēperamentorum totius corporis, & princi-
pum eiusdē partium, faciunt quæ tradit Gale-
nus in arte medica à capite 13. vsque ad 67.

De humoribus.

CAPVT XI.

HVMores, quos animātium sanguine præ-
ditorum elementa Galenus lib. 2. de ele-
mētis nominat, quatuor numero existūt, san-
guis nimirum, pituita, bilis flaua, & atra. San-
guinē autē qui in venis est, temperatū esse, si
rectē de eius temperamento differere velis,
statuere oportet. Temperatum autē esse san-
guinem disertē admodum testatur Galenus,
qui in com. 36. libri primi Hippocratis de na-
ra humana ita scriptum reliquit. *καὶ δὴλον ὅτι καὶ*

*τὸ αἷμα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἢ θερμὸν καὶ ὑγρὸν, ἀλλ' ἰσχυρο-
τον. id est. Atq; constat eadem etiā ratione nō
calidum & humidum esse sanguinem, sed tem-
peratū. Et clarius cō. 39. eiusdē libri, in quo in-
eum scribit modum, αὐτὸ γὰρ τὸ αἷμα τὸ δονὸν ἰσχυρο-
τότατον λέγεται τοῖσδε ὅτι μὲν ἐν ἰσχυροτάτῃ μεγάλως ἐν αὐτῷ
τῶν ἰσχυρίων ἀλλήλοις, μήτε τὸ θερμὸν τὸ ψυχρὸν, μήτε τὸ
ψυχρὸν τὸ θερμὸν, μήτε τὸ ὑγρὸν τὸ ξηρὸν, μήτε τὸ ξηρὸν τὸ
ὑγρὸν, ἵνα τοῖ-
ων δέεται καὶ τὸ αἷμα αὐτῶν τῶν τετραῶν ποιότητων, ἰσχυρότης
καὶ ξηρότης, καὶ θερμότης καὶ ψυχρότης, ἰσχυρὸν ὅτι καὶ
τῆς τῶν ἄλλων δέεται μίξις. καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἰσχυροτότατον*

e ij

*Elementa ani-
mantium san-
guine prædi-
torum.*

*Humores
quatuor.
Sanguis tem-
peratus.*

METHO. PERVENIENDI

αἷμα μέτρηται τὴν ἐν πρὶν μακροῦ, καὶ τοῦτο εἶναι, καὶ μακροῦ,
 hoc est: Sanguis ille qui videtur temperatissimus, talis dicitur, quod in ipso nullum contrariorum aliis magnopere præcellit, neque calidum frigido, neque frigidum calido, nec humidum sicco, nec siccum humido. Postquam itaque & ipse sanguis indiget quatuor qualitatibus, humiditate & siccitate, calore & frigore, manifestum est quod & cum reliquis humoribus misceri postulet. Quo fit ut temperatissimus sanguis sit pituitæ & flauæ atque bilis particeps. Præterea Galenus lib. 2. de tempera. cap. 4. sanguinem humorum optimum & maxime proprium esse scribit. Optimus autem minime esset, nisi simul temperatus existeret. Equibus sane Galeni locis, omnibus constare puto sanguinem dici debere temperatum, & non (ut plerique arbitrantur) calidum & humidum. Accedit quod si non dicamus sanguinem esse temperatum, sed calidum & humidum, sanguinem certe temperamentum non optimum, sed omnium ferè pessimum erit. Ut enim omnium aeris temperamentorum pessimum id est Galeno lib. 1. de tempera. ca. 4. teste, quod humidum & calidum est, quæ admodum supra etiã demonstrauimus: ita corporis temperamentum in quo calidum præualet frigido, & humidum sicco, eodẽ Galeno lib. the. metho. 8. ca. 6. attestatẽ, maxime omnium putredinis morbis expositum est, propterea quod per ipsam sanitatẽ proximẽ

Sanguis non
 est calidus &
 humidus.

mè putredinē accedat, veluti tum ex sudoribus cōiicere est, qui grauius iis olent, tū verò ex vrinis, deiectione, atque etiā ipsa expiratione. Etenim qualis est hircorū, talis est & illarum naturarū temperies. Ideoq; prōpta est ex qualibet occasione tū aliis morbis, tum verò febribus corripī. Quinetiā Galenus lib. 5. de tuenda sani. ca. vlt. humidū & calidum temperamentū, fluxionum vitii obnoxiiū esse testatur. Et lib. 6. ca. 4. naturas calidas & humidas in puerili ætate, fluxionū & plenitudinis morbis maximè tentari tradit, itemq; putredinis. Quapropter si sanguineum temperamentum esse optimū, vt reuera est, affirmare volumus, sanguinem nō quidem calidum & humidum, sed planè temperatum statuamus necesse est. Sed hic statim sciolus quispiā Hippocratis & Galeni nobis auctoritatem obiiciet, quorum vterque sanguinē esse calidum & humidum, hic quidē libro de temperamentis primo, ille in lib. de humana natura, disertè asserit. Cui ita respōdemus, verū quidē esse Hippocratē sanguinē appellare calidum & humidū, sed diligenter considerandū qua id ipsum faciat ratione. Nō alia sanè, Galeno etiā nostro com. 36. libri de natura humana teste, quàm qua ver calidum & humidum esse ait, collatione nimirum ad reliqua tempora, autumnum scilicet: quum tamē per se & ex sua natura æstimatum sit temperatum. Ita sanè

Obiectio.

Responso.

METHO. PER VENIENDI

sanguinem cum ceteris humoribus conferēs, humidum & calidum esse verè asserit, quum per se & ex sua natura æstimatus, quemadmodum paulò antè ostensum est, temperatus sit. Sic Galenus etiam sanguinem collatione ad ea quæ maiorem siccæ portionē sortita sunt, ossa verbi gratia, cartilaginem, lignum, & similia, humidum esse scribit: calidum verò comparatione ad ea quæ maiorem frigidæ portionem contraxerunt. Verùm instabit

Alia obiectio

idem aduersus hanc responsionem hoc pacto. Galenus sanguinem non tantum calidum, sed & in corpore calidissimum, libro 1. de temperamentis cap. vltimo asserit, tantum abest vt temperatus dici queat. Respō

Responsio.

deo, Galenum hoc loco non loqui de sanguine qui alieno calore vacat, sed eo qui est à corde plurimum calefactus: id quod ex eiusdem verbis quæ statim subiicit, conuincitur. ait enim paulò post. Sanguis verò ipse à corde suum accipit calorem. Quocirca sanguis per se non potest commodius estimari, quàm in iis quæ corde sunt destituta, modò talia inueniatur, animantibus. in iis enim verè temperatus est. Hinc est quod Galenus in lib. de formatione fœtus sic scriptum reliquerit. Nul-
 ,, lum animal exanguè est manifestè calidum,
 ,, neque manifestè calidum exanguè. Nam san-
 ,, guini qui in venis est, absque cordis calore tepi-
 ,, da quædam caliditas insita est, & propterea
 etiam

„ etiam in iecore. Cor verò quasi quendā ignis
 „ focum animalia sortita sunt. Sine corde enim
 „ sanguineorum animalium calor perfimilis est
 „ calori qui æstatis tempore in domibus sen-
 „ titur. Sed quemadmodum domus incenso in
 „ ipsa igne calidior redditur, ita & animalium
 „ corpus ex corde calorem maiorem acquirit,
 „ quā is sit qui venis & iecori insitus est, & san-
 „ guini videlicet in ipsis cōtento. Hæc ille. Vel
 „ dicamus sanguinem per se esse æstimandum,
 „ prout in iecore & venis est, non à corde ca-
 „ lefactus. sic enim verè temperatus dicitur, vt
 „ is qui à corde calorē nactus est, calidissimus.
 „ Rectissimè igitur in libro de temperamentis
 „ hominis, & aliorū corde prædicatorū animan-
 „ tium sanguinē calidissimū esse dixit, vt pote qui
 „ hunc calorē à corde tanquā ab ignis foco na-
 „ ctus est. Atqui rursus aliquis ita sese nobis
 „ opponet. Quomodo Galenus hac ratiōe san-
 „ guinē esse calidissimū affirmare potuit, quū
 „ tamen ipse lib. 2. de tempe. cap. 4. flauā bilem
 „ sanguine longè calidiorē esse tradat, & lib.
 „ 1. ad Glauconē de curatione tertianæ exqui-
 „ sitæ, perspicuè dicat flauæ bilis humorem in-
 „ ter omnes qui in corpore sunt, *ἡ ἐπιπο-
 „ ταιότερον*, hoc est calidissimum & siccissimum es-
 „ se? Item capite 5. libri de inæquali intemperie
 „ in eum scribit modū. Calidissima natura me-
 „ ritò est flaua bilis, at frigidissima pituita. Re-
 „ liquorum humorum sanguis post flauam bilē

Obiectio alia.

METHO. PERVENIEN DI

Responsio.

maximè est calidus, sicut atra bilis post pituitam est frigida. Respõdeo, Galenum in iis duobus locis inter se conferre quatuor humores, qua quidem ratione meritò bilis flava calidissima natura dicitur, utpote in qua calidi maior sit portio, quàm in omnibus aliis humoribus. In libro autem primo de temperamentis ubi sanguinem calidissimum esse asserit, quæ in corpore humano sunt humidissima simul & frigidissima, calidissima simul & humida, siccissima simul & frigidissima inquit. Qua quidè lege rectissime pituitam humidissimum & frigidissimum in corpore esse ait. nihil enim ea in humano corpore frigidius simul & humidius. Pilum siccissimum & frigidissimum. nihil enim hoc siccius simul atque frigidius. Ita quoque sanguine ipso, à corde nimirum calefacto, nihil est in corpore, quod simul humidum sit, calidius. Est quidè calidior bilis flava, & eadè etiã sicca. Calidius etiã cor, utpote à quo sanguis suum calorem mutuatur, sed sanguinis potissimum collatione, simul etiã siccu. Cor verò esse calidius sanguine & siccius abundè etiam testantur quæ scribit Galenus

» lib. 2. de tempe. cap. 4. in hunc modum. Iam,
 » inquit, cordis caro omnibus iis, cute nimirum,
 » liene, renibus, & iecore, tantò est siccius, quãtò
 » est durior. Calidior verò non modò iis, sed etiã
 » omnibus planè corporis particulis. Quod etiã
 » sensu clarè deprehendas licet in thoracis animalis

malis dissectione, si digitū in sinistrū eius sinū
 » immiseris. inuenies enim locum hunc omniū
 » quæ in animali sunt, non paulò calidiorem.
 » Hactenus Galenus. vt hinc omnibus perspi-
 cuum sit, sanguinem per se & ex sua natura æ-
 stimatum, quod in disquirendis temperamen-
 tis fieri debet, esse temperatum. Hæc fusius à
 nobis tractata sunt ideo, quod à nullo, quod
 sciam, ante nos sanguinis temperamētum re-
 cte explicatum sit. Nunc ad reliquorū humo-
 rum temperamenta, quæ commodissimè hoc
 loco tractantur, ostendenda progrediamur.

Pituita quidem, frigida & humida existit. *Pituita.*
 Bilis flaua, calida & sicca. *Bilis flaua.*
 Atra verò, frigida & *Bilis atra.*
 sicca. Cæterum quum humores hos calidos,
 frigidos, humidos, siccos sive dicimus, tales esse
 non nisi potestate dicimus. Quippe dissidet
 id quod actu & secundum apparentiam ta-
 le est, ab eo quod potentia seu facultate est.

Actu enim est, quod iam præsens est. Potesta-
 te autem, quod adhuc futurum est, atque vt
 fiat quod dicitur, veluti habile, non tamè ad-
 huc subsistens. Hac sanè ratione flauam bilē
 ficeam appellamus, quātumuis sit aspectu hu-
 mida. Hæc verò esse potestate calidam & sic-
 cam, hinc abundè colligitur, quod vbi pluri-
 ma in ventriculo continetur, perpetua siti
 infestamur. Contrà si hæc euomitur, protin-
 us à siti magis vindicamur, quàm si pluri-
 mam hausissemus potionem. Sitim autè à ca-

*Pituita.**Bilis flaua.**Bilis atra.**Humores quo**modo calidi,**frigidi, humi-**di, siccinè di-**cuntur.**Actu esse.**Potestate esse.**Bilis flaua po-**testate calida**& sicca.*

METHO. PERVENIENDI

lore & siccitate provenire lib. 1. simpl. medicament. cap. 30. Galenus satis monstrat. Pariratione aquam marinam, non obstante quòd humida, prout apparet, existat, siccam esse dicimus, quòd nimirù potestate talis sit: siquidè carnes ficcat, & incorruptas seruat. Sic atram quoque bilem, non obstante quòd actu humida sit (neque enim in humorum censum veniret, nisi humida esset) siccã potestate esse affirmamus. Porro vt primæ qualitates prædictis quatuor humoribus insunt, ita etiã quæ has sequuntur secundas illis inesse, Galeni quoque in libello de atra bile inscripto, testimonio, constat. Ibidè enim sanguinè omnino dulcem esse rectissimè tradit. Nã quum à moderato calore, vt testis est idem Galenus lib. 4. de simpli. medic. facul. cap. 10. cuique corpori dulcedo proveniat, sanguis que temperatus sit, vt paulò antè à nobis est demonstratù, vt idè etiam dulcis sit necesse est. Et dulcedo certè que nò nisi à moderato calore fit, abundè docet sanguinè esse temperatum. Pituita qualitatatis omnis secundæ, vt aqua, expers est. Neque enim dulcedinè, neque amaritatè, neque acrimoniã, neque aciditatem præ se fert. Bilis flava est amara, idque meritò, quòd calida admodù sit. Quippe amarus sapor admodù calidis & siccis corporibus inest, quemadmodù lib. 4. Simpl. medic. cap. 16. 18. & 19. copiosè admodù Galenus monstrat. Atra bilis acerba

Secundæ quatuor humorum qualitates.

Sanguis dulcis.

Pituita qualitatatis omnis secundæ expers.

Bilis flava amara.

Atra bilis acerba.

ba

ba existit, quippe acerb⁹ sapor nō nisi in ter-
 reis & frigidis, qualis certè atra etiā bilis est,
 Galeno lib. citato ca. 7. attestante, reperitur.
 Iam si mores animi corporis tēperaturas se-
 quuntur, vt Galenus peculiari ea de re inscri-
 pto libello demōstrauit, sanguineos certè mo- *Sanguinei.*
 deratos, ridibūdos, blandos, venustos, ac flo-
 ridos esse necesse est. Hæc enim omnia sāgui-
 nem, qui temperatus est, sequuntur. Pituitosi *Pituitosi.*
 contra segnes, somnolēti, carnosī sunt, ac ci-
 tō canescunt. Quos enim alios pituita, frigi-
 dus sanè humor, quān tales, quales iam recē-
 suimus, efficeret? Hinc Galen⁹ cōm. 39. lib. de
 natura humana rectissimè dixit ad mores sin-
 gendos nihil conducere pituitā. Segnes enim
 sunt perpetuò pituitosi. Biliosi iracundi, cele- *Biliosi.*
 ris ingenij, vel vt Galenus loco iā citato ait,
 dexteritate animi & prudētia p̄diti, agiles,
 leues mēte, macilenti sunt, & cibū confestim
 concoquunt. Hinc est quòd naturæ biliosæ,
 flauæque bilis copiā in vētriculo habētes, ci-
 bos cōcoctu difficiles, verbi gratiā carnes bu- *Cur aliqui bu-*
 bulas, Galeno etiā in præfatione lib. i. de ali- *bulam carnē*
 mē. facul. teste, melius q̄ cōcoctu faciles pisces *citius quān pi-*
 scilicet saxatiles cōcoquere solent. Quæ enim *sces saxatiles]*
 ex facili cōcoquuntur, facilè itē à bilioso vē- *concoquunt.*
 triculo alterātur & corrūpuntur. Cōtrā quæ
 cōcoctionis difficilis sunt, difficulter quoque
 tum alterātur, tum corrūpuntur. Atra bilis *Mela. cholici.*
 inertes, constātes, Galeno vbi suprā teste, &
 firmos, auaros, morosos, tetricos, tristes, inui-

METHO. PERVENIENDI

dos & timidos, reddit. Porro quādo quatuor humores prædicti suas qualitates seruant, tū secūdum naturā se habet animal, ipsique humores naturales & salubres à medicis appellantur. De quibus iam ordine agemus. Porro sanguis, Galeno cōm. 27. libri de humana natura teste, bifariā dicitur. Alter qui in sanguinis missione & vulneribus vacuari videtur, vtriusque bilis & pituitę particeps. Alter purus & syncerus, aliis humoribus non confusus. Sanguinis verò locus venæ sunt & arteriæ. in iis enim vasis naturaliter cōtinetur, & in totū distribuitur corpus. In arteriis autem contineri sanguinē, Galenus in eo libro cui titulum fecit, An sanguis natura in arteriis contineatur, aduersus Erasistrati sectatores luculenter admodum demonstrat. Porro distat nonnihil sanguis qui in arteriis est, ab eo qui in venis habetur, eodē Galeno lib. primo de laborantibus locis cap. 1. & lib. 6. de Hippo. & Platonis placitis, teste. Sanguinis enim venarū color natiu⁹ est ruber. Arteriarū verò, vtpote calidior, tenuis, subtilis, flauiorque existit. Quāquam verò purus & syncerus sanguis, Galeno in lib. de plenitudine, & multis aliis locis attestante, nūquam in venis reperitur, sed semper pituitam ac geminas biles sibi commixtas habet: tamē cum is plurimus sit, alij autem humores pauciores, ideo solus ex omnibus in venis apparet. Caterum generationis sanguinis, seu, vt ita dicā, sanguificationis

Humores naturales.

Sanguis bifariam dicitur.

Aliis humoribus confusus. Purus.

Sanguinis locus.

Differt sanguis venarum nonnihil à sanguine arteriarum.

Cur solus sanguis in venis apparet.

Secur genera-

ficationis officina & instrumentū iecur exi-
 stit, quod copiosè Galenus lib. 3. de vsu partiū
 corpo. humani, & lib. 6. de Hippocratis & Pla-
 tonis placitis ostēdit. Sanguinis autē in cor-
 pore is præcipuus vsus est, vt nutriat. Ex eo e-
 nim omnes particulæ corporis, vt multis in
 locis testatur Galenus, nutriuntur. Alter in
 corpore humano humor latinis pituita, Græc
 Pituita.
 cis φλέγμα dicitur: nō quidē à verbo φλέξαι, φλέγμα.
 quod vstum, ac supra modum coctum esse si-
 gnicat, quemadmodum Prodicus in ope-
 re de natura humana asserere ausus est, igno-
 rans Græcis autoribus nomen φλέγμα duo si-
 gnificare, nempe φλέγασιν, id est vstionem, &
 humorem illum frigidum ac humidum, quē,
 vt paulò antè diximus, latini pituitam appel-
 lant. Hic humor, vt testis est cōm. 39. libri de
 natura humana idē Galenus, in prima cibo-
 rum mutatione generatur. Colore autem al-
 bus existit, & concoctione in sanguinem mu-
 tatur. Quapropter quum sit veluti ex dimi-
 dio coctum nutrimentum, nullū quod pitui-
 tam expurget proprium instrumentum na-
 tura machinata est. Quippe in ventriculo ge-
 nerata pituita, quia fertur simul cum iis quæ
 ex cibi potūiq; humoribus in iecur distribu-
 untur, cōcocta iam sanguis euadit. Quod au-
 tem pituitæ in venas fertur, animali etiam ex
 vsu est. Desiderat itaque talis humor non vti-
 que vacuari, sed in corpore manens alterari.

*tionis sangui-
nis officina.*

*Sanguinis v-
sus.*

*Pituita gene-
ratio.
Color.*

*Pituita repo-
nenda nullas à
natura in cor-
pore desina-
tus locus.*

METHO. PERVERNIENDI

Quod verò in intestinis relinquitur, à bile ex iecinore in ea defluente abstersum, commo-
dissimè ac celerrimè per sedem eiicitur, vt
lib. 5. de vsu par. corp. huma. fufius Galenus o-
stendit. Porro excrementum quod à cerebro
destillat, veluti Galenus lib. 2. de naturalibus
facul. cap. vltimo attestatur, propriè non re-
ctè appellatur pituita, sed Græcè βίσις ἢ γαί νόσφις,
latine mucus. Pituitæ autè is vsus est, vt quod
eius in ventriculo generatur, ac cum humo-
ribus qui ex cibo & potu in iecur distribuun-
tur, perfertur, Galeno in libello de atra bile
attestante, dum cum iis vnà concoquitur,
sanguis euadat. Flaua pallidave bilis, sic ab
eius colore, qui est flauus pallidusve, appella-
tionem accepit, simpliciterque Græcis χολὴ di-
citur, Galeno in libello de tumoribus præ-
ter naturam cap. 10. teste. Reliquas verò o-
mnes biles, cum coloris adiectione nominât.
Generatur autem bilis in iecore, ibidémque
cum sanguine miscetur. Necessarium autem
fuit vt ab ea sanguis purgaretur, ne scilicet
totius corporis color ab ea, haud secus quàm
in ictero, inficeretur. Hinc natura huic pro-
priam sedem machinata est, vesicam nimirũ
quæ iecori subest, & bilem ex eo ad se per cõ-
uenientem meatum trahit. Vfus autem bilis
flauæ est, vt intestina à pituitosis excremen-
tis repurget, & abstergat, atque eorũdem ex-
cretionem adiuuet. Ad intestina autem de-
fertur

βίσις.

Mucus.

Pituitæ vsus.

Bilis flaua.

*Bilis genera-
tio.*

Bilis sedes.

Bilis vsus.

*Meatus bilem
ad intestina
deferens.*

fertur bilis per meatum duodeno insertum. Meatus vero per quem iecur in ventrem bile euomit, magna ex parte, Galeno lib. 2. de tēpera. cap. 8. & lib. 5. de vsu par. corpo. huma. teste, vnicus est, in nonnullis, iisque paucissimis, geminus. Et si geminus est, in duodenum maior inseritur, minor in ventriculi fundum paulò supra ianitorē pylorone. *Atra bilis naturalis, veluti fex ac sedimētū sanguinis est, ideo colore, quod nomen satis indicat, nigra. Hæc autem, si volumus exquisitè loqui, Galeno sect. 6. aph. cōm. 53. attestante, nondū atrā bilis nominari debet, sed melancholicus humor. Necessè verò est ab hoc humore expurgari iecur: ideòque instrumentum quo ille expurgetur, natura lienem condidit. Qui si minus quàm oporteat, melancholicū humorem ad se trahit, vt inde sanguis impurius, ita totū corpus redditur magis decolor. Vt hinc etiam perspicuum omnibus sit, eum humorem in iecore generari, à quo tandem in lienem, vt comprehensum est, transfertur. Vfus autem atræ bilis naturalis est, Galeno libro quinto de vsu par. corpo. huma. attestante, vt ventriculi actiones iuuet. Ipsa enim, quum acerba & acida sit, ventriculum intēdit, & in seipsum cōtrahit, & exquisitè cōprehēdere cibos cogit, ac retinere quousq; plene cōcoquatur. Vt hinc euidentissimum sit, Auicēnā, & alios quosdā hui⁹ viri placita mordic⁹ tenētes,*

Atra bilis naturalis.

Melancholicus humor.

Sedes melancholici humoris.

Melancholici humoris generatio.

Vsus.

Auicēna & suorum sequa cū erratum.

METHO. PERVENIENDI

Melancholicus humor famem naturalē minimē excitat. toto errare cœlo, dum non alia de causa eum humorem ad ventriculum deriuari tradunt, quàm vt famem ac naturalem appetentiã excitet, quemadmodũ lib. 6. Epide. sect. 6. cõm. primo copiosissimẽ môstrauimus. Placet hoc loco referre quæ de motu humorum scribit

Humorũ motus de sententiã Sorani. in hũc modum Soranus Ephesius. Humores, inquit, suis temporibus in corpore dominãtur, nepe sanguis ab hora noctis nona, vsque » ad horam diei tertiam: bilis flaua ab hora diei » tertia, vsque in horam nonã diei. Bilis nigra » ab hora noctis tertia, vsque ad horam noctis » nonam. Hæc ille. Verũ vt citra omnem rationem illa à Sorano dicuntur, ita quoque facile à quouis, tanquam parum firma, cõtemnuntur. His itaque posthabitis, ad alia quæ de humoribus restant dicenda progrediamur. Prædicti quatuor humores haudquaquã eandem seruant formã seu speciem, Galeno lib. 2. de natural. facul. teste, quũ animãs præter naturam se habet, qualem quum secundum naturam afficitur obrinent. Quippe tunc naturales qualitates amittũt, ac corpori noxam inferunt: ideóque insalubres & non naturales quum ita se habent dicuntur: neque etiã simpliciter, sed cum adiectione efferuntur, vt ex eorundem specierum commemoratione liquidẽ patebit. Sanguis enim naturalis qui in *Sanguis cum adiectione.* venis est, reliquis humoribus, qui illi cõmixti sunt, dominatur, & simpliciter ac reuera sanguis

sanguis est & dicitur. Sanguis verò non natu-
 ralis, seu præter naturam affectus, ab vno, aut
 plurib. sibi cõmixtis humorib. superatur, nec
 simpliciter, sed cum adiectione, sanguis vel bi-
 liosus, vel pituitosus, vel melancholicus, vel fe-
 rosus, vel putridus appellatur. Mixt^o enim est
 ex sanguine vero, & succo aut sanie illi permi-
 sta. Sic de reliquis humorib. etiã sentiendũ est,
 eos nimirũ naturales appellari, dũ debita &
 cõueniẽti mēsurā atq; pōrtione, suisque qua-
 litatib. tũ primis tũ secundis præditi, sangui-
 ni in venis commixti sunt. Nō naturales, vbi
 contrā se habēt. Cæterũ pituita nō naturalis, *Pituita nō na-
 turalis species*
 Galeno lib. 2. de diff. feb. cap. 6. autore, qua-
 tuor sunt species, vna quidē valde frigida, ita *quatuor.*
 vt neque excretionis violentia quum excidit, *Vitrea.*
 quẽadmodum lib. 1. de laborantib. locis ca. 1.
 Galenus scribit, calida euadat. Hæc si calido
 loco obstruitur, vehementissimos cruciatus
 excitat. Hic humor vitro fuso tum colore tũ
 substãtia similis est, ideóque à Praxagora, vt
 loco iã citato testis est Galen^o, vitreus est ap-
 pellatus. Philippus medicus, & alij iuniores
 simpliciter, nullũ aliud adiciẽtes nomē, cru- *Crudus hu-
 mor.*
 dũ vocauerunt. Hæc pituita, Galeno in lib. de
 plenitudine attestante, cibi fastidiũ, & inap-
 petentiã facit. Altera pituitæ species est, quã
 plerique cum secreatu expuunt, sensilem obti-
 nens dulcedinẽ, ideóque dulcis nominatur. *Dulcis.*
 Hæc, vt eodẽ loco Galenus autor est, somno-

METHO. PERVERTIENDI

Acida. lentos efficit. Hæc verò nō est exquisitè frigidā. Tertia species pituitæ expuētibus acida videtur, min⁹ quàm vitrea, magis verò quàm dulcis, frigida. Hæc famelicos facit. *Quarta* pituitæ species falsa nūcupatur. Talis autē fit aut ob putredinē, aut ob falsā serosā humiditatis mixtionē. Hæc Galeno vbi suprà teste, sitibūdōs efficere solet. *Flauæ vero bilis nō naturalis species quinque.* Flauæ vero bilis nō naturalis, Galeno in lib. de atra bile, & aliis etiā in locis attestare, quinque sunt species. Prima Græcis *κωδύδης*, Latinis vitellina, quod ouorū vitellis tū colore tū consistētia sit similis, appellatur. Hæc in venis, vt loco iā citato Galenus testis est, generatur. Altera Græcè *πυρροῦδης*, Latinis porracea dicitur, eò quod porri colorē referat. Gignitur in vetriculo: quod Galenus lib. 2. prognosti. cōm. 39. & in libello de atra bile disertè docet. Tertia Græcis *ἰσθηδύδης*, Latinis æruginosa, ab æruginis, quam præ se fert, similitudine, vocatur. Hæc in vetriculo nascitur. *Quarta* *ἰσθηδύδης* Græcis, *Isatidis colorē referēs* Latinis nominatur. Eodē quo præcedēs loco procreatur. *Quinta*, Galeno lib. 10. de simpli. medic. facul. ca. de bile, teste, cærulea nūcupatur. Tot quidē & nō plures de sentētia Galeni bilis nō naturalis species sūt. Arabū quorundā de iis cōmenta nihil moramur. Atra bilis nō naturalis vna dūtaxat species est, acida nimirū nominata, quod scilicet ex vstione quapiā ac putrescētia, Galeno lib. 2

de

de natural. facul. attestāte, in acidā migrauc-
rit qualitātē. Eāque veteres propriē atrā bilē
nūcupauerunt. Radēs etiā alio appellatur nomi-
ne, quōd in aceti modū acris sit, & corpus a-
nimalis radat, terrāmq; si super eā effusa sit,
attollat, ac fermentet, bullāsq; quales feruētī-
bus iusculis innata revidemus, excitat. Quare

Radens:

Difficul. 4. apho. 24

*Humores se-
cundos Ati-
cenn cōmēn-
tus est;*

rectissimē de ea dixit Hippocrates: Dificul-
tas intestinorū si ab atra bile inceperit, letalis,
Porrō Auicēna fen. 1. Cano. 1. doct. 4. ca. 1. prę-
ter iā dictos alios adhuc quatuor humores cō-

mētus est, quos secūdos appellauit, minus ta-
mē propriē, quā sint poti⁹ partiū corporis sub-
stātię, quę absumptę & depastę, siccitatis aut
hecticę quatuor pariūt differētias. Quod ma-
nifestē admodū testatur Galenus, qui lib. 7.

- » the. metho. ca. 6. in eū scribit modū: Quod se-
» niū in sanis est, id sicca intēperies est in ægris.
» Itaq; etiā insanabilis est, si pręsus sit cōsumma
» ta. Est autē prorsus cōsummata, vbi solida si-
» milariū partiū substantia reddita est siccior.
» Nā est & altera siccitas, vtiq; cū ea quorū sub-
» stātia ex humore cōcreto cōstat, sicut caro &
» adeps, sūt liquata. Etiā tertia, quū propria hu-
» miditas vnde partes nutriūtur, omnino absū-
» pta est. Cōtinetur ea in omnib⁹ animalis par-
» tib⁹, ceu ros quidā per eas sparsus. Quarta ab
» iis diuersa siccitas est, quę in propriis cuiusq;
» particulę exilib. arteriis venisq; cōsistit. Pro-
» uenit & hęc ex sanguinis penuria. Hactenus

METHO. PERVENIENDI

Gluten. Galeni verba retulim⁹ è quib⁹ haud dubie Auicēna sui cōmēti occasionē sumpsit. Quippe solida similariū substātia illi Glutē nominata est: ita enim eius interpres vocavit. Substātiā ex humore concretā, si non ipse, tamē eius maximē affeclā, Cābiū appellauerūt. Humiditas propria vnde partes nutriuntur, & quę in omnibus animalis partib⁹ instar roris spargitur, Ros illis dicta est, non omnino inepte. Humorem qui in exilib. venis & arteriis continetur, nomen non habentem vocavit, quum tamen nihil aliud sit quā sanguis. Quapropter Galenus hanc quartam & vltimam siccitatem ex penuria sanguinis provenire perspicuē dixit. Præstat itaque, obscura dicendi Auicennæ ratione neglecta, Galeni potius loquendi formā hoc loco, vt in reliquis ferè omnibus, sequi.

Partium corporis humani generalis explicatio.

C A P. XII.

Similares quę **P**ARTIUM humani corporis prima differentia est, quòd ex his aliquę sunt similes, aliquę instrumentales. Similares autem partes (*ἰσομορφῆ* Græci vocāt) sūt, vt testatur Aristoteles lib. 1. de historia animalium cap. 1. quę in similes sibi partes diuiditur. Haud aliter eas definit Galenus lib. 1. the. metho. ca. 6. inquires
 ” Partes similes sunt quę vndique in similes
 ” diuiditur. Et lib. 8. de placitis Hippo. & Platonis, vbi ita scriptū reliquit. Similares partes sunt

» sunt quæ omnes tū sibi mutuo, tū toti similes
 » partes habent, veluti arteriæ, venæ, nervi, of-
 » sa, cartilagine, membranæ, ligamenta, tuni-
 » cæ, caro, & id genus aliæ. Atque hæ quidem
 » sunt veræ & legitimæ partium similarium defi-
 » nitiones, quòd singulas in se complectantur
 » similarium partium differentias. Alij ineptè

*Inepta partiū
 similarium de-
 finitio.*

» admodum partes similes ita finiunt. Partes
 » similes sunt, quarum omnes partes eiusdè
 » inuicem speciei existūt. Vel in hunc modum.
 » Sunt quarū omnes particulæ eiusdem speciei
 » cum toto existunt. Quippe hæ finitiones al-
 » terā duntaxat partium similarium differentiā
 » cōplectuntur. Esse autem duas partium simi-
 » larium differentias è Galeno manifestissime
 » colligitur. Aliæ enim sūt quarū vniuersæ par-
 » ticulæ eiusdè inuicem speciei sunt. Et hæ qui-
 » dè reuera sūt primæ & similes, hoc est, vt ad

*Due partiū
 similarium dif-
 ferentia.*

*Similes re-
 uera.*

» vniuersas partes eas cōstituentes. Neq; enim
 » in partes alterius naturæ & rationis speciei-
 » ve diuidi possunt, neque aliæ iis sunt priores.
 » De iis certè loquitur Galenus lib. i. de elemē-
 » tis, vbi inter cætera in hūc scribit modū. Ho-
 » mo, inquit, ex primis & simplicissimis sēsilib.
 » elementis, similarib. nominatis, cōstat, fibris,
 » mēbranis, carne, adipe, osse, cartilagine, liga-
 » mēto, nervo, medulla, & aliis vniuersis, quo-
 » rū particulæ vniuersæ eiusdem inuicè speciei
 » sunt. Hactenus Galenus. Et eas solas partes si-
 » milares altera & illegitima finitio cōprehen-

f iij

METHO. PERVENIENDI

Similares sensus iudicio.

dit, vt nulli non pater. Aliæ partes similes & simplices sunt sensus dūtaxat iudicio, non natura. Nā hæ in partes alterius naturæ & diuersæ speciei diuidi possunt. Sub hac quidē differentia, venæ & arteriæ cōplectuntur. Nō enim reuera simplices & similes sūt, vt ad vniuersas scilicet suas partes. Siquidē ex fibris & mēbranis, quæ certē diuersæ sunt naturæ & speciei, cōstāt. Atque hinc est quòd Galenus alicubi venas & arterias è similariū numero sūmoueat. ita enim cap. 2. lib. de inæquali in-
 2, tēperie scriptū reliquit. Digitorū, ait, particu-
 2, la sunt ossa, cartilago, ligamentū, arteria, ve-
 2, na, mēbrana, caro, tēdo, vnguis, cutis, adeps.
 2, Has autē diuississe in aliā speciem non est, sed
 2, sunt similes ac primæ: exceptis tamen arte-
 2, riis & venis. hæ nanq; ex fibris & membranis
 2, cōstāt. Hæc ille. Nō sunt itaque venæ & arte-
 riæ similes & simplices partes prima quidē
 ratione, & ad vniuersas suas partes. Similares
 autem existunt altera ratione, hoc est sensus
 iudicio, & vt ad se totas. Omnes enim venæ &
 arteriæ partes, toti venæ & arteriæ, & mutuo
 sibi similes sūt. Quapropter vt venas & arte-
 rias etiā inter similes partes recēdere cōmo-
 dè possit, in lib. de optima humani corporis
 cōstitutione eā partium similariū definitio-
 nē afferre voluit. *ὁμοιογενῆς, ait, ναρτήραι δὲ νεφροὶ καὶ
 αἰσθητὸν ἄλλα.* id est: Similares partes vocātur, quæ
 scilicet sensu simplices sunt. Abūdē enim suf-
 ficit

ficat, vt in resolutione partium instrumentaliū, aliquid sensus iudicio simplex & simile sit. Vt nunc omnib⁹ manifestū sit, nō vno simpliciter modo vbiq; de similibus locutū fuisse Galenū. Nā vbi venas & arterias inter similes recenset partes, hic ad sensum magis quā ad rei naturā spectat. Quod euidentissimum fit ex iis quę scribit cap. i. de differentiis morborum. Nā ibidem venas & arterias inter similes partes recensens, paulò post, vt

» seipsum explicaret, ita inquit. Porro singulæ
 » partes instrumentales, ex aliis, quæ sensus iudicio simplicia videtur, sunt constitutæ. Et paulò post, capite scilicet secundo, Itaq; ait, si vel
 » ossiū aliquod, vel caro, vel reliquorū corporū
 » q̄ sens⁹ iudicio simplicia esse videtur, &c. Cōtrā vbi è numero partiū similiū venas & arterias excludit, hic ad rei naturā potius quā sensus iudicium respexit. Si enim altiori indagine venarū & arteriarū naturā essentiāmq; perquiras, nec sensus iudicio cōtētus sis, ex dissimilib⁹, nēpe fibris & mēbranis, coalitas esse inuenies. Vt igitur similibus vtiusque differentia partibus congruentem finitionem, adeoq; absolutā & perfectam habeas, primā quam nos ex Aristotele ac Galeno produximus, amplectaris necesse est. Hęc lōgius à nobis dicta sunt, vt Galenū à repugnātia vindicarem⁹, & rē paucis cognitā, luculēter studio sis exponeremus. Ad institutū itaq; redeūtes,

Galenus à repugnātia vindicatur.

METHO. PERVENIENDI

Propria ho-
minis elemen-
ta que.

hoc initio monebimus, partes similes Ga-
lenum propria hominis elementa nominare,
idque non temere. Nam et si hæc partes comu-
nes quoque brutorum quibusdam existunt,
equo nimirum, boui, cani, & id genus alius (o-
mnia siquidem huiusmodi arterias, venas, ner-
uos, ligamenta, membranas, & carnes obti-
nent) non tamen hæc ad vnguem planè huma-
nis similia, sed nonnulla quoque genere diuer-
sa, velut vngulas, cornua, calcaria, rostra, &
squamas habent. Donatur autem adhuc mul-
tis aliis appellationibus à Galeno partes si-
milares. Dicuntur enim nunc ἀπλά μέρια, id est

Varia appel-
latione par-
tium similarium
ἀπλά μέρια.

πρωτὰ σώμα-
τα.

ὁμογενῆ.

στοιχεῖα δὲ
ἀπὸ τῶν στοι-
χείων.

simplices partes, propter causam paulò antè
expositam: nunc πρωτὰ σώματα, hoc est prima cor-
pora, quòd scilicet ex iis constituuntur partes
compositæ & instrumentales. Item ὁμογενῆ, id
est, eiusdem generis, ob causam suprâ dictam.

Et στοιχεῖα δὲ, hoc est, elementares, & ἀπὸ τῶν στοιχείων,
id est, sensui obnoxia elementa. Ex iis enim, ve-
luti elementis, partes compositæ & instrumē-
tales constant. Quòd autem sensui obnoxia
sunt, eo certè ab elementis mundi, utpote quo-
rum sensus iudex non est, differunt. Nomina-
tur quoque στοιχεῖα μέρια, hoc est solidæ partes. Ita

στοιχεῖα μέρια
Solidæ partes.

enim lib. 1. de naturalibus facul. ca. 7. Galenus
scriptum reliquit. καλεῖται δ' οὕτω τὰ στοιχεῖα μέρια τὸ σώ-
ματος, ἀστρίοι, καὶ φλίβι, καὶ νεύρα, καὶ ἰσθμῶν, καὶ χιόνδοι, καὶ
ὄμεις, καὶ σύνδεσμοι, καὶ οἱ χιτῶνες ἀπαντες, οὓς στοιχεῖα εἰς
καὶ ὁμοιομερῆς, καὶ ἀπλοῦς ὀλίγων ἔμπροσθεν ἱκλουμένων.

Quod

Quod est: Vocantur autem sic solidæ corporis particulae, arteria, vena, nerui, ossa, cartilagine, membrana, ligameta, denique tunicae omnes, quas elementares, similes, & simplices paulò supra nominauimus. Porro instrumentariae partes sunt, quae ex simplicibus

similaribusve conditæ sunt, vt caput, manus, pes, cerebrum, cor, & id genus alia. Sortiuntur verò & alias appellationes. secundæ enim compositæ, dissimiles, & diuersi generis partes dicuntur. Græcè *συνεπιθετα, ἀνεπιθετα, ἐπιθετα* nominantur. Animaduertendum autè hoc loco erit iter se differre instrumentaria partè & instrumentum. Quippe instrumentum, vt autor est lib. 1. the. metho. cap. 6. Galen^o, vocatur quælibet animalis pars quæ perfectam edere actionem potest, vt oculus visionem, lingua loquelam, crura itionem perficietia, instrumenta atque simul instrumentales partes sunt. Ad eundem etiam modum arteria, vena & neruus, instrumenta sunt. quodlibet enim horum perfectam edere actionem potest, eamque toti animanti communem, distributionem nimirum spiritus, sanguinis, sensus ac motus. instrumentariae tamen partes haud existunt. Quapropter mirificè Galeni interpretes aliquot hallucinantur, dum promiscuè instrumenta pro instrumentariis partibus conuertunt, quemadmodum crebrò fecisse Copum in cõ

uersione librorum de morborum differentiis *Copi erratū.*

Instrumentaria partes.

Diuersa partium instrumentarium appellationes.

Differt pars instrumentaria & instrumentum.

Copi erratū.

METHO. PERVENIENDI

constat. Sed præstat ex multis vnum saltem lo-
cum produxisse, qui est capite i. iam citati li-
bri, vbi ille ita cōuertit. Porro singula instru-
mēta ex aliis quæ sensus iudicio simplicia vi-
dentur, sunt cōstituta. Quæ sanè verba quid
absurditatis habeât, nemo non videt. Simila-
res enim partes, quæ instrumenta sunt, esse cō-
positas ex eo sequeretur. Natus est autem iste
error inde, quod ἰσχυρισμὸν cum ἰσχυρισμῶ confudit.
Græce enim est, ἰσχυρισμὸν γὰρ τῶν ἰσχυρισμῶν: singulæ
enim instrumētariæ partes &c. Porro è nu-
mero partiū instrumētariarum, tres sunt me-
dicis principes vocatæ, cerebrū, cor, & iecur.
Sūt qui iam dictis quartâ, testes nimirum, ad-
iiciant, eò quod ad speciei cōseruationem faci-
ant. Partium præterea aliæ sunt quæ præ-
dictis quatuor ministrant, nerui scilicet, ve-
næ, arteriæ, & vasa seminaria. Quippe nerui
cerebro, venæ iecori, arteriæ cordi, vasa semi-
naria testib⁹ famulâtur. Per neruos enim ce-
rebrum sensum motūq; in totū animal trans-
mittit. Per venas iecur sanguinè veluti cana-
les in vniuersum corpus spargit. Cor verò per
arterias vitalem calorē & spiritū in totū dis-
tribuit corpus. Testes per vasa seminaria ge-
nitale semen in vterū deriuât. Sunt etiâ quæ-
dam partes corporis quæ nec aliorum guber-
nationi præsent, neque aliunde gubernâtur,
quum innatam habeant facultatem à qua gu-
bernentur, vt os, ligamentum, membrana, &
caro

*Principes cor-
poris partes.*

Ministrantes.

caro simplex. Sciendum denique hoc loco erit, omnes corporis humani partes venarum & arteriarum adminiculo indigere ad essentiae suae conseruatione. Venis quidem, vt nutriatur: arteriis autem ad insiti caloris moderatione.

Ossum & cartilaginum corporis humani succincta enarratio. CAPVT XIII.

PRIORE capite de humani corporis particulis generatim differuimus, in praesenti vero speciatim de iis verba faciemus, tamen quoad poterimus breuissimè, vt aliquam saltem nominum partium humani corporis notitiã medicinae tyrones habeant, atque ad eam instructiones ad anatomen veniant. Exordiemur autem ab ossibus, quae sunt veluti fundamenta totius corporis sustententia. Sunt haec in vniuersum tredecim

& quatuor. Caluaria, quae cerebrum ambit, *Numerus ossium humanorum.* Græcis vocatur, septem constat ossibus: *Septem est capitibus.* quorum duo in vertice sincipite, quod Græcis

βρεχμα dicitur, vtrinque enim vnum est, parietalia *βρεχμα* barbaris vocantur. Frontis, quae *μετωπον* Græcis appellatur, vnum. Occipitis, quod *ισιον* Græci nominant, etiam vnum. Temporum, quae Græcis *υποταφοι* nominantur, duo, vtrinque vnum ad suam aurem positum. Haec quia petrae speciem referunt,

Græcis *λιθοειδη*, hoc est petrosa lapideae vnde dicuntur. *Ossa petrosa.* Temporum ossa duos obtinent processus: quorum vnus styli scriptorij, aculve imaginem exhibet, ideo Græcis *γραφοειδης*, & *συναρτηρ* & *βρανοειδης*, *γραφοειδης* processus.

METHO. PERVENIENDI

ωλῆντρον. & à gallinacei calcaris imagine *ωλῆντρον* vocatur. His duobus alius adhuc accedit processus neutiquam infimus, qui mediâ ofsis iugalis, de quo paulò pòst, partè efformat. Septimû capitîs os Græcis *σφλωροειδής*, latinis cuneiforme, à cunei similitudine vocatur. Idem etiam quodd insigniter variû sit, *πολύμορφον* Græci nominant. Galenus lib. 8. de vsu par. ca. 7. hoc os *σπυροειδής* à spongiæ similitudine, appellavit, quod scilicet intus paruis cavernulis spongiæ ritu perforatum sit: quanquam in superficie continuum est, foraminibusque minimè peruium. Vocat etiam eodem loco *ὄσμοειδής*, à coli & cribri forma, quorum instar perforatum est. Porro hoc os quod in nariû summo reponitur, cribri modo peruiû, septimq; nariû efformans, Galenus à cuneiformi ofse nō discernit, sed vnum idēque esse statuit. Vesalius verò nosfer hoc os, quodd certis quibusdā futuris à cuneiformi distigui videatur, octauû capitîs os facit, in eôq; ofsfactus organorû sedē constituit. Prædicta capitîs ofsa futuris quibusdā, quæ Græcis *ράσται* nominantur, cōmissa sunt, q̄ pro capitîs figuræ diuersitate variatur. Naturalis nāq; capitîs figura, Galeno ca. 1 de ofsibus attestante, quinq; obtinet futuras: quarû tres verè dicuntur, ferratiles enī sunt, detratîsq; pectinatim cōpagib⁹ coeūt. Atq; harû quidē duæ trāsuersæ sunt, quarû altera in syn-cipite seu vertice est, & Græcis *σικανωτία*, latinis

nis

nis coronalis, quòd scilicet coronæ in eap-
tissimū capitis parte collocetur, nominatur.

Coronalis.

Altera in occipitio est, q̄ à literæ Λ similitudi-
ne Græcis λαμβδοειδής, & v̄ forma ὑψιλοειδής voca-
tur. Tertia à medio posterioris, siue eius quę
in occipitio cōsistit, per capitis longitudinē
ad mediū vsque anterioris futuræ extēditur.

Lambdoides.

hinc Græcis ὀβελιαία, q̄ veru sagittæve instar
rectā, & satis longè incedat, vulgò Sagittalis
nuncupatur. Harū trium futurarum figura fe-
rè H literæ Græcorū similis existit. Præter
iā dictas, duæ alię sunt futurę, à sagittali quo-
dammodo æquè distantes, & super aures latę,
quæ nō futurarum speciē, sed veluti duarum
inuiçē incumbentiū squamarū imaginē expri-
mūt, inde etiā Græci has λεπιδοειδῆ προσωλλημιατα,

Sagittalis.

hoc est squamosas conglutinationes appel-
larunt. Vulgus medicorū mendosas nominat

*Squamosę
temporum cō-
missurę.*

futuras. Sunt qui euidētiōris doctrinæ stu-
dio futuras προτεριās, id est, temporales nuncu-
pant. Quomodo autem in non naturali capi-
tis figura futuræ hæ variantur, alibi dicemus.

*Suture men-
dosę.*

*Suture tem-
porales.*

Os Græcis ὀσθια, συγοειδής ἢ ἡσὶ συγοειδής, Iugale vo-
catum, ideo sic appellari cœpit, quòd vtraque
ossa (sunt enim vtrinq; singula) bouum iugis à
dissectionis peritis atsimilētur. Vnde vulgò
os paris dicitur. Osibus tēporū ampla caui-
tas insculpta est, instrumētō auditus reponē-
do aptata, ac tortuoso foramine in capitis
amplitudinē, cerebri sedem, repens. Hęc duo

Os iugale.

ὀσθια.

Os paris.

*Instrumentum
auditus.*

METHO. PERVENIENDI

complectitur ossicula, quorū vnū incudi, aut
 rectius molari denti, alterum verò malleolo
 nō ineptè cōparatur. Quinctiā temporis os
 posteriori inferioriq; ipsius parte simul cum
 occipitis ossis base eā caluarie regionē effor-
 mat, quam præruptę petrę aut rupi non du-
 ritia modò, verū etiā imagine cōferunt. Su-
 perior maxilla, quę Græcis ἡ ἄνω σιαγών vel γένυς
 dicitur, præter tenuia quædā, fungosa, & ve-
 luti mēbranea ossicula, & dentes, duodecim
 ossibus cōstat. Vnum enim vtrinq; in exte-
 ri sedis oculi regiōe, & duo vtrinq; etiā in in-
 teriori, & vnū vtrōbq; in inferiori, quod ma-
 xillæ ossium longè maximū existit, superiorū
 alterius lateris dentium alucolos sibi inscul-
 ptos obtinens. Ad palati finē, quæ nariū fora-
 mina in fauces pertinent, vtrōbique etiā vnū
 cōsistit os. Et prominēs deniq; nasi pars duo-
 bus extruitur ossibus, nasi cartilagineæ pro-
 ducentibus, quibus cartilagineæ nariū alæ,
 ἡ ἑσφύρια Græcis dicuntur, stabilūtur. Infe-
 rior maxilla, ἡ κάτω σιαγών aut γένυς Græcis dicta,
 vnico magna ex parte osse constat, nisi fortè
 admodū puerulis in summo mēto ex binis os-
 sibus coalescat. Desinit vtriq; in duos proces-
 sus, quorū alter in mucronē, alter in capitulū
 tranuersum oblongū finit. Dētes in vniter-
 sum triginta duo sunt, in vtraq; maxilla sede-
 cim. Priores quatuor, quia secāt, Græcè τομαῖς,
 latinè incisori j appellantur. Deinceps vtrinq;
 duo

Ossa præru-
 ptę petrę af-
 similata.

Maxille supe-
 rioris ossa 12.
 σιαγών.

ἡ ἑσφύρια.
 Maxille infe-
 rioris os vnū

Dentium nu-
 merus.

τομαῖς.
 Incisorij.

duo alij hæret Græcis *κυνόδοντις*, latinis Canini, *Canini.*
quod scilicet canū dētib^{us} quāsimillimi sunt,
dicuntur. Post hos decē vtrinq; sunt Græcis
γνάφιοι, latinis maxillares nominati. Alio nomi *Maxillares.*
ne eofdē Græci *μύλας*, & *μυλίτας*, Latini molares, *Molares.*
quod iis cibi, veluti molis cereales fruges at-
te rantur ac tenuentur, vocant. Postremi dē-
tes, qui sunt omniū recōditissimi, ac propo-
modū gingiua operti, Græcis *σφαρρονιστήρις*, quod *σφαρρονιστήρις.*
scilicet eo tempore producātur quo sapere so-
lemus, & *εψήγιοι*, id serotini, & *πρωτότηρις*, quod *εψήγιοι.*
ætatem perficiant & cōpleant, nuncupantur. *πρωτότηρις.*
Latini simpliciter genuinos nominant, nō-
nulli dentes sensus & sapientiæ. Sinus quibus
dētes infiguntur, Græcis *φάτνια*, Latinis præse *φάτνια.*
piola vocātur. Laryngis gutturisve suprēme
parti ad linguæ radicē os vnitatis nomine do-
natū, sed variis plurib^{us}q; ofsiculis contextū, *Os hyoides.*
præponitur, quod à literē *υ* figura, *υψήδης* & *υψηλός* *υψηλός,*
δύς appellatur. Cōstat vt plurimū ofsis vñ- *Spina.*
decim. Spina, quæ Græcis *σπίνα*, & *σπίνας* dicitur, *σπίνα.*
medullæ spinali, quā Græci *σπονδυλική* vo- *σπονδυλική.*
cant, iter præbet, ac corporis veluti carina in
collū ceruicemve, thoracē dorsumve, *σπονδυλική* *σπονδυλική.*
Græci nomināt, lūbos, sacrum os, & coccyga
diuiditur, triginta quatuor ofsis, *σπονδυλική*
Græci, Latini vertebrae appellāt, efformatū. *Vertebrae.*
Ceruix quidē seu collū, *αρχή* & *τράχηλος* Græce *Ceruix.*
vocatur, septenas vertebrae cōtinet, multis, & *τράχηλος.*
in omnib^{us} nō pari numero p̄cessib^{us} ornatas.

METHO. PERVENIENDI

Thorax. Thorax duodecim obtinet vertebrae, costarum articulationes admittentes. Subiunguntur iis lumborum, qui Græcis ὀσφύς, ἰσθμὸς & ψόλαι nominantur, vertebræ quinque. Dein os quod Græcis ἱερόν, Latinis sacrum & magnum, interdum etiam πλατὺν, id est latum, quod eius amplitudo faciliè reliquarum vertebrarum, quibus instar basis tutissimæque fundaménti subiicitur, magnitudinem vincat, appellatur, plurimum sex propriis compactum est ossibus, invicem validè connexis. Os sub sacro locatum, Græcis ὀσφυῖς, à formæ obliquitate, & in mucronè ductu, ac rubore, dicitur, crebrè quatuor exiguis constituitur ossiculis. Thorax, (sic autè vocatur quicquid costis utrinque interceptum circumscribitur) præter duodecim dorsi vertebrae, costis, & ossè pectoris constat. Sunt autem costæ, quæ Græcis πλωραὶ appellantur, utrobique plurimum duodecim. Septem elatiores suis cartilaginibus pectoris ossi articulantur, hinc Græcis γνησίαι καὶ ἀληθεῖς, latinis veræ, legitimæ, & perfectæ nuncupantur. Quæ autem pectoris os non contingunt, ac inferiores sunt, Græcis νόθαι καὶ ψεύδαι, latinis spuria, & à recentioribus mendosæ nominantur. Pectoris os, στήθην καὶ στήθος Græci vocant, rarissimè septenis, trib. plurimum ossibus, septè costarum utrinque articulationem excipientibus extruitur. Sunt qui superiorem pectoris partem στήθος, inferiorem στήθην appellant. Ossis pectoris

Lumbi.
ὀσφύς.
ψόλαι.
Os sacrum.
Latium.

Coccyx os.

Thorax.

Costæ.
πλωραὶ.

Veræ.

Spuria.
Pectus.
στήθην.

pectoris ad finem subnata est cartilago, Græcis *ξίφοσ δῆς*, latinis ensiformis, & mucronata, quòd obtuso ensis mucroni similis sit, dicta. Barbari scutalè, pomum granatum, & scutū oris stomachi nominant. Superiori pectoris ofsis sedi, vbi latissimū & robustissimum est, clavicula iugulūmve, Græcis *κλεῖς* appellatur, consistit. Vtrobique autē vna est. Ofsiculum quoddam ad basim cordis inuenitur, in quo aortæ, venæ arteriosæ, earūdemq; membranarum habētur radices. Scapula, q̄ Græcis *ἀμο- πλάτη, κρωτίον*, & simpliciter *πλάτη* appellatur, Latinis etiā Scoptulū opertū; & simpliciter Scoptulū vocatur, barbaris Spatula. Triāguli quodāmodo imaginē exprimit. Hæc duos obtinet processus, quorū superior, ac sup humeri articulū pertingēs, veterib⁹ Græcis *ἀκροῦ μιον*, Latinis summus humerus. Inferior siue interior p̄cessus instar *σ* literę gręcorū cauus est, ob id *στυμοσ δῆς* nūcupatur. Sunt quib⁹ ab imaginē quā habet cū altera ā chore parte q̄ terræ infigitur, *ἀγυροσ δῆς* dicitur. Nōnullis verò quia corniculæ rostri instar inclinatur, *νογαμοσ δῆς* vocatur. Brachios, seu vt Celsus nominat, humerus scapulæ articulo & cubito articulatus, Græcis *βραχιον* appellatur, recentioribus os adiutorij. Pars vniuersa inter brachiū humerūmve & brachiale consistens, Græcis *πυξίς, ἄλινυ & ἄλευος*, Latinis vna nūcupatur, Cōstat duob⁹ ofsibus inuicē incubentib⁹

ξίφοσ δῆς.
Μυκρονατα
cartil-go.
Scutum oris
stomachi.
Clavicula.
κλεῖς.
Os cordis.

Scapula.
ἀμοπλάτη.

Scoptulum.

ἀκροῦ μιον.
Summus hu-
merus.

στυμοσ δῆς.
ἀγυροσ δῆς.

νογαμοσ δῆς.
Brachium.
Humerus.
Cubitus.

πυξίς.
Vlna.

METHO. PER VENIENDI

& coarticulatis, quorū inferius, qđ & lōgius est, Græcis priuatim *πηχύς*, Latinis vlna, barbaris Focile majus vocatur. Superius autē Græcis *κρηίς*, Latinis radius, barbaris focile minus nominatur. In superiori sua sede vlna, quā posteriore cubiti articuli regionem cōstituit, duos insignes adipiscitur p̄cessus. Vnū ex anterioribus & supernis eius partib⁹, qui minor est, & sinū in anteriori humeri sede ad elauorē rotulæ regionē exculptū spectat, suisq; tuberibus illi exquisitē cōgruit. Alterū ex posterioribus & inferiorib⁹ partib⁹ ipsius, multo priore crassiorē & ampliorē, quē Atheniēses *ἀλευρανόν*, Hippocrates verō *ἀγκύνα*, Latini gibberū vocāt. Inferior vlnę pars aliū gerit processum, quē, quia ī acutū p̄cedit, Græci à scriptorij styli aut colūnę imagine, *γραφοῦδῦ* & *στυλοῦδῦ* nominant. Extremæ summæve manus, quæ Græcis *ἀνρόχειρ* dicitur, partē cubito articulatam, Græci *βραχίον*, Latini brachiale, barbari Rasentā appellant, octo ossib⁹ inter se forma & magnitudine differētibus, ac duplici ordine distinctis extructū. Pars autē summæ manus à brachiali ad radicē vsq; digitorū deducta Græcè *μεταβραχίον*, *μεῖς*, *μενίον* & *ἀνδρον*, Latinè postbrachiale nominatur, ac quatuor ossib⁹ cōstat. Porrò omnes man⁹ digiti, qui Græcis *δάκτυλοι* dicūtur, ternis ossib⁹ seriatim ac velut in acie positis cōstāt, q̄ Græcis *φάλαγγες*, & *πέδυλοι*, & *συντάλεις*, Latinis acies, internodia, &

Radius.
κρηίς.

ἀλίσρατις.
ἀγκών.
Gibberus.

γραφοῦδῦ.
Summa manus.
ἀνρόχειρ.
Brachiale.
βραχίον.

μεταβραχίον.
Postbrachiale
Digitorum
ossa.

φάλαγγες
πέδυλοι.

articu-

articuli vocatur. Hæc si singula cōiūgas, erūt numero quindecim. Digni autē quinq; sunt. *Digiti.*
 Primus ac maior Græcis ἀρτίχες, hoc est pro- *ἀρτίχες.*
 manus, quòd. f. reliquis quatuor sibi oppositis
 æquiualeat. Hippocrates μέγας, id est magnū no-
 minauit. Latinis Pollex, quòd vi & dignitate *Pollex.*
 polleat, atq; sine eius ope ceteri nihil agere va-
 lent, appellatur. Secundus Græcè μικτός, Latine
 Index, ab vsu dictus est. Tertius Græcis μέσος, *Index.*
 Latinis medius, impudic⁹, infamis, & verpus, *μικτός.*
 à verrèdo podice nominatus. Quartus Græ- *Medius.*
 cè τετράδακτυλος, Latine annularis, quòd veteres in *Verpus.*
 eo annulos gestarint, vocatus est. Hūc alio no- *Annularis.*
 mine Græci ἰατρικὸς, Latini medicū dixerunt. *τετράδακτυλος.*
 Quintus Græcis ἄκροτον, Latinis minim⁹ & par- *Medicus.*
 uus, atq; auricularis, q̄ nimirū eo aurīū for- *Minimus.*
 des expurgemus, nūcupatus est. Prædictis di-
 gitorū ossib⁹ accedūt parua ossicula, q̄ à Sifa-
 mi leguminis minuti specie, Græcis σισαμίνος, *Sisamina ossi-*
 Latinis verò Sisamina vocatur. Sūt autē duo *cula.*
 in secundo pollicis internodio. Duo etiā, sed
 multò minora, impēsiūsq; cartilaginea, in pri-
 mis quatuor digitorū internodiis interiori
 sede habētur. Vnū quoq; in pollicis tertio in-
 ternodio, vnūq; adexteri⁹ latus cōnexus ossis
 postbrachialis parū digitū sustinētis ad bra-
 chiale interdū inuenitur. In reliquis verò di-
 gitorū internodiis rarius vnū, nisi in valde se-
 nibus inuenitur. Sacri ossis lateribus vtrin-
 que grande os connectitur. Quod et si conti-
 nuū est, in tres tamē veluti sedes distinguitur,

METHO. PERVENIENDI

Ampla enim & lata ipsius pars, ac superior
 quę ilia respicit, οσ λαγόνου Gręcis, ilium os La-
 tinis apellatur. Media eius sedes profundio-
 ri acetabulo femoris caput admittens Gręcis
Ilium os. ισχίον, Latinis os Coxędicis, & simpliciter co-
Coxa. xa nuncupatur. Tertia eius sedes anteriórq;
Os pubis. ubi cū alterius lateris osse pubem constituit,
 insignitęrque perforatū est, Gręcis ὕβης os pu-
Femur. bis & pęctinis dicitur. Femur, quod Gręcis
μυρís. μυρís nominatur, os est quod rotundo capite
 coxędicis ofsi inarticulatur, qua quidę parte
 incipit, & ad genua, ἧ Gręcis γίνιαττα vocantur,
Processus fe- finitur. Ibdę enim duobus capitibus gran-
moris. dioris in tibia ofsis sinus intrat. Ad femoris
 ofsis cęruicę duo conspiciuntur processus,
 quorū alter externū femoris latus occupat,
 quę Gręci μέγα τροχαντήρια, Latini magnum ro-
Magnum ro- tator.
Rotator mi- rotator nomināt. Gręcis etiā, propter ima-
nor. ginę quā cum natibus obtinet, γλουτός dicitur.
 Alter minor est, multóq; inferius in interno
 femoris latere, quem hac de causā minorę &
 interiorem rotatorem appellamus. Vniuersa
 pars cruris quę inter talū & genu posita est,
Tibia. Gręcis νήμιον, Latinis tibia dicitur. In ea, quę-
νήμιον. admodum & in cubito, bina sunt ossa, quo-
 rum alterum, nempe interius & grandius, to-
 tius membri nomine Gręcis νήμιον, & Latinis
 tibia vocatur. Alterū veró quod exterius lo-
 catum est, & interiori crassitie cedit, Gręcis
Fibula. πτερόν, Latinis fibula nūcupatur. Anterior ti-
πτερόν. bię pars tenuis, excarnis, & insignitęr gibba,
 Gręcę

Græcè *νηξία*, & frequētius adhuc *προνήμιον*, & *ἀντινήμιον* appellatur. Posterior verò pars quæ tibi-
νηξία.
προνήμιον.
ἀντινήμιον.
 Græcis, *γαστρονήμια* Græcis,
γαστρονήμια.
 Sura latini nominatur. Ante tibiæ cū femo-
Sura.
 re articulū os quoddā prælocatur rotundū, &
 breui scuto nō abfimile, Græcis *ἰπιμυλῖς*, & *ἰπιγῶ*
ἰπιμυλῖς.
Mola.
Patella.
 catur. Cæterum tibiæ & fibulæ imæ partes ta-
 lo cōmissæ, exterioréque suo latere gibbæ, &
 nulla prorsus musculi parte obtectæ, malleoli,
 Græcis *σφυρά* appellatur. Et is qui in fibula, ex-
Malleoli.
σφυρά.
 terior: qui verò in tibia, interior nominatur.
 Aliquot Galeni interpretes *σφυρά* maximo er-
 rore talos interpretatur. Talus enim, qui Græ-
Talus.
ἀσπράγαλος.
 cis *ἀσπράγαλος* & *ἄσπριος* dicitur, vnū ex sex ossibus
 pedē constituentibus existit, quod ab imis ti-
 biæ ossis, & fibulæ appendicibus cōprehēdi-
 tur. Huic calcis os, *πίπην* Græcis dictū, omniū
Calcis os.
πίπην.
 pedis ossisū facilè maximū, subiicitur. Ante-
 rior verò tali sedes in rotundū caput desinēs
 ossis quod Græcis *σναφοδῖς*, Latinis nauculare
σναφοδῖς.
Nauicularis.
 cō quæ cavitatem naui similè obtineat, appella-
 tur, sinū subit. Ossi nauculari aut cynibā re-
 ferēti, tarsi ossa tria coarticulatur. Quartum
Tarsis.
 enim exteriusq; tarsi os cubi & tesseræ imagi-
 nem exprimēs, & ob id Græcis *κυβοδῖς* dictum,
κυβοδῖς.
 calcis iungitur. Quatuor tarsi ossibus quinque
 plātæ, *πυδῖν* Græci nominant, ossa articulatur
 His quinque pedis digiti sustinētur: è quib⁹ pol-
P'ant.
πυδῖν.
 lex duob⁹ ratum ossibus eiformatur, reliquis

METHO. PER VENIENDI

interim tria internodia sibi vendicantibus.
 Quinctiã in pede totidẽ ac in manu exigua
 occurrunt ofsicula Sisami semen referentia.
 Ad hęc in pede nõ minus quã in manu vngues
 visuntur. Porro vtrique palpebrã, Græci *πά-
 ρα* vocant, vna cõtigit cartilago vtcunque
 mollis & longa, in palpebrarũ extremo, quã
 illæ inuicem cõnuet, locata. Auris cartilago
 itidẽ mollis & tenuis, auris formã refert. Ab
 inferiori nasi ofsium sede duæ enascũtur car-
 tilagines, quæ in nasi extremo veluti in carti-
 lagineum ligamentũ euadũt. Ab osseo item
 septo narium foramina dirimente alia exori-
 tur cartilago, quæ à tota anteriori septi sede
 pcedens, internæ duarũ primarũ cartilaginũ
 regioni secũdũ ipsarũ lõgitudinẽ adnascitur.
 His tribus cartilaginibus aliæ duæ, vtrinque sin-
 gularẽ, accedũt. Caput asperæ arteriæ, quod Græ-
 cis *ἀσπυξ*, Latinis guttur nominatur, tribus car-
 tilaginibus cõstat, quarũ prima anterior maxi-
 mãque, foris quidẽ gibba, intus caua, tãgentib.
 tota occurrẽs, scutũ refert prælõgũ, hinc Græ-
 cis *θυρωδία*, Latinis Scutiformis vocatur, Bar-
 baris Scutalis & peltalis. Secunda minor pri-
 ma, magna ex parte posteriõrẽ laryngis sedẽ
 cõstituit, ac quãtũ scutiformis cartilago à p-
 fecti circuli figura deficit, hoc ipsa superiori
 posteriõrque eius parte supplet. Hęc nomine
 destituitur, annulo autẽ quẽ Thraces dextro
 pollicis sagittatẽ imponunt, similis. Tertia, quæ
 duabus propriis extruitur partibus, vasorum
 quibus

Cartilagines
 palpebra.
πάραρα.
Λιρις.

Nasi.

ἀσπυξ.
 Aspera arte
 rie capitis.
 Guttur.

θυρωδία.
 Scutiformis.

quibus aquā man^o lauaturis affundimus, orificio responder, id eōq; Græcis ἀρτυραινα, & ἀρτυραι ἀρτυραινα.

νοσδης dicitur. Hæc in medio laryngis rimā efformat tibiārū linguis, seu fistularum potius quas ori indimus, rimis similē, quā Græci γλωτ-γλωττις.

τιδα, Latini lingulā appellant. Prædictis tribus cartilaginib^o operculū simul cartilagineū & pingue, ligamentiq; naturā participās insternitur, quod ob id Græcis ἐπιγλωττις nominatur.

Nostri temporis medici lingulā & epiglottidem magno errore inter se cōfundunt. Reliquæ asperæ arteriæ cartilagine, quæ ipsius caudicē & ramos in pulmonē digestos cōstituūt, vel e græcæ literæ imaginem exprimunt.

De ligamētis & musculus. CAP. XIII.

Ligamentū, Græcis σύνδεσμος dictum, corpus est simile, ex osse aut cartilagine principū ducens, sensus omnis expers, durū, sed tamen cartilagine molli^o, albū, & in colligādo, cōtinēdo, obtegēdo, ac musculus cōstituēdis varios in homine vsus præstās. Musculus autē

qui μῦς Græcis appellatur, volūtarij motus instrumentū est, multis mēbraneis ligamenti que naturā possidētib^o, & carne intertextis fibris formatū, neruorū, venarū, & arteriarū in se furculus recipiēs. Porrò tendo, Græcis τένων

vocatur, musculi qdā ἀποσύνγωγις, hoc est, enervatio, ac velut illius fibrarū citra carnis interuentū, coalitus existit. Verū nō omnis musculus in tendinem finit. Quippe tēdo à musculo

g iij

METHO. PERVENIENDI

tunc solū producitur, quando ille ad eō lōgā
sedē ab exortu ad insertionē obtinet, vt ipsius
fibræ carnis primariæ musculorū partis im-
plexu vniuerso ductū nō indigeat: ita vt lon-
giores musculi in tēdinē modo teretē, modo
latū, & veluti mēbraneū, modo breuiorē, mo-
do lōgiorē desināt. Breues enim tēdine carēt,
& vndiq; carnosi sunt, ac in nullā notatu di-
gnā enervationē degenerāt. Enervatio itaq;

Musculi finis.

Musculi veter

M. sculicaput

Cutis.

diapua.

Cuticula.

in diapua.

*Carnæ mem-
brana.*

*Panniculus
carnosus.*

Pinguedo.

*Frontis mu-
sculosa substā-
tia.*

*Musculi pal-
pebræ superio-
ris duo.*

hæc alio nomine finis musculi dicitur, sicut
mediū eius, i quo diuisionis series cōsistit, vē-
ter, & principiū eiusdē caput. Cæterū cutis
omniū corporis partiū natiuū tegumentum,
Græcis *διapυα*, quod. s. *διπρωται*, id est, excoriari
queat, dicitur. Huic exteriū alia cuticula te-
nuis admodū obnata est, q̄ Græcis *κτιδερμια*, ve-
luti ipsius veræ cutis efflorentia, nominatur.
Interius cuti per vniuersum corpus mēbrana
q̄dā subducitur, quā dissectionis periti, quod
carneis fibris adaugeatur, carneā appellant,
Barbari pāniculū carnosum. Inter hæc mēbra
nam & cutē pinguedo seu adeps, Græcis *πικτυς*
nūcupatur, plurimus nascitur. Nūc breuiter
musculorū numerū, id. n. nos præstitisse hoc
loco satis erit, cōmemorabim⁹. Frōtis cutem,
ωροτρονιδιον Græci vocāt, mēbrana ipsi substra-
ta, & carneis adaucta fibris mouet. Hæc anato-
mes p̄ceres frōtis musculosam substātiā appel-
lare solēt. Palpebrā, *βληφαρον* Græci nūcupant,
superiorē duo tenues, lati, & mēbranei muscu-
li hanc

li hâc attollêtes & deprimêtes mouent. Vnus
 portioné maioris anguli amplectitur, ipsâm-
 que palpebrâ ad superiora cōtrahit. Alter to-
 tum minorem angulum occupat, palpebram
 deorsum agens. Inferior palpebra planè im-
 mobilis est. Oculum septem agunt muscoli,
 duo quidem in lateribus, singuli scilicet ad v-
 trūque angulum: alij duo, vnus quidem infra,
 alter verò sursum: quintus & sextus, vt circū-
 actionis motui præessent, positione obliqui
 sunt. Septimus grandis est, & vndecūque à iâ
 dictis occultatus, solūsq; neruum visoriū in
 orbem ambit. Buccas & labra muscoli vtrin-
 que quatuor agunt, quorum primus à carnea
 constituitur membrana. Secūsus ex vna ma-
 xilla in aliam pronascitur. Tertius à maxillâ
 superioris ossē oritur. Quartus ab inferioris
 maxillâ humiliori parte enascitur. Est autem
 bucca, quæ Græcè *γνάθος* dicitur, vtrunque fa-
 ciei latus, quod spiritu detento inflatur. Al-
 teram nasi alam sursum extrorsum ducit mu-
 sculus ab interiori malæ latere pronat^o, vnâ-
 que parte in alam, altera in superius labrum
 inferius. In interna narium amplitudine ali^o
 musculus habetur, aliam intrò trahens. Ma-
 xillam inferiorem mouentes muscoli vtrin-
 quatuor existunt. Primus à mandendo Latini-
 nis mansorius, vel mandibularius, Græcis *μᾶν-
 σοριός* appellatur. Secūsus Græcè *υποκαίτιος*, La-
 tine temporalis nominatur. Tertius in ore

Oculorū mu-
sculi septem.

Buccarum, la-
brorū, & na-
silarum mu-
sculi duode-
cim.

γνάθος.
Bucca.

Maxillam in-
feriorem mo-
uentes muscu-
li octo.

Mansorius.
Temporalis.

METHO. PERVERNIENDI

Ossis hyoidis musculi proprii octo.
 delitescēs vocatur. Quartus os aperiens dicitur. Ossis hyoidis octo sunt musculi, duo quæ illud rectâ deorsum trahūt. Duo alij qui id ipsum sursum ducunt. Duo itē alij qui deorsum ad latera utrobique id mouēt. In latera id os sursum vtrinq; vno allicitur musculo. Musculi qui linguā agūt, nouem sunt. Duo quidē recti, & impēse crassi, ex media superiorique ossis hyoidis parte orti. Tertius & quartus, ex duobus superioribus ossis hyoidis ossiculis pronascūtur. Quintus & sextus à capitis processibus styli imaginē referētibus enascūtur. Septimus & octauus singuli à laterib⁹ maxillæ inferioris iuxta molariū dentiū radicē principiū ducunt. Nonus ab interna inferioris maxillæ sede iuxta summū mentū prodit. Laryngis musculi proprii duodecim sunt, quorū quatuor primā laryngis cartilaginē secundæ committētes, laryngis rimulam arctant. Quatuor verò tertiā cartilaginē secundæ necētētes, rimulā aperiūt. Duo primā tertiæ colligātes, rimulā claudunt. Alij duo in basi tertiæ cartilaginis cōsistentes, rimulā cōstringūt. Cōmunes, & qui laryngē corporibus vicinis colligant, octo existunt: quorū primi duo rimulā laryngis referant. Duo alij à pectoris ossē pronati, priorib⁹ cōtrariā actionē adipiscuntur, ac laryngē arctāt. Dein duo à posteriori sede gulæ inuicē proximi principiū ducētes, lingulā quoque coarctāt. Præter hos sex alij duo pro-

Musculi linguæ nouem.

Laryngis musculi proprii duodecim.

Laryngis musculi communes octo.

pemodum

pemordū teretes, ex media interiori ossis hyoidis sede enati, & in laryngis operculi radicē inferti, ad fursum attollētes, atq; à cibus & potib⁹ depressum eleuātes. Caput mouentes musculi in vniuersum quatuordecim sunt, seu paria septē. Primū par ex quinq; superiorum thoracis vertebrarū spinis enatū, sensim oblique ascēdens occipitis ossi inseritur. Secundum par, quod nō duobus, sed pluribus efformari musculis videtur, ex transversis quatuor superiorum thoracis, & quinque inferiorum ceruicis processib⁹ ortum, itidē occipitis ossi implantatur. Tertiū à spina secundæ ceruicis vertebræ enatum, occipitis etiā ossi inseritur. Quartū sub tertio occultatum, à primæ vertebræ sede vbi aliæ in spinā desinunt, prodit, & similiter occipitis ossi inseritur. Quintum ab occipitis ossis medio trāsuersim quodāmodo descēdens, in apicē primæ ceruicis vertebræ processus inseritur. Sextum à spina secundæ ceruicis vertebræ pronatū, in eundē processum implātatur. Septimum par insignius est, atq; à pectoris ossis summo, clauiculisquē quā illi articulatur enascitur, & fursū oblique ductū in mamillarē capitis pcessū inseritur. Dorsum mouētes vtriusq; lateris musculi sedecim sunt, octo nimirū paribus cōplexi. Primū par à quintæ thoracis vertebræ corporis laterib⁹ incipiēs, ad primā vsq; ceruicis vertebrā pertingit, stomacho subiectū. Secundū à prima thoracis costa vtrinq; pronascitur, &

Caput mouē-
tis musculi. 14

Dorsum mouē-
tes musculi
sedecim.

METHO. PERVERNIENDI

interna trāſuerſorū omniū cervicis vertebra
 rū proceſſū ſedi implātatur. Tertiū ex trāſ-
 uerſis ſex ſuperior thoracis vertebraſū proceſ-
 ſibus ortum, externæ ſedi tranſuerſorum
 vertebraſum cervicis proceſſum inferitur.
 Quartum à ſeptimæ thoracis vertebraſe ſpinæ
 radice, & omnium ſuccedentium vertebraſum
 ſpinarum radicibus ortum, in totam in-
 ferioſem ſecūdaſe ſpinæ cervicis vertebraſe ſe-
 dem implātatur. Quintum ab ilium oſſe pron-
 natum, in tranſuerſos lumborum vertebraſū
 proceſſus, & infimam thoracis coſtam inferi-
 tur. Sextum ex longioribus totius corporis
 eſt muſculus. ab infima ſacri oſſis ſede incipi-
 ens, ad cervicem uſque fertur. Septimum ſub
 ſexto occultatum, à poſteriori ſacri oſſis ſede
 acutum principium ducens, ad vndecimæ uſ-
 que thoracis vertebraſe ſpinam conſcendit.
 Octauum par ab vndecima thoracis vertebra
 ad primā uſque ipſius protēditur. Brachium
 mouentes muſculi ſeptem vtrinque ſunt. Pri-
 mus à media clauiculæ ſede peſtoris oſſi pro-
 xima, & peſtoris oſſe pronāſcitur, ſenſimque
 in angulum arctat^o, humero ſecundum ipſius
 longitudinem inferitur. Secundus ex media
 clauiculæ parte, & ſummo humero, totāque
 ſcapulæ ſpina principium ſumit, & tādē in
 trianguli verticem porreſtus ad humeri oſſis
 latitudinē. nō modicē ſub ipſius cervice in-
 feritur. figura Δ non abſimilis eſt, vnde Græcis
δεντροφύλλος eſt appellat^o. Terti^o ab humiliori ſca-
 pulæ

*Brachiū mo-
 uentes muſcu-
 li quatuorde-
 cim.*

δεντροφύλλος.

pulæ costa prodit, & sursum in priora tendens humero inferitur. Quartus à sexta thoracis vertebræ spina ad humiliorem vsque sacri ossis sedem ex intermediarum spinarum apicibus principium sumit, humeròque implanta- tur. Quintus sinum inter scapulæ superiorem costam, & ipsius spinam implet. Sextus concavam internamque scapulæ sedem opplet.

Septimus vniuersum scapulæ gibbum sub ipsius spina consistens implet. Scapulam mouentes musculi vtrinque quatuor existunt.

Scapulam mouentes musculi octo.

Primus ex secunda, tertia, quarta & quinta thoracis costis antequam in cartilagine finiat enatus, tringuli modo in internum scapulæ processum inferitur. Secundus ab occipitio pronatus, in scapulæ spinam, summumque humerum, & clauiculæ portionem inferitur.

Tertius à transuersis superiorum quinque ceruicis vertebrarum processibus ortus, in internam superioris anguli scapulæ basis sedem inferitur. Quartus ex quinta, sexta, & septimæ ceruicis, ac trium primarum thoracis vertebrarum spinis principium sumit, & toti propemodum scapulæ basi implantatur. Thora-

Thoracem mouentes musculi octoginta vnus.

cem mouentes musculi octoginta vnus sunt. Primus à clauiculæ inferiori interioriq; regione enatus, primæ thoracis costæ inferitur. Secundus à scapulæ basi pronatus, tanquam digitis quibusdam octo superioribus costis longè antequam in cartilagine degenerat, inse-

METHO. PERVENIENDI

ritur. Tertius ex apicibus trium inferiorum ceruicis vertebrarum, ac primæ thoracis vertebræ spinis membranæ latumque principium ducit: ternis veluti digitis tribus quatuor superiorum costarum interuallis sub scapulæ basi implantatur. Quartus ab ilium osse incipiens, sursumque ad ceruicem ductus, duodecim costis quæ primùm à vertebris discedunt inseritur. Quintus ex spinarum apicibus duarum inferiorum thoracis & aliquot lumborum vertebrarum membranæ nascitur, ac nonæ, decimæ, & undecimæ costis ubi in interiora reflectuntur, velut in aliquot diuisus digitos implantatur. Sextus in thoracis amplitudine repositus, verarum costarum cartilaginibus, pectorisque ossi lateri exporrigitur. In duodecim costarum interuallis interiores & exteriores musculi reponuntur. Exteriores in costarum interuallis consistunt, & à superiori costa antrorsum obliquè suas fibras in humiliorem mittunt. Interiores verò ab inferiori costa sursum obliquè in anteriora, ad superiorem costam fibras porrigunt. In sex verò cartilaginum quæ legitimis costis adscribuntur interuallis, exteriorum musculorum fibræ ab humiliori cartilagine in superiorem obliquè antrorsum repunt: interiores autem fibræ à superiori cartilagine ad inferiorem antrorsum pertinent. Proinde in sex legitimarum costarum interuallis qua-

*Intercostales
musculi. 34*

Exteriores.

Interiores.

terni sunt musculi. In spuriarum autē costarum interuallis bini tantum. Vniuersi itaque vnus lateris intercostales musculi, quatuor sunt & triginta. His vnus vtrique lateri communis accedit, amplus & rotundus, orbicularisve, in medio nerueus, in circuitu verò ad insertionem carnis, quē Græci *διάφραγμα* & *διάφραγμα* *ἐπίπυλας*, Latini Septum transversum, Plinius præcordia, quod scilicet cordi prætendatur, appellant. Græcam autem & Latinam appellationem non alia de causa accepit, quā quod instrumenta spiritus ab alimenti organis distinguat. Abdominis musculi sunt in vniuersum octo, quatuor obliqui, in vtroque enim latere bini, qui inuicem incumbunt, & cōtrarias, seque mutuo decussatim, seu ad similitudinem Græcæ literæ interfecantes fibras obtinent. Superioris enim fibræ deorsum versus priora obliquè procedunt, qui huius rei gratia Descendens vulgo nominatur. Inferioris verò fibræ sursum obliquè ad anteriora tendunt, qui ob id Ascendens vocatur. Rectorum ab vtroque latere vnus est, fibras secundum corporis longitudinem extensas habens, rectusque ideo appellatus. Transuersus similiter vtrinque vnus est, cui id nomen inditum est, quod eius fibræ secundum corporis latitudinem ferantur. Cubitum duo vtrinque flectunt musculi, quorum vnus & anterior duobus validissi-

Septum transversum.

Præcordia.

Abdominis musculi octo. Obliqui.

Descendentes.

Ascendentes. Recti.

Transuersi.

Cubitum flectentes musculi decem.

METHO. PERVENIENDI

mis, & mutuo distantibus principiis exoritur, vno quidem ab elatiori cervicis scapulae sede: altero ab interno scapulae, qui anchorae assimilatur, processu: & illis efformatur caputibus in radium inferitur. Secundus siue posterior à brachij ossis exteriori latere enatus, anteriori vlnae & radij sedi inferitur. Caeterum sua sede qua articulum transcendit, motus speciem appositissimè repraesentat. Extendunt autem cubitum tres: ac vnus ex humiliore scapulae costa non procul ab eiusdem ceruice enascitur. Secundus à brachij ossis ceruicis posteriori sede oritur. Hi in descensu inuicem connascuntur, & illis tertius admiscetur, à media ferè longitudine ossis brachij enatus, & simul cum illis in internum posterioris vlnae processus latus inferitur. In interna cubiti sede gracilis reponitur musculus, qui ab interno ossis brachij tuberculo pronatus, in latum degenerat tendinem, internae summæ manus cuti magna ex parte subnatum, cuius beneficio ea cutis minus versatilis, & ad tangendum aptior redditur. Radius in pronum duobus musculis ducitur. Vno quidem inferiore, iuxta brachiale ab vlna enato, & in radium transversum ducto ac inserto. Hic ad amussim quadratus est. Altero superiore ex interiori vlnae latere, quâ humero articulatur, orto, & in radium obliquè implantato. In supinum vero radius alijs duobus fertur,

vno

Musculus vnus nervosa sua exilitate media vlnae, & interiori digitorum cuti subnatus. Radium mouente: musculi octo.

vno quidem lōgo, ab externa humeri regione orto, ad inferiorem radij partem cui brachiale articulatū pertinet, & radij appendicis superiori regioni inferto. Altero ab exteriori cubiti articuli regione ad mediam radij longitudinē obliquē exporrecto, ibidēque inferto. Brachiale quatuor præcipuis vtrinque agitur musculis, quorum duo primi ab interno humeri tuberculo pronascūtur, & inferiori quarti minimive brachialis ossis sedi implātātur: alter verò postbrachialis ossis quod indici præponitur, radici inferitur. Tertius ab exterioris tuberculi humeri radice enatus, ac vlnæ exporrecto, in postbrachialis os paruum sustinens digitum insertionem molitur. Quartus supra exterius humeri tuberculū oritur, & bifido tendine in postbrachialis ossa indicem & medium sustinentia digitum inferitur. Digitos manus mouentes vigintiocto sunt, quorum primus ab interiori humeri tuberculo enascitur, & ante brachialis radicem in quatuor exactos tendines descenditur, qui secundis quatuor digitorum internodiis inferuntur. Secundus ab eadem sede cum primo, sed magis decliuē originem ducit, primoque substernitur, ac in quatuor etiam tendines dirimitur, qui primi musculi tendinibus subiecti, ante secundi digitorum internodij radicem eos tendines findunt ac perforant, tandēque in quatuor digitorum

h

*Brachiale agit
tes musculi octo.*

Digitos manus mouentes viginti octo.

METHO. PER VENIENDI

ossa insertionem moliantur. Tertius ex vlnę sede quā hęc radij capitulum in proprium finem amplectitur, enatus, tãdem tertio pollicis ossi articulo ve inferitur. Tertiũ musculum in serie alij tredecim numero subsequũtur, in extrema manu repositi, quorum bini singulorum quinque digitorũ primo articulo, & terni secundo pollicis internodio inferuntur, iique quodãmodo transversi cernuntur. Decimusseptimus digitos mouentium musculus, ab elatiori sede externi humeri tubere nascitur, & in tres vt plurimũ, aut quatuor tẽdines degenerans, tandẽ indici, medio ac annulari præcipuẽ implãtatur. Decimus octauus gracilis longũsque est. ab exteriori humeri tuberculo ortus, in duos partitur tendines, quorũ vnus ad paruum, alter annularẽ digitum cõtendit, ac illorũ primo ossi inferuntur. Decimus nonus duobus iã diãtis substratus, ab vlnę osse vltra medium ipsius lōgitudinis enascitur, non procul à brachialis sede: & in duos inuicẽ cohærentes tendines dissectus, vnum, nẽpe superiorẽ, exteriori indicis, alterum medij lateri digerit. Vigésimus breuis, sed validus, à quarto brachialis osse pronascitur, & externo postbrachialis ossis paruum sustinẽtis digitum lateri exporrectus, primo eius digiti ossi inferitur. Vigésimus primus ab vlnę exteriori sede, & iuxta medium longitudinis cubiti enatus, versus radiũ oblique repit,

reperit, & in tendinem finitur, qui externo lateri exterioris pollicis regionis indicem spectantis, vsque ad tertium articulum inseritur. Vigessimussecundus ab vlna paulo superius quam iam dictus prodit, & obliquè super radium conscendens, illi insertitur musculo qui bicorni tendine brachiali inseritur: vbi in duas portiones scissus, vna eaque superiore in tendinem quodammodo teretem cessat, exteriorique brachialis ossis pollicem sustentantis sedi inseritur. Altera verò portio in duas dirimitur partes, quæ singulæ in tendinem finiunt, quorum vnus in primi pollicis internodij radicem inseritur: alter verò in secundum & tertium pollicis os implantatur. Vigessimustertius ex anteriori sede ossis brachialis, cui pollex innititur, enascitur, ac deorsum protèus primo pollicis ossi inseritur. Vigessimusquartus ex interiore latere ossis postbrachialis indicem sustentantis enatus, primo pollicis ossi implantatur. Superiunt adhuc quatuor muscoli teretes ac graciles, singulis quatuor secundi digitos mouentium musculi tendinibus, qui quatuor digitorum tertium os flectunt, ex porrecti. in internum eorundem lateris primi ossis insertionem membraneam mouentur. Penem quatuor mouent musculi, quorum duo ab anteriori se-
Penis muscoli quatuor.

h ij

METHO. PERVENIENDI

ximi, & vrinæ meatui, quâ is sub pubis of-
 fibus sursum reflectitur, inserti. Alij duo ab
 appendice oſis coxendicis principiū ducen-
 tes graciles, obliquè sursum procedentes, pe-
 nis radici implantantur. Cæterùm ad vnum-
 quenque viroꝝ testem singuli graciles ad-
 modum musculi pertingunt, ex ea vasorū se-
 minalium, & testis tunica quæ à peritonæo
 principiū ducit, efformati. Hæc enim aliquot
 rectis carneisque fibris adaucta, musculorum
 formam & naturam exprimit graciliū & ob-
 longorum, qui tandem iuxta infimam semen
 deferentis vasis sedem inseruntur, Græcisque
πρωμασθηρις dicuntur. Sic etiam membranæ vte-
 rum firmantes, vtrinque carneis donantur fi-
 bris, ex ilium regionibus deorsum obliquè ad
 vteri latera perreptantibus, hæcque ratione
 vterus vtrobique vnum possidet musculū, illi
 specie simile quo viri testes donantur. Vesicæ
 ceruici vnus orbiculatim obnascitur mus-
 culus, qui oblongi annuli, aut oblongi rotū-
 dique meatus effigiè exprimit. Recti intesti-
 ni extremū finemve circulatim vnus ambit
 musculus, immaturæ inuoluntariæque excre-
 mētorū egestionem præfectus. Duo alij muscu-
 li post egestionem protrusum recti intestini
 finem alacriter sursum reuellūt. Femur decē
 propriis agitur musculis. Primus, ab iliū oſis
 extima sede, & coccygis oſis posteriore re-
 gione, velut ex semicirculo nascitur, & poste-
 riori

*Virilium tes-
 tum muscu-
 li duo.*

πρωμασθηρις.
*Musculi mu-
 liebris vteri
 duo.*

*Ceruicis vesti-
 cæ musculus
 vnus.*
*Recti intestini
 musculi tres.*

*Femoris mu-
 sculi decem.*

rioni magni femoris processus sedi, & ei^o quoque radici ampla insertione innascitur. Secundus, sub primo magna ex parte recõditus, ab anteriori superiori^q; iliũ ossis spinæ regione pronascitur, elatior^q; magni femoris processus sedi implantatur. Tertius, secundo lógè minor, ipso prorsus occultat^o, ab iliũ osse iuxta posterioré coxédicis acetabuli sedé enascitur, maior^qque femoris processui inseritur.

Quartus à lateribus trium inferiorũ sacri ossis vertebrarũ, quibus ilium ossa nõ coarctantur pronascitur, posterior^qque maioris femoris processus sedi implantatur. Quintus, omnium corporis musculorum maximus, pluribus partibus à coxédicis ossis appédice oritur, posterior^qque femoris sedi ad humiliora ipsius vsque capita inseritur. Sextus, ex vndecimæ & duodecimæ thoracis, & primæ, secundæ, & terciæ lumborum vertebrarum lateribus principiũ ducit, tandémq; minori femoris processui implantatur. Septimus, ex tota interiori ossis ilium sede pronascitur, minor^qque processui inseritur. Octavus, à pubis osse enatus, sub minori processu femoris lóga insertione implantatur. Nonus, totum pubis ossis foramen exterius cõtegit, amplóque tendine in magni femoris processus sinũ insertióné molitur. Decimus, posterioré interiorémve foraminis iã dicti sedé occupat, ac

Tibiam moventes musculi novem.

h iij

METHO. PER VENIENDI

mouentes musculi nouē sunt. Primus, ab anteriori oſis ilium ſpinæ ſede, aut ab ilū oſis appēdicis anteriori extremo enaſcitur, & anteriori tibiæ ſedi implātatur. Secundus, à pubis oſis cōmiſſura principium ducens, in eādē cum primo ſedē inferitur. Tertius, ab elatiori & poſteriori coxendicis oſis appēdicis ſede nerueus graciliſque enaſcitur. eadem regione qua prædicti inſertionē molitur. Quartus ex eadē ſede coxendicis oſis pronaſcitur, & portionē ſui à femoris oſſe in deſcenſu aſſumens, tibiæ cum fibula articulo, ſed potiſſimum fibulæ inferitur. Quintus, ab eadē etiā regione, ſub tertij & quarti muſculi capitibus principium ducit. in anteriorē tibiæ ſedem cum tribus primis, verū minus decliuis, implātatur. Sextus, ab ilium oſis ſpina enaſcitur, mēbranæ modo muſculis oſ femoris amplexatibus obducitur. in anteriorē tibię ſedē, & potiſſimum ad exterius latus genu articuli inſertionem molitur. Septimus, ab externo femoris oſis latere naſcitur, totā radicē magni femoris proceſſus in orbem amplexus, cū octauo & nono tendinem e format, cui patella innaſcitur. Octauus, à femoris oſis ceruice exoritur nerueus. à femoris quoque magni proceſſus radice ipſius portio enata, totā patellā amplectitur. Nonus, ex ilium oſis tuberculo ſupra ipſius cum femore articulum originem ſumit, & ſeptimo & octauo muſculis inſtratus, ad anteriorem genu regionem fertur

fertur, ac in tendinem degenerās, cum tendinibus septimi & octavi musculi permixtū, vālidissimē in anteriore tibiæ sedē implātatur.

Qui in poplite latitat musculus, ab externi genu articuli ligamenti posteriore sede pronascitur, & obliquè deorsum versus interiora descendens, in tibiæ os ampla & proluxa infertione implantatur. Pedem mouentes musculi nouem sunt Primus, ab interno femoris capite iuxta genu articulum incipit.

Secundus, ab externo capite principium ducit. Vtrique suo ventre posteriorem suræ molem, illic prominentes, efformant. Tandem cum quarti pedem mouentis tendine cōgredientes, in posteriorem calcis sedem inferuntur. Tertius, insigniter gracilis est, ab externo quoque femoris capite enatus, & in poplitis regione in tenuissimū desinens tendinem, calcis ossis interno lateri implantatur. Quartus pedem mouentium, & tibiam amplexantium maximus est, à posteriore sede fibulæ cum tibia coarticulatione enascitur, & paulò supra calcis regionē in validissimum tendinem desinens, cui primorū duorum tendo vnitur, simul cum ipso posterioris calcis sedi inferitur. Quintus, à tibiæ ossē ac fibula, quā hæc ossa inuicem dehiscere incipiunt, exoritur, & iuxta interioris malleoli posteriora tendinem educit in tarfi os, quod cubum tesseramque imitari ossi proximi

Musculus in poplite occultatus.

Pedem mouentes musculi nouem.

METHO. PER VENIEN DI

mum est, implantatum. Sextus in anteriori
 tibiæ sede positus, ab anteriori sede coarticu-
 lationis fibulæ cum tibia enascitur, tēdinēq;
 in radicē ossis pedij pollicē sustinētis inserit.
 Septim^o, à fibula principiū ducēs, externum
 tibiæ latus occupat, ac tendinē sub pedis in-
 feriora reflexum, pedij ossis pollicē sustinētis
 radici inserit. Octauus, sub septimo prorsus
 occultatur, atq; à fibulæ superiori appendice
 enatus, in teretē cessat tēdinē, qui radici ossis
 pedij paruum digitum sustinētis implatur.
 Nonus, pars est eius qui in anteriori tibiæ se-
 de locatus, quatuor pedis digitos extendit.
 iuxta medium tibiæ lōgitudinis externo ip-
 sius latere pronascitur, & ad medium ferè lō-
 gitudinis ossis pedij ante paruum digitum po-
 siti inseritur. Pedis digitos mouētes muscu-
 li sunt decē & octo. Primus, totā infernā pe-
 dis sedē seu plantam occupat, & infima parte
 membranā impense crassam, & lato in manu
 tendini nō absimilem pertinaciter obnatam
 possidet: atq; à calcis ossis inferna sede enat^o,
 secundis quatuor digitorū internodiis singu-
 los tēdines offert. Secundus, posteriorē tibiæ
 sedē perreptat, ab eoque osse pronatus tēdi-
 nem in plantam teretem mittit, à quo exigua
 portio tendinibus cōmiscetur indicis & me-
 dij tertiū internodium flectentibus: reliquus
 autē totus in secundum pollicis os inseritur.
 Terti^o itidē in tibiæ posteriore sede locat^o, à
 fibulæ

*Pedis digitos
 mouentes mu-
 sculi decē &
 octo.*

fibulæ ad tibiam nexu pronascitur. tendinè in plantam profert, qui modicè dilatatus, in alios quatuor tendines digeritur, singuli ad vnum quatuor digitorum excurrentes, illisq; manus tendinibus, qui tertium quatuor digitorum internodium flectunt, respondentes.

Decem muscoli iis succedunt qui insigniter mutuè implexi, ac pedij ossib⁹ adnati, prima digitorum ossa flectunt. Decimusquartus, cuius partem nonum pedem mouétium esse dixim⁹, à tibiæ anteriore sede pronatus, in quatuor dirimitur tendines, qui quatuor digitis inseruntur. Decimusquintus, à tibiæ ossis externo latere pronascitur, ac pollicis tandem inseritur. Decimussextus, in superiori pedis sede reponitur, carneaque est moles in quatuor diuisa tendines, quorum vnus pollicis superioris sedis externo lateri inseritur, secundus indicis, tertius medij digiti, quartus annularis. Decimussseptimus in externo latere pedis reponitur, & externo lateri primi ossis parui digiti implátatur. Decimus octauus interno lateri secundum totam pedis longitudinem exporrectus, & tandem in teretem degenerās tendinem, externo lateri prioris pollicis articuli inseritur. Cæterùm in pedis pláta carnea consistit substantia, in quatuor graciles dissecta portiones tendinibus adhærentes, quorum ministerio tertia quatuor digitorum ossa flectuntur. Quòd si itaque hanc

METHO. PERVENIENDI

carneā molē quatuor musculorū loco habue-
ris, omnes pedis digitorū in homine muscoli
duo & viginti erunt. Sin vnus loco id corpus
numeraueris, tantum decem & nouem erunt.

Ligamenta.

Omnibus deniq; articulis orbiculatim liga-
mentum ab vno osse in aliud, aut in cartilagi-
nem, vel à cartilagine in os aut cartilaginem
insertū priuatim obducitur. Quibusdā etiā,
at paucis, articulis ligamēta accesserūt pecu-
liaria. In capitis enī articulo teres quoddā à
dente secundæ ceruicis vertebrę in occipitis
os ducitur, & secundū dentis posteriorē sedē
in prima vertebra vnū trāsuerim fertur. Ver-
tebrarum corpora ligamētis admodū cartila-
gineis cōmittuntur. Ascendentes verò & de-
scendentes eorundē processus vadidis quoq;
sed tantū ambientibus colligātur. Deinde in
spinarum interuallis membranē consistit li-
gamentū, sicut in cubito & tibia vbi ossa hīc
inuicem dehiscūt. Præterea in pubis ossium
foraminibus huius generis occurrit ligamē-
tum, seu potius mēbrana. In humeri articulo
tria peculiaria visuntur, quorum primū teres
est, & ab interno scapulæ processu enatum,
in externū humeri caput fertur. Alia duo ab
elatori ceruicis scapulæ sede p̄nata, in idē ca-
put pertinet, & vnū quoq; hīc ab interno sca-
pulæ processu in summū humerū ducitur. In
brachialis ossium inter se & cū postbrachialis
ossibus connexu, vt & in pede, passim car-
tila-

tilaginea ligamēta interueniunt. A sacro offe
duo teretia in coxendicis os pertinent. Ex fe-
moris superiore capite teres ligamentum in
coxendicis acetabulum inferitur. In genu ar-
ticuli medio cartilagineū cōsistit ligamentū,
& dein in posteriore ipsius sede, & vtrinque
ad latera vnum. Ex ligamentorum autem trāf-
uersim tendinibus obdūctorum, tendinēsq;
ne sua sede declinent cōtinentiū numero, in
interna brachialis sede vnū cōtinuū habetur.
Iuxta brachialis radicem in externa radij &
vlnæ sede sex occurrunt. In anteriori tibiæ
sede iuxta talum vnum obseruatur. Tria in-
ter calcem internūmque malleolum. Vnum
inter calcem & externū malleolum. Insuper
in interna inferioriue pedis digitorum sede
huius etiam generis ligamenta videntur.

De partibus nutritioni famulantibus. C A P. XV.

Commune omnium instrumentorum nu-
tritioni seruiētium inuolucrum, Latinis
& Græcis peritonæum dicitur. Græcis autē *Peritonæum.*
quòd iis partibus circumdatur, *περιτόναιον*, *πε-
ριτόναιος* & *περιτόνιον* appellatur. Neque ita sim-
pliciter tantūm, sed à nonnullis hæc tota ap-
pellatio inditur, *περιτόναιος ύψλον*. A quibusdā
περιτόναιος περιον. Sunt quibus etiam *περιτόναιον σπι-
νωσπινα* nominetur. Arabibus Ziphac & Zim-
phac dicitur. Membrana est tenuis, latis ara-
neorum telis simillima peritonæum, oblon-
ga oui instar, vtrem referens, nutritionis or-
*Nutritionis
organa.*

METHO. PERVERNIENDI

gana, ventriculū scilicet, intestina, omentum, mesenterium, iecur, lienem, renem, utraque vesicam, uterum, & vasa demum quæcunque inter septum transversum & crura sunt amplectens. Via quæ cibum in ore effradum, ac potum ad ventriculū defert, Græcis proprio nomine *δισσφάγος*, cōmuni autem *σίμαχος*, Latinis gula, Arabibus Meri nuncupatur. Quippe Græci omnē angustum ductum seu collū isthmi instar alicui ampliori vētri præpositum *σίμαχον* vocitāt. Cicero & Celsus stomachi vocem pro gula vsurpāt. Porro vt stomachi gulæve concavitas semper humecta ac velut vncta esset, glandulas natura adiunxit, alias quidem ad fauces, stomacho & laryngi communes, quæ Græcis *παρίθμια*, Latinis tonsillæ, vt suo loco fusius dicemus, vocātur: binas alias in medio propemodum stomachi ductu connexit. Ventriculus, qui Græcis *γάστρ* & *νοστία* dicitur, quod ab ore delatum est concoquit, ac velut in lacteum succum insita facultate permutat, & tādē per alterum ac inferius eius orificium ex elatiore sede dextri ipsius lateris exortum, ad intestina transmittit, vnde etiā Græcis *πίλωπος*, nobis autē ianitor appellatur. Intestinis omentum incūbit, & quasi inatat, hinc Græcis *ἐπίπλουν*, & *ἐπίπλεον*, barbaris zirbus, ac rete seu reticulū nominatur. Mēbraneū est corpus, sacculi modo extructū. Mox autē anteriori peritonæi sedi subiicitur

δισσφάγος.
σίμαχος.

παρίθμια.

Ventriculus.

πίλωπος.
Omentum.

citur

citur, & super intestina extēditur. Inferior o- *Pancreas.*
 menti membrana posteriori ventriculi sedi
 substrata, priuatim glandosum quoddā cor-
 pus impense magnum exigit, quod quia in ca-
 nibus rubet, simplicisq; carnis speciem quo-
 dammodo refert, Græcis *παγκρεας*, quod scili- *παγκρεας.*
 cet esui sit iucundum, & *παγκρεας*, quasi totum *παγκρεας.*
 carneum, quod ex carne glandulosa conte-
 xum sit, appellatur. In homine autem corp^o
 hoc magis album quàm rubrum videtur. In- *Intestina.*
 testina, quæ Græcis *έντερα* dicuntur, bifariam
 diuiduntur, in gracilia & crassa. Gracilia tria
 sunt numero. Primum ab inferiori ventricu-
 li orificio rectà quodammodo eousque descē-
 dit, vbi intestina in anfractus orbésque primū *ένφρις.*
 cōuolui incipiunt, & à nonnullis *ένφρις*, hoc est *ένφρις.*
 exortus seu processus, ab aliis *δωδεκαδάκτυλον*, id *Δωδεκαδ.*
 est duodenum appellatur. Secundum illic inci- *ένφρις.*
 pit, vbi iam cōmemoratum in anfractus gy- *ένφρις.*
 rósve primū conuoluitur, & *ένφρις* Græci, Le- *ένφρις.*
 iunum Latini, quod inter dissecandum reli- *ένφρις.*
 quis intestinis inanius & magis vacuum re- *ένφρις.*
 peritur, nominatur. Tertium *ένφρις* Græcis, *ένφρις.*
 Latinis tenue vocatur. Crassa itidē sunt tria.
 Primū est in quod tenuioris terminus cessat,
 omnib^o cæteris in homine breuius, & cras-
 sioris instar lumbrici in orbés inuolutū, an-
 gustūmq; vt appēdicis verius q̄ intestini loco
 haberi possit, & vno tantum ore donatum,
 ideoque Græcis *ένφρις*, Latinis cæcum, aliis *ένφρις.*

METHO. PERVERNIENDI

etiam monoculum nuncupatur. Secundum est quod à dextro ilio super dextrum renem sub icoris cauo, dein secundum ventriculi fundum ad lienem properat, & hinc rursus super sinistrum renem versus pubem fertur, ac aliū anfractū supra internam oſſis ilium sedē faciens, ad sacri vsque initium prorepat, Græcis *κώλον*, Latinis Colū nominatur. Tertiu est quod ab osse sacro ad anū vsq; rectā deorsum fertur, Græcis *σπυλον*, & *ἀπὸ τοῦ*, Latinis rectū, longaō, anus, & podex vocatur. Ad posteriorem intestinorū sedē locatum est vinculū, dura membraneaq; substantia cōstans, cuius beneficio intestina dorso alligantur, Græcis *μεσεντήριον* & *μωσάριον* nominatur. Mesenteriu quidem à situ. in medio enim intestinorū situm est. Mesaræon autem à venis quæ eius centrū subeunt. Venæ enim quæ ex iocinoris porta veniunt, in eo coeunt, quibus iecur, veluti manibus quæ ei cibum è ventriculo afferat, vitur. mesenteriacæ, & mesarææ, & vulgò meseraicæ vocantur. Viscus quod venarum omnium principium, ac sanguinis officina est, & in dextra hypochondriorum parte situm, Græcis *ήπαρ*, Latinis iecur appellatur. Hoc, in canib⁹ & porcis præsertim, in quas magna ex parte, nonnunquā in sex, aut quatuor diductum est magnas fibras, quas *κόβους* Græci vocant. In quibusdā verò, vt hominibus, nō ita magnas fibras habet. In caua icoris parte ve
fica

Colum.

Rectum.

Mesenterium.

Vena mesenterica.

Iecur.

Fibra icoris

fica bilis flauæ conceptaculum, *νέστω χολιδόχο*
 Græci nominant, sedem obtinet. Nonnulli *Vesica bilis.*
 bilis folliculum, vesicam follis, & vesicam bi- *Meatus bilis*
 lis susceptricem vocant. Bilem autem meatus *exicipiens &*
 quidã, *νέστω χολιδόχο* appellatus Græcis allicit, *depellens.*
 rursumque aliò depellit. Quippe ceruix vesi-
 cula paulatim in angustũ definit meatũ, qui
 in duos partitur processus, hunc quidem sur-
 sum, illũ deorsum porrigens. Qui sursum fer-
 tur, iterũ in duas digeritur propagines, quæ
 singulę in ipso iecore rursus in alios surculos,
 & hi denuò in alios tãtis per digeruntur, donec
 innumerã ramorum constituunt seriẽ, per ie-
 coris corpus inter portę venę ramos & cauã *Vene portę*
 propagines diffusam. At processus alius, qui *distributio.*
 deorsum porrigitur, ac duodeno nõ procul à
 ieiuni principio inseritur, vesicula expulsam
 bilẽ ad intestina defert. In cauo præterea ie-
 coris series venarũ, quæ portæ venæ caudicẽ
 cõstituit, reponitur. Quę quidem primũ vesi-
 culæ flauæ bilem recipiẽti surculos duos mit-
 tit, dein ventriculi posteriori sedi circa infe-
 rius ipsius orificiũ. Inde vetriculi fundi dex-
 træ parti ramus offertur. A quo ramuli in vë-
 triculũ, & superiorẽ omẽti membranã spargũ-
 tur. Põst in duos partitur trũcos, ac dextrum
 qui grãdior, per mesenteriũ variè digestũ inte-
 stinis offert, prius duodeno, & ieiuni initio
 ramũ exhibẽs. Sinister trũcus inferiori mēbra-
 na omẽti intextus, ventriculi posteriori sedi

METHO. PERVENIENDI

paruā offert ppaginē. Dein etiā omēti inferio-
 ri mēbranæ, mox glandulis, postea secundum
 posteriora ventriculi ramus ab illo ascendit,
 ventriculi dorsi medium spectanti sedi furcu-
 los primū exporrigens, & coronæ ritu su-
 perius orificium ventriculi amplectēs, à quo
 præter propagines deorsum sursumque de-
 promptas, vnus secundum posteriora ven-
 triculi ad inferius eiusdem orificium prore-
 pit. Ipse autem sinister portæ caudicis trun-
 cus sinistrorsum semper tendēs, insignem hic
 quoque promit venam omento ac colo inte-
 stino implicitam. Ille verò in varios sectus
 furculos, & sobolem adhuc humiliori omen-
 ti membranæ spargens, lienis cauo inferitur,
 ab ipsius propaginib⁹ antea quàm lienē sub-
 ceant, ventriculi sinistro lateri ramulos offe-
 rens. Inter quos insignis occurrit, qui fundū
 ventriculi in sinistra sede perreptans, venti-
 culo & superiori membranæ omenti soboles
 deriuat, quemadmodum alibi copiosius dice-
 mus. Ad sinistram vētriculi sedem secundum
 inferiora magis ac posteriora viscus confi-
 stit, quod Græcis σπλην, Latinis lien vocatur.
 Serosam aqueamque ex sanguine humiditatē
 renes, Græcis νεφολι dicti, bini trahunt, quàm
 fieri potuit proximè iecori ambo allocati. A
 caua vena duo grandes rami, vtrinque nimi-
 rū singuli, ad singulos renes enascūtur, quas
 vulgus emulgētes nominat. Aquæ superflui-
 tatis

Lien.

Renes.

Emulgentes

tatis receptaculum natura vesicā, ^{ὄψιν} Græci *Vesica*,
 appellant, creauit. Hanc verò superfluitatem,
 quam vrinam nuncupamus, duo meatus, qui
 Græcis ^{ὀυρητήριον}, Latinis vrinarij vocantur, in ^{ὀυρητήριον}
 vesicam deferunt. Porrò sanguis hoc pacto
 repurgatus, per caue venæ ramos ceu riuulos
 quosdam vniuerso corpori distribuitur, quos
 ex Andrea Vuesalij nostri compendio bre- *Vuesalio*.
 uiter admodum recensēbimus. Is enim pro
 singulari sua eruditione rem prolixam miri-
 ficè arctauit. Vena caua in posteriori iecoris *Vena caua*
 sede consistens, ex anteriori ipsius regione *supra iecur cō*
 ramos promit in iecoris gibbum numero- *sistentis distri-*
 sos. Sursum autem ascendens, ac septum trās- *luntio.*
 uersum cum cordis inuolucro perforās, duas
 propagines septo largitur. Ad dextram cor-
 dis aurē caua ampliori orificio in dextrū cor-
 dis ventriculum dehiscit, quā caue orbicu-
 laris amplitudo vsquam visitur. A postero-
 ri eius implantationis sede, vena prodit cor-
 dis basim coronæ modo cingens, ideoque *σ*
καριαία Græcis dicta, & deorsum per cordis
 superficiem ramulos digerens. Caua à corde
 fursum conscendens, ac cordis inuolucrum
 inibi prætergressa, venam paris expertem, & *Vena paris*
 octo frequentius inferiora costarum inter- *expers.*
 ualla utrinque enutriētē, à dextro latere pro-
 mit. In iugulo autem tota bipartitō scindi-
 tur, ab ipsius anteriori sede pectoris ossi &
 interseptentibus thoracem mēbranis venas

METHO. PERVENIENDI

offerens, abdominis superiora perreptâtes. A radice verò alterius trunci factæ modò in iugulo bipartitionis insignis deriuatur vena, super primâ costam in axillam procurrês, sed prius in thoracis cavitate ramû promês, in tria superiora sui lateris costarû interualla absumendum, & alium in posteriora thoracis iuxta ceruicis radicem sparsum. Præsens vena thoracem egressâ, interdum hic humerariam, cephalicam nostri nominant, venam, & ramû musculis anteriori thoracis sedi instratis: alium posteriori sedi thoracis, & cauo scapulæ, & lateri thoracis alium digerit, in axillam festinans. Trunci autem in iugulo factæ bipartitionis reliquum in duos impares ramos discinditur, & horum interior graciliôrque internam iugularem constituens venam, duabus propaginibus durâ cerebri membranam adcutibus, caluariam subit. Exterior verò ab externo latere propaginê ex qua humeralis vena constituitur, deducens, sursum conscendit, superficiariam efformans iugularem variè ad fauces vsque excurrentem, & in linguam, laryngem, palatum, faciem, tempora, & verticem distributam, tribûsque venis caluariâ ingredientê. Humeralis verò priusquam sub clauicula & summo humero in brachium fertur, ramû posteriori ceruicis sedi, & alium scapulæ gibbo, & alium summi humeri superiori sedi exporrigit, & secundum
exterius

Humeralis.

Internæ iugularis.

Externæ.

Humeralis distributio.

exteriorius latus musculi cubitum flectentium anterioris sub cute prorepens, furculosque graciles cuti depromens, supra cubiti articulum dissecta, aliquando vnum ramum penitus latentem, & mox absumptum ad cubiti articulum defert. Alium sub cute obliquè ad cubiti flexus medium cum axillaris venæ ramo coitutum, communèmq; venam constituturum. Tertium sub cute secūdum radium in posteriora cubiti, ac tandem ad brachialis radicē iuxta vlnæ extremū mittit, qui axillaris propagini inibi commixtus, parui & annularis digitorum exteriora conscendit. Axillaris in axilla latitans, & cuti anteriorem brachij sedē versus interiora inuestienti ramum offerens, furculum præbet capitibus musculorum cubitum extendētium, & alium illorum mediæ propemodum longitudini, dein aliam propaginem cum quarto brachium petente neruo secundum brachij posteriora ad cubiti vsque exteriora ablegat. Mox in duas secta venas, venam prorsus toto ductu in profundo submersam, ac arteria semper comitatam, per cubiti articuli flexus medium deducit, quæ ante cubiti longitudinis medium in duas secta propagines, vnam secundum radium, alterā secundum vlnam versus brachiale porrigit. Et hic rursus in furculos dirempta, in internā digitorū sedem ita digeritur, vt singulis digitis duæ offerantur soboles, & furculus qui

*Axillaris sē-
ries.*

METHO. PERVENIENDI

*Communis
vena.*

dam inter pollicis primum internodium & postbrachialis os indicem sustinens, ad manus externam sedem pertingat. Altera verò vena sub cute semper exposita, iuxta cubiti articulū in duos partitur ramos: quorum alter obliquè versus cubiti articuli flexum contendens, cum humeralis ramo commiscetur, simul cum illo communem efformās venam: quæ duabus illis mediis venis constituta, ac obliquè deorsum repens, radiūque tandem conscendens, in externa cubiti sede instar Y in duas discinditur soboles, quarum altera medij digiti potissimum externam sedem petit, altera verò pollicis & indici offertur, surculum in internam manus sedem spargens, ramulis montem Veneris implicatibus commiscendum. At alter axillaris iuxta cubiti articulum factæ divisionis ramus, varias propagines in cubiti internam sedem deponit: quibus crebrò vena accedit, ab altero venam communem constituentium ramo, quem axillaris porrigebat, enata. Hæ propagines admodum variè modò coeunt, modò rursus inuicem diremptæ, ac internam cubiti sedis cutem implicantes: tandem in internam manus cutem prorepunt. Cæterum insignior eius rami propago vlnæ exposita, & in cubiti exteriora etiam surculos promens, iuxta brachialis radicem humeralis ramo commiscetur, ad paruum digitum & annularem conten-

contendenti. Cauæ venæ pars sub iecore deorsum repens, à sinistro latere ramum offert pingui renis sinistri tunicæ, & locis reni conterminis. Dein singulis renibus magna depromitur vena. Ab elatiori sede venæ dextrum renem petentis, quæ frequenter altius vena sinistro reni propria initiû sumit, propago pinguem dextri renis tunicam accedit. Ab illius verò quæ ad sinistrum proficiscitur renem, humiliori sede sinistra seminalis vena exoritur, dextra interim à cauæ caudice demissius multò principium ducente. Porò vbi caua vertebris lumborum innititur, geniculatim illis propagines dat, in musculos proximos & ad abdominis vsque latera absumendas. Atque harum illæ sunt præcipuæ, quæ à caua inibi pronascuntur, quæ supra osis sacri ad lumborum vertebrae nexû in duos pares scinditur truncos, quorum sinister perinde ac dexter surculos quosdam osis sacri foraminibus offert: & in duos partitur ramos, quorum interior propaginem mittit in musculos exhauriendam, qui osis ilium & sacri posteriorem sedem occupant: & aliam deriuat in vesicam, & penem, & mulieribus in vterum multiplici sobole pertinentem. Quod reliquum eius rami est, ab externo ramo portiunculam assumens, per pubis osis foramen in femur ducitur, cuti & musculis internam femoris sedem occupan-

*Cauæ venæ
infra: cur cõ-
sistentis series.*

*Seminales ve-
næ.*

METHO. PERVENIENDI

tibus surculos exhibens, & ante genu articulum cessans, suoque termino cum alterius crus petētis venæ ramo, vt mox dicam, coies. Exterior nanque ramus sinistri cauæ trunci per inguina femur aditurus peritonæo propaginem offert, in inferiorem abdominis sedem ad vmbilicum vsque absumendam: in femur verò procidens, pubis cuti & pudendi muliebris sobolem porrigit. Verùm insignē venam per femoris & genu & tibiæ interiora, sub cute ad pedis vsque digitorum summum diffundit, in progressu sparsim cuti ramusculos depromentem. Aliam quoque sub cute ad coxendicis articuli anteriora deriuat. Ipse autem penitius inter musculos submersus, propaginem communicat musculis & cuti in externa femoris sede locatis, & aliam offert musculis internam anterioremque femoris sedem sibi vendicantibus. Atque cum hac propagine extremū venæ eius coit, quæ per pubis osis foramen descenderat. Hinc grandis vena secundum femoris posteriora retorquetur, propagines eius sedis musculis communicans, à quibus ramuli in cutem pertinent, tum sursum, tum deorsum ad suram vsque excurrentes. Inter inferiora verò femoris capita grandis hæc vena in duos scissa truncos, minorem exteriorémque versus fibulam deriuat, à quo præter soboles anteriorem genu sedem petentes ramus discinditur

ditur, sub cute externam tibiæ sedem versus posteriora obtegente, ad digitorum vsque superiora variè dissectus. Quod verò reliquum, altius inter musculos externæ fibulæ sedi attensos occultatum, vltra tibiæ longitudinis medium properat. Interior autem truncus insigniter amplus, ramum dispensat secundum internam tibiæ sedem versus posteriora sub cute ad pedis vsque digitos dispersum. Deinde alium depromit, per suram non nihil reconditum, ad calcem vsque pertingentem. Quod verò huius trunci præcipuum est, musculos posteriorem tibiæ sedem occupantes subit, & ab anteriore ipsius regione ramum per ligamentum membranæ demittit, fibulam tibiæ alligans: atque is sub anterioribus tibiam integentibus musculis absconditus, ad pedis vsque superiora pertingit. Ipsa verò vena secundum posteriora descendens, & hinc inde cuti & conterminis musculis ramulos offerens, tandem inter calcem & tibiam pedis inferiora subit, inibi in musculos & digitos in eum modum distributa, vt duæ soboles singulis offerantur. Atque hætenus de Vuesalij sententia caux venæ distributionem recensuimus.

De instrumentis speciei propagandæ famulantibus.

i iiij

METHO. PERVENIENDI

CAPVT XVI

Testes.
διδυμοι.

Tunica testiu.

Ἰσχίον.
Scrotum.

ἰσχυροειδής.

INter instrumenta generationi seruiencia in viro testes primùm occurrunt, qui quum gemini sint, ideo Græcis διδυμοι sunt dicti: quàmquam interdum vnus tantùm, nonnunquam tres etiam reperiantur. Testes pluribus tunicis seu inuolucris integuntur, ac aliis quidem vtrique testi communibus, aliis autem priuatim singulos testes inuoluentibus. Duo enim vtrisque testibus communia sunt inuolucra, cutis quidem vnum, quod reliqua corporis cute tenuius est, & velut futura quadã ac rugis interstinguitur, Græcis ἰσχίον, Latinis scrotum, & à nonnullis scortum appellatur. Alterum cõmune inuolucrum membrana carnosã efformat. Vtrunque autem testẽ priuatim inuoluentes tunicæ duæ sunt. Vna exterior, valida quidem, sed tenuis. Hinc Græcis ἰσχυροειδής, quodd scilicet velaminis aut putaminis formã habeat. Atticorum enim more pro λ ponitur, vt idem sit quod ἰσχυροειδής. hac voce ἰσχιὸν τῶ ἰσχύρου, quod velamen, receptaculum, & putamen significat, & ἰδίους deducta. Si tamen mauis apud Galenum legere ἰσχυροειδής, ad musculũ illi inuolucro adnatum referes, qui quũ ruber vt reliqua caro sit, illi inuolucro aliquẽ ruborẽ cõciliat. Altera intima, dura, crassa, & valida admodum est, testis substantiã vtrique mollem ac sequacẽ inuoluens

uens

uens, Græcisque *δαπνίς* appellatur. Primi autē *δαπνίς*.
 anatomes professores, qui testem *Αιδύμων* no-
 minauerunt, hanc tunicam seu inuolucrum
ινδιδύμων, hoc est supertestem vocauerunt. Et *ινδιδύμων*.
 Galenus etiam per caput testis nihil aliud ni-
 si elatio rem partem intimæ huius testis tuni-
 cæ intellexit. Ad singulos testes singulæ per-
 tingunt venæ & arteriæ ortu differentes, *vasa semina-*
ria.
 minariæ anatomicis nominantur. Vena dex-
 trum accedens testem, à cauæ venæ caudicis
Vena dextra.
 anteriore sede sub venarū in renes exporre-
 ctarum exortu pronascitur. Sinistri verò te-
 stis vena, ab humiliori sede venæ sinistrū re-
Sinistra.
 nem adeuntis principiū ducit. Vtræque autē
 arteriæ humilius quàm dextrū testem perētis
Arteria.
 venæ principiū cōsistit è directo, & sibi pro-
 ximæ ex elatioris anteriorisve magne arteriæ
 sedis medio promūtur. Simulatque verò præ-
 dicta vasa peritonæi foramen superarunt, ex
 dextro quodammodo latere rursus obliquè
 deorsū in sinistra ad dextri testis elatiore se-
 dē ducuntur: arteria non amplius venæ dūta-
 xat, vt in reliquo processu, accūbit, fibrisque
 mēbrancis tantum cōnectitur, sed varia qua-
 dam peculiarisq; ratione vena cū arteria coit,
 & ambæ inuicē cōmiscentur, corpūsque vnū
 pyramidis anteri⁹ posteriusq; depressę instar
 efformāt, cui⁹ quidē conum vasa vbi primum
 inuicē permiscētur efficiunt, basin verò ea se-
 de qua elatiori testis parti cōmittuntur. Per

METHO. PERVENIENDI

uniuersum hoc corpus ramorū myriades inuicem complexi obseruantur, non quidē omnes rectā deorsum procedētes, sed alij partim rectā, partim orbiculatim, partim transuersim, alij alio modo inuicē implicantur. Quare quū corpus hoc multas varices exprimat, ideo veteres anatomici hoc *μυρρῶδες ἢ ὡρα γαργῶδες*, quasi varicosum ad testes assistētem diceret, appellarunt. Ad externū varicosi illius corporis latus quā testi applantatur, aliud corpus albū, & durioris nerui modo durum, intimæ testis tunicæ adnascitur, hincque incipit. Hoc exterius quā testi non committitur, gibbum, & quodammodo teres est. Per totū autem ductum quo testis tunicæ corpus id necitur, propemodum æqualiter crassum, eiusdēque figuræ est, quam compacto vitis aut cucurbitæ capreolo assimilare queas. Quanquam non in orbem, sed velut in latera huius corporis reuolutiones fiāt, ad eum ferè modum quo angues & anguillas ocyus repere cernimus. Huius nanque corporis anfractus & inuolutiones admodum inuicem continuæ & cōnatæ sunt, vt & lignorū vermibus eas assimilare integrum sit. Hoc vas fursum ad magnam peritonæi cauitatem hac via conscendens, qua seminalis vena & arteria descēdere, nerui cuiusdam modo teres efficitur, & deorsum ad pubis os reflexum, posteriorē vesicæ sedem accedit, ad quam vas à sinistro

μυρρῶδες ἢ ὡρα γαργῶδες.

Vas semen à teste ad vesicā deferens.

à sinistro teste deferens etiam properat, quod dextro vasi unitum, simul cum illo in vesicæ cervicis radicem inter glandulosum corpus

Glandulosum corpus vasorum semen deferentium insertionem excipiens.

ceruici hic obnatū, quod Herophilus ἀδνοσδῆν

Penis substantia.

παροσάτην appellavit, inseritur, communisque semini & urinæ meatus consurgit, qui deorsum modice ductus, denuo sursum ad pubis ossium commissuram foris reflectitur, corporibus penem efformantibus subnatus. Prodit enim utrinque à pubis osse vnum nerveum teresque corpus, quod intus impense fungosum, ac crasso sanguine plenum cernitur. Vtrunque simul conatum unitumque, penem qui

ναυλός.

ναυλός Græcis dicitur constituit, eius substantiæ beneficio, quum is semen in veterum missurus est, erigi augerique aptum: & aliàs quum nullus suæ proceritatis usus est, flaccidum & gracilem. Hinc est quòd natura illum ita fabricaverit, ut spiritu impletus erigi produci que, & insigniter turgere possit, & rursus eodem spiritu dissoluto artari, concidere, flaccescere, & brevior fieri. Penis ad commodum Veneris usum summa sua parte & apice glandis modo tumet, hinc Græcis βάλανος, & Latinis Glans nomi-

Glans.

βάλανος.

natur. Cute quoque qua regi & reteri queat

πρίδν.

decoratur, quæ Græcis πρίδν, Latinis præputium dicitur. Spatium penem & anum in-

Præputium.

tercedens, περιάνιον Græcis, Latinis interse-

περιάνιον.

METHO. PERVENIENDI

Vterus.

*μήτρα.
ὕδρα.*

Cornua.

Cervix.

minium appellatur . Cæterum mulier vte-
rum sibi vendicat, semini excipiendo, fœ-
tūque continendo dedicatum, qui Græcis
μήτρα & *ὕδρα* vocatur . Inter vesicam & re-
ctum intestinum situs est, ac in fundum &
cervicem distinguitur. Fundi forma non est
prorsus rotunda, verum antè postèrūsq;
depressa, superius obtusa, & duos, vtrinque vi-
delicet unū, retusos ostendens angulos, quos
Herophilus opportunissime iam nascētibus
bouv cornibus assimilans, *κίρατι* & *κίρατις* no-
minavit. Quemadmodum enim vitulorū ca-
pita vtrinque quæ pronascentur cornua, extu-
berant ita etiam superior vteri pars vtrobi-
que veluti in duos obtusos, vt diximus, angu-
los definit, qui reuera veteribus anatomicis
cornuum vice habiti sunt, vasorūque se-
men muliebri deferētium insertionem exci-
piunt. Fundi simplex adest sinus, semen geni-
tale suscipiens, fœtūque continens. In non
prægnantibus viscido quodā & subalbo mu-
co illitus, & lævis, & inconspicua propemodum
futura, seu extuberantiori linea interstin-
ctus. Hic in orificium definit, glandis penis
modo in vteri cervicis amplitudinem promi-
nens. Cervix vteri teres est, & in vtero nō ge-
rētibus aliās nō distensa, haud multò minus
ipso fundo ampla. In extremo cervicis ore,
vbi cōcidua labra rimā relinquunt, vtrinque
vna

vna prominens cuticularis coriaceave carū-
cula, lōga quidem, sed tenuis, & ex longa ba-
si in mucronem desinens, Græcis *νύμφη, μύρτον, νύμφη.*

ἰπίδερμις & κλητροπις nominatur. Vteri lateribus v-
trinque vnus accumbit testis, non prægnan-
tibus quidem paulò elatius quàm fundi supe-
rior pars consistit. vero autē gerentibus ean-
dem certè sedem occupant. Ad hos vasa semi-

*Testes mulie-
bres.*

naria eodem prorsus modo atq; in viris per-
tingunt. Verùm hīc id priuatim accidit, quòd

*Vasa semina-
ria muliebria.*

media tantum seminariæ venæ arteriaque
pars testis offeratur, altera vteri fundū impli-
cante. Vas semen tenue & impense aquosum
paucūque à muliebri teste deferens, in ob-
tusum sui lateris vteri angulum inferitur. Of-
cula vasorum ex vtero in secundam venien-
tium Hippocrates & Galenus *νεοπλασίδες*, Latini

Acetabula.

acetabula, quòd scilicet hæc vasa ab vteri
sinibus porrigantur, vocarunt. Cæterum fœ-
tus in vtero tribus inuolucris seu membra-
nis integitur. Primum & extimum inuo-

Secunda.

lucrum Græcis *χέρων*, Latinis secunda, & a-
liis secundina appellatum, fœtum instar la-
tioris tantum cinguli ambit. Haudquaquam
enim superiorem, vti neque etiam inferiorē
fœtus partem contingit, sed tantum ita se ha-
bet, ac si quis à mucronata pectoris ossis car-
tilagine ad elatissimam vsque illum ossiū se-
dem fascia impense laxa scinderetur. Insigni-
ter crassum est, & lienis modo nigricās: quod

METHO. PERVERNIENDI

vtro cōnatum, vasa in vterum pertinentia excipit: quò illa in ipso postmodum collecta, duabus venis, & totidem arteriis in vmbilicum inferantur, & vna tandem vena iecori, duæ autem arteriæ grandis arteriæ propaginibus per pubis ossium foramina descensuris offerantur. Secundum foetus inuolucrum à farciminis imagine quã refert, ἀλλαντοειδής à veteribus appellatur. Foetum vniuersum amplectitur, venulis quibusdã & arteriis intertextum. Inter hoc & tertium inuolucrum foetus vrina colligitur, quæ peculiari meatu, quæ *υραχίη* vocant, ex elatiori foetus vesicæ fundi regione per vmbilicum in hãc amplitudinem perfertur, in hoc à natura formatus, ne vrina cuti eiusdem circũfusa, sua acrimonia & mordacitate obsit. Tertium inuolucrum tenuissima est membrana, vnde *ἀμνιος* quasi agnina Græcis dicta est, alba, quemadmodum & secundum inuolucrum, & venulis pariter ac arteriis implicita, foetui proximè & vndecunque obducta. Hæc foetus sudorem inter se & foetus cutem subflaua quadam ac lutesca substantia obductam asseruat, qui ante partum non minus quàm foetus vrina profluens ceruicem vteri irrigando, foetui faciliorem exitum parat. Foetus in lucem editus, lac familiare ipsius alimentum è mamillis, quas Græci *μαστούς, τίτθους καὶ τίτθια* nominant, à nemine eductus fugit. Hæc ad ossis pectoris latera in thorace

ἀλλαντοειδής.

υραχίη.

ἀμνιος.

*Mammae.
τίτθια.*

race sibi sedem vendicant, & papilla, quæ ^{ῥι- ῥιλην} papilla.
 ἢ Græcis nuncupatur, ornantur. Caterum
 mamillæ glandoso corpore insita vi sangui-
 nem per venas ipsi adductum in lac conuer-
 tente extruuntur. Cutis mamillarum quæ
 orbiculatim ad papillam nigricat, circulum-
 que constituit, ^{ῥι- ῥιλην} Græcis nuncupatur. ^{ῥι- ῥιλην}

De corde, & instrumentis ipsius functionibus
 ministrantibus. CAP. XVII.

Inter partes quæ vitali spiritui ministrant,
 & intra thoracem sitæ sunt, primum sibi lo-
 cum vendicat tunica membranæ quæ Græ-
 cis ^{ὑπερσπυρίτις}, Latinis succingēs appellatur, quod ^{ὑπερσπυρίτις}
 nimirum omnibus costis, dempra duodeci-
 ma, quæ à septi transversis implantatione oc-
 cupata est, ab interiore parte subtensa sit, ac
 yniversam thoracis cauitatē succingat, sub-
 linatque. Vulgus pleuram vocat. Ex hac na- ^{Pleura.}
 scuntur duæ aliæ membranæ, vtrinque singu-
 læ secundum thoracis longitudinem proce-
 dentes, ac in duas præcipuas amplitudinē eâ
 distinguentes. Hinc Græcis ^{διαφραγματος}, Latini ^{διαφραγματος}
 intercipientes & intersepiētes, vulgo me- ^{Mediastinum}
 diastinum nuncupantur. Fistula quæ à fau-
 cibus deorsum frequenti sobole in pulmonis
 substantiâ digeritur ac protenditur, Græcis
^{βρογχος} & ^{ἀετοπία} simpliciter, & aërē contineat, ^{βρογχος}
 primū est appellata. Téporis vero progressu,
 -stibus

METHO. PERVENIENDI

*Leuis arteria
Aspera.*

*Larynx.
φάρυγξ.*

*ιδίωτ.
Glandula fau-
cium.*

*ωαπίδμου.
αμυγδαλάς.
Tonsilla.*

quum & vasa vitalem spiritum sanguinemque continētia, arteriæ etiā nomine donata sunt: hæ quidem læues arteriæ, illa verò *σπασμένη*, hoc est aspera, ab inæquali qua constat substantia, nuncupata est. Caput huius arteriæ Græcis larynx, Latinis guttur vocatur. φάρυγξ autem, hoc est fauces, Galeno spatium oris internū quod gulæ ac gutturi præiacet, dicitur. Andreas Vuesalius spacium quod in profunditate ab interna menti sede ad cervicis vsq; vertebrae pertingit, in latitudine verò quicquid inter dextram inferioris maxillæ partē & sinistram habetur, hoc nomine vocat. Idem locus & *ιδίωτ* ab angustia dict⁹ est. Triplex autē in faucibus glandularū genus reperitur. Sunt enim glandulæ alterutra parte singulæ ad radicē laryngis adnatæ, magnæ & fungosæ admodum, carnīsque propemodum coloris, sed magis nigricātes. Deinde in spacio quod nobis hiantibus medium inter narium foramina & laryngem apparet, vtrinque in lateribus vna reponitur glandula utcunque insignis, & impensius fungosa, in hocque propria, ut salivam procreet, ac asperam arteriam, & stomachum quoque cum tota oris amplitudine humectet. Has glandulas Græci *ωαπίδμου* vocarunt, & *αμυγδαλάς*: nostri interpretes tōsillas, & amygdalas, quod scilicet amygdalis afsimilentur, nominant. Græci tamen, ut lib. 3. de sympt. causis cap. 11. Galenus testis est, harum glandula-

glandularum inflammationes ἀντιόδαι etiam nuncupauerunt, & παρίσμια inflammationem partium illis adiacentium. Tertium genus in faucibus positarum glandium sub aurium radicibus & vniuerso spacio inferiori maxilla conscripto continetur, ac cavitates omnes exquisitè implet. Hoc nullo peculiari donatū est nomine. In extrema oris & palati parte, vbi narium foramina ad os descendunt, carnosā & fungosā quædam particula in oris amplitudinem propendula, superius vbi palato continuatur latior, inferius pyramidis instar acutior apparet, quæ veteribus Græcis γάργαρα γάργαρα μίον, hoc est gurgulio dicta est. Quia verò instar columnæ extensa est, ideo κίων posterioribus Græcis, columella Latinis appellata est. Quia autem instar vix superius angusta, inferius verò sphæræ instar rotunda aliquando dum inflammatione corripitur propendet, ideo tum, vt testis est Galenus libro sexto de compo. medica. localium cap. 3. σαρυλή appellatur. Pulmo qui Græcis πνεύμων dicitur, quatuor fibris, quas Græci κόβους vocant, distinguitur, ex vtraque enim parte duas obtinet. Membrana quæ vniuersum cor cum suis auriculis ac vasorum initiis veluti arcula aut theca cooperit, Græcis περικάρδιον, Latinis inuolucrum & casula, vulgo capsula cordis nominatur. Cor autē quod καρδίαν Græci appellant, in homine sua basi, quæ ipsius nobilissima

METHO. PERVENIENDI

pars est, quum vasorum sit origo, exactè vt in reliquis animantibus dextræ sinistræque sedis medium obtinet. Vtraque ad basim ipsius parte aurículas habet, ita nominatas ab aurium propriè dictarum similitudine. Cor humanum intus duas insigniter amplas cavitates, secundum cordis latera sitas, obtinet. Vnam ventriculū sinumve dextrum, alteram sinistrum vocant. Horum dexter sinistri amplitudinem vincit, ambòque inuicem forma plurimum variant. Vtriusque ventriculi superficies perquam inæqualis est, & multis quasi foueis in carneam substantiam penitus impressis scatet. Ex iis foueis nullè, quod sensu saltem comprehendi licet, ex dextro ventriculo in sinistrum penetrant, adeò sanè, vt mirifica Dei industria per meatus visum fugientes ex dextro in sinistrum sanguis refudet. Cæterum quatuor sunt cordis vasa, in vtroque sinu bina. In dextrum enim latus basis dextri ventriculi ad humiliorem eiusdem basis sedem vena caua amplo patentique orificio ingreditur, atque ex iccinore sanguinem defert. vt vena caua primum cordis vas sit. Ex eo sinu egreditur aliud vas, quod vena arteriosa nuncupatur, sanguinem in pulmonem deferens. Sic autem dixerunt, quòd vsus respectu, & quòd venæ vicem gerat, vena sit: quòd verò corpus arteriæ ac duplicem tunicam nanciscatur, arteria. Sinistro

Auriculae cordis.
Cordis sinus duo.

Cordis vasa quatuor.

Vena arteriosa.

nistro ventriculo cordis tertium vas arteria *Arteria ve-*
 venosa inferitur, quæ ex pulmone aërem cor- *nosa.*
 di defert, fuliginosâque cordis excrementa
 educit. Ab vû autem, quòd scilicet aërem
 cõtinet deducitque, arteria: à substantia au-
 tem, quòd venarum corpori respondeat, &
 vnicam tantum tunicam habeat, venosa
 nominata est. Quartum vas magna est ar- *Magna arte-*
 teria, aorta quibusdã dicta. ex dextro enim *ria.*
 elatissimæ sinistri ventriculi sedis latere e- *Aorta.*
 greditur, aliquòusque rectâ sursum sub ve-
 nâ arteriosâ caudice tantisper prorepens,
 donec cordis inuolucrum permeans, in duos
 scindatur ramos, quorum vnus corporis su-
 periora, alter inferiora petit. Arteriæ ma- *Arteriæ ma-*
 gnæ caudicis truncus superiora petens, sta- *gnæ diductio.*
 tim (vt Vuesalius noster annotauit) à sinistro
 ipsius latere ramum promit, oblique ad e-
 latissimam thoracis sui lateris costam pro-
 tensum, à quo primùm propago superiori-
 bus costis offertur, & dein alia transuersis
 processibus vertebrarum ceruicis, quæ post-
 modum in duram cerebri membranam ex-
 hauritur. Dein alia sinistro pectoris ossis la-
 teri exhibetur, quæ in alto semper condita,
 ad umbilicum vsque pertingit. Vbi vero ra-
 mus ille thoracem superauit, surculum poste-
 riorem ceruicis sedem occupantibus muscu-
 lis trãsmittit, & similiter vt axillaris vena ad

METHO. PERVERNIENDI

*Soporalis ar-
teria.*

digitorum vsque extrema digeritur, si axilla-
ris ramos cutem subeuntes exceperis, ac in
alto latitantes solum intellexeris. Cæterum
insignior portio dicti paulò antè magnæ ar-
teriæ trunci ad iugulum ascendens, in duos
impares ramos partitur. Sinister, qui & gra-
cilior est, sinistri lateris soporalem constituit
arteriam. Dexter verò ab ipsius dextro latere
ad primam costam propaginem deriuat, eod-
dem prorsus modo absorbendam, quo ramus
ille qui obliquè primam sinistri lateris costã
adire dicebatur. Verum dextri rami reliquũ,
huius lateris soporalem efformat arteriam,
quæ similiter atque sinistra secundum aspe-
ræ arteriæ latus fauces petens, ramum por-
rigit in faciem penitius, & in temporum cutem
ad verticem vsque absorbendum. Ipsa
verò laryngi & linguæ, & triplici hic reposi-
to glandularum generi soboles offerens, calu-
ariam adit: & in duas diuisa propagines, mi-
norem in primum dextrumve duræ mem-
branæ sinum exhauriendum mittit. Gran-
dior absque venæ coniugio per proprium fo-
ramen in caluariam mergitur, & alia per pe-
culiare foramen ad narium amplitudinem
versus nasi extremum contendit. Ipsa autem
propago caluariæ basi instrata, & in nullum
tamen plexum reticularem digesta, antror-
sum fertur, & ramum cum secundo pari ner-
uorum cerebri ad oculum depromens, sur-
sum

sum ascendit, duram cerebri membranam perforans, & partim in tenuem membranam hic absumpta, partim verò in dextrum cerebri ventriculum repens, plexus eius in hoc ventriculo repositi, ac extimo foetus inuolucro comparati portionem efformat, vitamque spiritum cerebro offert, vt ex illo cerebri beneficio animalis præparetur. Porro magna arteria grandiolem truncum finistorsum ad spinam detorquet, à quo vtrinque rami ad octo humiliores costas exporriguntur. Quum verò is sub septo deorsum fertur, huic quoque propagines offert, mox ab vna radice omento, ventriculo, iecori, bilis vesiculæ, colo intestino, & demum lieni soboles offerens, venæ portæ ramis comitatas. Dein aliam radicem truncus hic in mesenterium dispensat, & vtrinque renibus vnâ deriuat nonnihil inferius, ab ipsius anteriori sede seminales producens arterias, & dein adhuc demissius mesenterio alium ramum exhibens, & in progressu vertebris lumborum ipsisque accumbentibus musculis surculos depromens. Ad sacri ossis initium, etsi arteria prius cauæ in sinistro latere subiiciatur, eam quò tutior prorepat conscendit, & eodem cum caua modo hic bipartitò scinditur, parem cum illa ad extremum vsque pedis distributionem in profundo faciens. Quippe nullus huius arteriæ magnæ trun-

Animalis spiritus generatio.

Arteria caua venam conscendens.

METHO. PERVENIENDI

ei ramus cutem subit. Verùm id priuatim hu-
ius trunci propagini per pùbis ofsis foramen
precedenti accidit, quòd illi arteria commit-
titur, quæ ab vmbilico secundum vesicæ la-
tus descendens, fœtui propria censetur.

De cerebro, & instrumentis ipsius functioni
famulantibus. CAP. XVIII.

Cerebrum.

Cerebrum, quod Græcis *εγκεφαλον* dicitur, a-
nimalis ac principis facultatis sedes, in
caluaria reponitur, formam cavitatis quam
occupat, concinne referens. Diuiditur in an-
terius, quod propriè cerebrum, & in poste-
rius, quod cerebellum, Græcis *παραγκεφαλον* di-
citur, decuplo aut vndecuplo minus cerebro
existens. Anterius autem in dextrum & sini-
strum diuiditur. In ipsius mediò iuxta basim
continuum est. Porrò vniuersa caluarie ca-
uitas cerebro excipiendo adaptata, quadam
membrana subducitur, quæ propter crassiti-
em qua cæteris non cerebri modò, ve-
rumetiam totius corporis præstat membra-
nis, Græcis *παχέα*, hoc est crassa, & ab infi-
gni duritie dura nuncupata est. Nostri du-
ram matrem appellant. Per sùturas calua-
rie fibras porrigit, quæ in peculiare inuolu-
crũ, quod Græcis *μενιγγιον* dicitur, degene-
rant. Altera interior, & penitus cerebro con-
iuncta, Græcè *λεπτή μενίγγις*, Latinis tenuis mem-
brana

Cerebellum.
παραγκεφαλον

Membrana
crassa.
Dura mater.

μενιγγιον.
Membrana
tenuis.

brana, vulgo pia mater nominatur. Cerebri & cerebelli est inuolucrum, & ipsorum substantiam proximè continet & firmat. Dicta est alio nomine *χερσοειδης*, quod scilicet instar extimi fetus inuoluceri plurima vasa deducat suffulciatque. Pars cerebri in externa ipsius superficie se offerens, tenui membrana non obuoluta, subdurior & magis candicans, vetustissimis Græcis *πυλλῶδες σῶμα*, hoc est callosum corpus appellata est. Cerebrum verò tribus insignibus & impense amplis donatur cavitatibus seu ventriculis, quorum vnus secundum cerebri longitudinem in dextra cerebri parte consistit, qui ex posteriori sede deorsum per cerebri substantiam reflexus, ad medium vsque basis cerebri perfertur. Secundus huic prorsus respondens, in sinistra cerebri parte collocatur, & ambo quæ internis lateribus se inuicem spectant, superiori sede tenui quadam cerebri substantia mutuo distinguuntur, quam Græci *διὰ τῆς πρυμνῆς*. Latini septum vocant. Communis autem dextri & sinistri ventriculorum cavitates, tertius cerebri est ventriculus, quæ binos à se educit meatus, quorum vnus ex humiliore ipsius sede, vbi acutum angulum secundum totam sui longitudinem vallis cuiusdam ritu exprimit, rectè deorsum versus glandem porrigitur, cere-

χερσοειδης.

πυλλῶδες

σῶμα.

Ventriculi cerebri tres.

Primus.

Secundus.

Tertius.

lz iiij

METHO. PERVENIENDI

bri pituitam excipientem. Alter autem meatus qui posterior est, tertij vetriculi non minima pars, censendus venit, qui inter cerebri testes & nates, ac super dorsalis medullæ initium declivius, ad quartum à nonnullis appellatum ventriculum contendit, qui communis est cerebello & dorsalis medullæ initio. Quartus itaque ventriculus ad quem posterior meatus tertij ventriculi porrigitur, ex dorsalis medullæ & cerebelli finibus componitur, non secus quàm si vtraque manu vnam cavitatem fingeres. Ex posteriori dextri & sinistri ventriculorum sede, quæ hæc deorsum in priora reflectitur, statim in ipso reflexu corpus quoddam ampla basi enascitur, similem prorsus substantiam cum cerebri ventriculorum substantia sortitum, nisi quòd paulò quàm ventriculorum substantia candidior duriórque visitur: dein sensim antrorsum procedens, veluti in acutum trianguli verticem coarctatur. Hoc corpus propter triangularem suâ figuram inæqualibus lateribus conformatam, triangulari testudini fornicive asimilatur, ideòque Græcis *ψαλλιδος* & *ναυάριον*, hoc est testudo, fornixve & camera nuncupatur. Iuxta posteriorem iam dicti corporis sedem, glandulam natura condidit nuci pineæ aut turbinatæ figuræ similem,

ac

Quartus à nonnullis appellatus ventriculus cerebri.

Fornix.

ψαλλιδος.
ναυάριον.

ac proinde *κωνοειδῆ & κωνάριον* à veteribus voca- *κωνάριον.*
 tam. Reponitur autē sub vasis venosi ex quar-
 to duræ membranę sinu in tertiū cerebri ven-
 triculū porrecti initio, mucrone suo sursum
 spectans: basi verò cerebri substantiæ incum-
 bit. Pars quædam reponitur inter anteriore
 cerebelli sedem, & posteriore tertij ventricu-
 li partem, subflava, quæ effigiem quædam ex-
 primit duabus sibi commissis natibus quàm *Nates cerebri*
 simillimā, hinc Græci *γλῶττια & δίδυμοι*, Latini *γλῶττια.*
 verò nates clunęve ac testes eam appellaue-
 re. Porrò cerebelli pars vna à priorib⁹ in po-
 steriora veluti in orbem ducitur, eamque ta-
 libus implexam reuolutionibus, vt vermis in
 ligno nascentis effigiem ostendat. Duo huius
 partis apices veteribus Græcis *σινυληνοειδῆ ἰσκι-
 φῶδες*, id est excreſcentiæ vermiculares nun-
 cupantur. Nihil enim aliud sunt quàm pro-
 minentior cerebelli substantia, vermē refe-
 rens. Tenuis membrana cerebelli basim suc-
 cingēs, orbiculatim à se educit sui portionem
 processumve, substantia prorsus cum reliqua
 tenui membrana similem, nisi quòd gracilib⁹
 venis intertextitur. Eius processus initiū ac-
 curatè refert elatissimam regionem infundi-
 buli, quo in angustiōris orificij lagenas vinū
 infunditur. est enim amplum & orbiculare.
 ab exortu verò sensim in arctum infundibu-
 li etiam instar cogitur, donec tandem veluti
 in angustam oblongamque fistulā similiter

*Vermiculares
 excreſcentiæ.*

METHO. PERVENIENDI

atque infundibula finiat, quæ deorsum protē
 sa per peculiare sibi in dura cerebri membra-
 na excisum foramen descendit, suo mucrone
 ad glandē qua cerebri pituita excipitur, desi-
 nens. Hinc vniuersum hoc mēbranē infundi
 buli corp^o Græcis ab imagine *χοάνη*, aut scyphi
 vel labri forma *πύλος*, hoc est peluis dicitur.
 Primi & secundi durę mēbranę sinuū cōgres-
 sus, Græci nonnulli *ἀνώδιν*, quod est torcular, vo-
 cant. De plexu reticulari, vt qui in boū, nō ho-
 minū cerebro, reperitur, hic nihil dicemus.
 In dextrum autem ventriculum, similiter ac
 in sinistrū, per ipsius posteriōrē inferiorē-
 que sedem soporalis arteriæ insignior ramus
 conscendens, plexum efformat, qui Græcis,
 quōd extimum foetus inuolucrum refert, *κε-
 γαλήνη* dicitur. Ex vitali spiritu in illo plexu ce-
 rebri muniis, vt diximus, adaptato, ac ex aë-
 re quem inspirantes in cerebri ventriculos
 allicimus, cerebri substantiæ insita vis spiri-
 tum animale conficit, quo cerebrum ad a-
 nimæ functiones principes partim vtitur,
 partim per neruos ad alias corporis partes
 transmittit. Porrō septem sunt neruorum
 paria, seu cōiugia, quæ Græcis *εὐσφυϊαι* appel-
 lantur, à cerebro prodeuntia. Primum à ce-
 rebri basi initium ducit, visorios constituens
 neruos, quos, quia meatu qui sensu diudica-
 ri possit, perforati dicuntur, Herophilus &
 Eudemus *πύλου δὲ τῆς οὐχίας* nominauerūt. Hic ner-
 uus

*χοάνη.
 πύλος.*

*ἀνώδιν.
 Plexus reticu-
 laris nullus in
 homine.*

*Plexus κεγα-
 γαλήνη.*

*Animalis spi-
 ritus genera-
 tio.*

*Septem neruo-
 rum paria.*

Ἰσχυρῶν neruū.

uus ubi oculum subit, mollior redditus in la-
tam degenerat oculi tunicam, vitreo humo-
ri proximam. Quare priusquam reliqua ner-
uorum paria attingamus, oculi constructio-
nem interferemus. Constituitur autem ocu-
lus quinque tunicis, & tribus humoribus.

*Oculi tunicae
& humores.*

Prima tunica, in quam visorius nervus
degenerat expanditurve, mediam oculi se-
dem duntaxat ambiens, vitreique, vt com-
prehensum est, humoris posteriorem sedem
proximè continens, illumque integens, & di-
latatæ cerebri substantiæ admodum similis,
ac proinde mollis, & veluti mucor aliquis
ex naribus procedens, nihilque minus quam
membrana: vt hoc nomine Anatomicorum
nonnulli hanc tunicam appellare haudqua-
quam dignati sint: minoris piscatorum retis
quod vni accommodatur baculo, & ex am-
pla basi dimidiati globi modo in obtusum
mucronem fertur, imaginem exhibet: qua-
propter Græcis ἀμφιβλεστροειδής, Latinis retifor-
mis dicta est. Altera tunica vniuersæ ante-
riori sedi crystallini humoris, instar tenuis-
simæ ceparum pelliculæ, obnascitur, durior
tamen, nulla parte posteriorem ipsius sedem
contingens, sed inibi finiens, ubi crystalli-
nus humor amplissimus cernitur. Hanc à
continuarum araneæ telarum imagine, &
quod tenuissima ac pariter pellucida sit, Græ-
ci ἀραχνοειδής, Latini Arachnoïdem, nostri vero

Prima tunica

*ἀμφιβλεστροει-
δής.*

Secunda.

ἀραχνοειδής.

METHO. PERVENIENDI

Tertia.

Araneam dixerunt. Tertia tunica ex tenui generatur membrana. Quippe hæc simul atque cum neruo oculum subit, in tunicam degenerat ad omnes oculi sedes globi modo pertinentem. non enim uti prima posteriori tantum oculi sedem occupat, verum & anteriori quoque obducitur. Posteriori oculi sede primam tunicam proximè inuestit, quæ autem anteriori oculi sedi obducitur, interna sua superficie vndique humorem contingit & complectitur aqueum & albugineum vocatum. In anteriori regione non nihil introrsum comprimitur, & in huius compressionis medio foramine quodam peruia est, quod nobis pupilla appellatur. Hæc tunica vix folliculo, à quo pedunculus extractus est, quæ simillima est, hinc Græcis *παροφθάλμη*, Latinis vicia dicitur. Quoniã verò à tenui cerebri membrana hæc tunica constituitur, & quæ venas arteriasque oculi sustinet, perinde atque tenuis cerebri vasa suffulcit, aut foetus inuoluerum vteri vasa excipit, *παροφθάλμη* etiã Græcis dicta est, Secundinam nostræ ætatis medici appellat. Quarta tunica è dura cerebri membrana nascitur. Quæ primum enim hæc membrana oculi posteriori sedi applantatur, dilatescit, & crassior ac durior euadens, orbiculatim vndique oculo obducitur, tam in anteriora quam posteriora pertingens. Hæc autem non simplici donatur nomine. Quæ enim posteriorè oculi sedem constituit, & in anteriori sede

Pupilla.

παροφθάλμη.

παροφθάλμη.

Quarta.

sede ad iridem vsque pertingit, crassa & dura
 est, vnde Græcis *σκληρότης*, Latinis dura nuncu- *σκληρότης.*
 patur. Ea verò sede qua oculi nigrum confi- *Διυα.*
 stit, hæc tunica in cornu imaginem degene-
 rat, quod in laminas diuisum, & exactè leuiga-
 tum, vitri alicuius loco lucernæ accommoda-
 tur, pellucidumque est: atque hinc Græcis
κίρατος δῖος, Latinis cornea vocata est. Quinta *κίρατος δῖος.*
 tunica quæ Græcis *ἰωπιτικὴ μεμβράνη*, Latinis adhæres *Cornea.*
 adnatæque, eò quòd oculū cōtinet, & vicinis *Quinta.*
 partibus cōmittit, seu quòd aliis quæ consti- *ἰωπιτικὴ μεμβράνη.*
 tuūt tunicis extrinsecus adnascatur, dicitur, *Adnata.*
 alba etiam à colore quem habet nuncupatur. *Alba.*
 Nostri coniunctiuam nominant. Inter hu- *Coniunctiuus.*
 mores autem tres, oculi centrum est humor *Humor cry-*
 quem Græci *κρυσταλλοειδῆς*, nos crystallinū & gla- *stallinus.*
 ciale appellamus, à similitudine quam cum *κρυσταλλοειδῆς*
 lucidissima glacie & exactissimo crystallo in
 colore obtinet. Alter humor in posteriore o-
 culi sede reponitur, vulgari quidem albo vi-
 tro iam refrigerato colore & luciditate cor-
 respondens. hinc Græcis *ἰακρός δῖος*, Latinis vi- *Vitreus.*
 treus, aut vitriformis dicitur. Cōsistentia ve- *ἰακρός δῖος.*
 rò humore crystallino longè mollior visitur,
 & ab oculo exemptus, suam formam neuti-
 quam seruat, quamuis interim aquæ modo nō
 defluat, sed ita consistat, quemadmodū vitrū
 in fornacibus fusum. Vniuersum spacium *Aquæna.*
 quod inter anteriore crystallini humoris se-
 dem & pupillā habetur, humore adimpletur

METHO. PERVERNIENDI

idærogdye. qui aquæ modo tenuis & pellucid^o existit: unde Græcis *idærogdye*, Latinis verò aqueus nominatur. Hic à vitreo pellicula quadam tenui, & ciliorum imaginem exprimenti, & orbiculatim crystillino humori adnata, atque ab vuez principium obtinēte, distinguitur. Iam reliquum est, vt alia neruorum paria breuiter cōmemoremus. Secundū par paulo posterius quàm visorij ex cerebri basis lateribus principium ducit, & ad foramen oculi prorepat. dissectus in ramos septem musculorū motibus præest. Tertium à latere basis cerebri exoritur, vbi dorsalis medulla ab ipsa initiū ducit. Duabus autē radicibus inuicem distantibus vtrinque enascitur, minorēque digerit quadā portiuncula ad frontis cutem, & quadā ad superiorē maxillam, superiūsque labrū, & quadā in narium amplitudinem, & quadam ad musculos maxillam inferiorem attolentes. Maiorem verò radicē tertiū hoc par linguæ exporrigit. Verū ab hac etiam radice ramus capreoli modo intortus dictis nuper offertur musculis, & alius superioribus dētibus, aliūsq; inferiori maxillæ, ac dētibus illi infixis, & inferiori tandem labro. Quartū à dorsalis medullæ principio posterius paulo quàm tertiū par exoritur, & in palati cessat tunicā. Quintum duplici quoque radice ex media prope modum dorsalis medullæ sede, vt etiam tertiū par, prodit, minorēque musculis maxillam infe-

Secundū neruorum par.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

inferiorem attollentibus dispensat, crassiorē
 verò auditus organo offert, quāuis & ab hac
 binas dispargit soboles per diuersa foramina
 in cōmemoratos musculos etiā pertinentes.
 Sextū par paulo inferius quinto pari aliquot *Sextum.*
 distinctis ac à se inuicem diremptis furculis
 initiū sumit. Præter autē ramusculos ab ipso
 quibusdam in ceruice musculis & laryngi in
 descēsu oblatos, septimi paris portione adau
 getur, atq; iuxta pectoris ossis summum sobo
 les quasdam illinc prodeuntibus musculis præ
 bens, ramū costarū radicibus deducit, in in
 strumenta sanguificationi subministrantia
 pulchrè digerendum. Ita hætenus vterq; sex
 ti coniugij neruus pariter distribuitur. Dex
 ter verò priuatim sui portionem ad arteriā
 dextro brachio expositā retorquet, à quo
 neruus cōsurgit secūdū asperæ arteriæ dextrū
 latus ad laryngem proficiscēs, ob idque ner
 uus recurrens nuncupatus. Quod autem reli
 quum ab hoc dextro neruo descēdit, pulmo
 nis dextræ parti & cordis inuolucro ramuscu
 los offert, ac stomacho tādē cōmissum, se
 ptūmque permeās, ventriculi superioris ori
 ficij sinistra sedē multis propaginibus donat.
 Sinister verò neruus ad arteriæ magnæ trun
 cum dorso explicatū, portiones suas reuersum
 in sinistri lateris neruū cōstituentes retorq̄t.
 Ab hui⁹ lateris neruo peculiariter cordi gra
 cilis propago digeritur. quod autē eius adhuc

*Nervus re
 currens.*

METHO. PERVERNIENDI

Septimum.

restat, dextrâ superioris orificij ventriculi sedem intertextit, secundum vetriculi superiora ramulum ad iecur vsque mittens. Septimū ac vltimum par incipit aliquot inuicem distantibus surculis à dorsali medulla, vbi modò caluariam est egressura. Hoc præterquam quòd sextum impense auget, præcipuè in laryngis & linguæ musculis absimitur. Porro nerui à dorsali medulla in vertebra concluduntur principium ducentes, triginta complectuntur paribus, quorum septem cervicis dedicantur vertebra, duodecim thoracis, quinque lumborum, sex sacro ossi, nullo interim neruo à coccyge osse profilienti.

Nerui à dorsali medulla orti.

Andreas Vuesalius.

Quæ singula Andreas Vuesalius amicus noster summus in sua epitome breuissime est complexus, vt non sit opus hæc iterum ad verbum hic referre. Ablegamus igitur lectorem ad vltimum huius epitomes caput, atque nos deinceps quæ reliqua sunt potius prosequemur.

De tribus facultatibus corpus nostrum gubernantibus. CA P. XIX.

Facultas.

Tres facultates animal gubernantes.

Facultas, vt testis est lib. i. de naturalibus facultatibus Galen^o, causa est, à qua procedit actio. Sunt autem tres numero, eodem Galeno lib. 9. the. metho. cap. 10. autore, diuersi inter se generis facultates quæ animal gubernant, toti corpori ex suo quodam veluti fonte quæque distributa, animalis scilicet, vitalis

vitalis, & naturalis. Plato in quarto de repu-
 animas vocauit. Animalis est quæ ex cerebro *Animalis.*
 per neruos, ceu canales quosdã, sensum & mo-
 tum in vniuersum corpus trãsmittit, ac intel-
 lectum fouet. Hinc Galeno & alius Græcis *λογιστική,*
λογιστική, hoc est, ratiocinatrix etiam dicta est. Ea
 quidẽ voluntariis actionibus vnã cũ sensibus *λογιστική.*
 præsidet, & in cerebro domiciliũ habet. Vita- *Vitalis.*
 lis est, quæ ex corde, in quo sedẽ obtinet, ceu
 quodã insiti caloris fonte, per arterias veluti
 canales, vitã toti corpori impertit. Hæc non
 modo vt stirpib⁹, aut vita præditis, sed etiã vt
 animãtibus est nobis insita. Græcis alio no-
 mine *θυμοειδής,* hoc est, irascibilis seu animosa
 vocata est. Cæterũ irascibilem animæ partẽ
 esse in corde, multis veterũ poëtarũ testimo-
 niis Galenus lib. 3. de placitis Hip. & Platonis
 cõfirmat, quæ hoc loco producere cõpendij
 ratio vetat. Naturalis est, quæ ex iecinore per *Naturalis.*
 venas omnibus corporis partibus alimoniam
 præbet. Græcis alia appellatione *ιωθυμική,* i. *ιωθυμική.*
 cõcupiscibilis seu appetitrix, & interdũ etiã
θρεπτική, hoc est, alitrix vocatur. Porro appetitri-
 cem facultatẽ iecur pro fonte habere Home-
 rus odyssæ. A. & inter latinos poëtas Ouidius
 elegãter ostenderunt, vbi Tityi, propter stu-
 prum quod Latonẽ offerre conatus est, iecur
 vultures rodere sinxerunt, vtpote in eã partẽ
 illaro supplicio, vnde iniurię origo extiterat. *Naturalis fa-*
 cultas quatuor *plex.*
 Est autẽ naturalis facultas quadruplex, attra-

METHO. PERVENIENDI

Attratrix. Arrix nimirū, retentrix, concoctrix seu alteratrix, & expultrix. Attratrix, quę Græcis *ἀττρίτις* dicitur, est, quę conuenientē particulę succū appetere & attrahere potest. Conueniens autem & familiaris cuique particulę succus est, qui maximē vt huic assimiletur, adeoq; vt inde alatur, accommodus est. Hęc itaque facultas materię copiā, ex qua quęuis particula nutritur, suppeditat, & alteratrici famulatur.

Retentrix. Retentrix facultas Græcis *ρετρίτις* vocata est, quę attractū succū eousq; retinet, donec alteratrix eū in naturam partis quę nutritur, mutauerit. Quapropter & hęc ipsam alteratrici ministrare est euentissimū. Alteratrix, Græcis *ἀλλοτριτις* ab actione nimirū ipsa generatim appellata, particulatim verd *ἐμοτριτις*, id est assimilatrix, & *δυσωσιτις*, hoc est nutritoria, est quę id quod attractū & aliquandiu retentum est alterat, immutat, concoquit, & parti quę alitur, apponit & assimilat. Expultrix facultas, Græcis *ἐκπυρίτις* nominata, est quę à cōcoctione inutilia & aliena segregat, & excrementa singula ex corporis particulis pellit, ne si moram diutius in corpore trahant, putrescant. Hęc itidem vt retētrix alteratrici ministrat. Cæterū inesse quatuor iam cōmemoratas facultates unicuiq; corporis particulę, Galen^o tribus libris de naturalibus facultatibus inscriptis, aduersus Asclepiadē & Erasistratum acerrime disputās, demonstrauit. In foetus genera-

neratione facultas formatrix est, quæ compa-
gem formâq; partium, & internæ earundem
cauitatis speciem effingit. Huic nutrix & au-
ctrix famulatur. Est autē auctrix facultas ea, q̄ *Auctrix.*
ampliat in longū, latum, & profundū. Vt hinc
clarum sit, ne quidē iis quæ in vtero gestatur,
vel nutricem vel auctricē deesse facultatem.
Vbi verò perfectā magnitudinem animale est
adeptum, toto postquam editum est tēpore,
vīq; ad ætatis vigorē auctrix virtus domina-
tur. Auxiliatrices, & veluti ministræ eius sunt,
alteratrix & nutrix. Auctricis verò facultatis
propriū munus est, in omnē partē proferre
quæ iam nata genitave sunt. Porrò nō solum *Facultates cor-
pus nostrum*
in sanis, sed & ægris medici huc omne confi-*gubernantes*
lium est dirigendū, vt facultates tres corpus *à medico con-*
nostrū gubernantes saluas seruet. Nā has ser-*seruanda.*
uare, vt lib. 9. the. metho. Galenus ait, nihil
planè aliud est, quā vitā seruare. Qualibet au-
tē earū amissa, necesse est reliquas quoq; vnā
perire. Quod si itaq; in morbo aliquo extre-
ma ibecillitate vires laborāt, primū antequā
morbo medemur, vires iſtauradæ sunt, adeo-
q; toto hoc tēpore quo vires reficiuntur, eorū
q̄ morbū sanēt nihil planè egrorātū exhibēdū.

De actionibus.

CAP. XX.

Actio seu fūctio operatiōve, Galeno lib. 1. *Actio quid.*
de facul natura. teste, est mot⁹, vt sic dicā,
actiuus qui à facultate procedit. Vel, vt alibi
definit, motus efficiētis. Agens enim quod-

METHO. PERVENIENDI

cunque, efficere ne quicquā, nisi motione potest. Quamobrem quum necesse sit agens omne agendo moueri, is motus quo ad actionē progreditur, actio erit, quam Græci *ἰσχυρισμὸν* nominant. Est itaque facultas actionum causa, adeoque hac pereūte nulla vnquam sequetur actio. Porrò opus est quod iam factum atque completum est per actionem, veluti sanguis, caro, neruus. Et actionem licet quidem opus quoddam naturæ appelles, ceu concoctionē, digestionem, & sanguificationem: non tamē contrā licet opus actionem omnino vocēs. Siquidem caro naturæ opus est, non tamen est actio. Ceterum duplex in humano corpore actio est, animalis nimirum, & naturalis. Animalis Græcis *ψυχικὴ* dicta, à neruis & musculis procedens, est ea quam quum fit, sedare poteris vbi velis, & quum non fit, excitare, vt motio crurum, quam sedare dum fit, & rursus quiescentem excitare, & velociorem & tardiorem efficere poteris. In hunc quidem modum animæ actionem lib. 2. de motu musculorum Galenus definit. Eadem Græcis *ναὶ ἐξαιρῆ*, hoc est voluntaria nominatur. Galenus lib. 2. de tempe. cap. 3. & lib. 3. de sympt. causis cap. 10. & lib. 12. the. cap. 10. *πραγματικὴ*, id est, factricem vocat, eius potissimum speciem quæ motrix dicitur. Ex iam dictis quidem omnibus ^{Respiratio nō} puto perspicuum fieri, ^{actio composita-} respirationem nō esse actionem compositam, ita vt partim ex arbitrio

ἰσχυρισμὸν.
Facultas.

Opus.

Actio in corpore nostro duplex.
Animalis.

πραγματικὴ.

Respiratio nō actio composita-

trio, partim sponte proueniat, quod plerique falso sunt opinati, sed planè animalem ac voluntariam. Siquidè animæ & thoracis musculorum motus est, adeoque ab electione & arbitrio pendet, quemadmodum copiosè admodum Galenus in lib. de causis respirationis, & in secundo de musculorù motu docet. Ad arbitriù autem nostrum respirationè retineri posse, manifestissimè declarauit seruus barbarus, cuius libro 2. de motu musculo. meminit Galenus. Is enim quum vehemèti ira concitatus, mortem sibi consciscere humi prostratus decreuisset, respiratione retenta, longo quidem tempore immobilis erat, postea verò paululum reuolutus mortuus est. Quod si non liceret vsquequaque respirationem cohibere, ne idcirco quidem aliquis negare posset quin ipsa pro arbitrio fieret. Apparet enim earum actionum quæ motu voluntario fiunt, alias quidem omnino liberas esse, alias verò affectibus corporis seruire. Priores itaque perpetuò absque impedimento à nobis fiunt: posteriores verò non perpetuò, sed in tempore quodam, & cum mētura. Nam ire ad aliquem, & alloqui, & capere aliquid, & recipere, absolutè liberæ sunt: egerere verò & mingere, corporis affectuum sunt remedia. Atqui nonnulli tacuerunt quidem annū integrum, & eò amplius, idque sponte sua: egestionem verò, vel vrinā

*ita sed planè
animalis.*

*Historia de
seruo barbaro*

Pythagorici.

METHO. PERVENIENDI

retinere, non modò annis, sed ne mensibus quidem, quinimo nec diebus paucis quisquã potuit. Aded enim vrgent ac sæpe angunt vel multitudine grauantia, vel acrimonia mordentia, vt quidam ne in locum quidem consuetum abire valuerint. Similis igitur & iis est respiratiõis actio, imò multo magis vrget, ac celeriorẽ necessitatem habet: etenim periculum est ne quis moriatur, nisi respirauerit: & extremè molestum est su focari. Nihil igitur mirum si penitus retinere ipsam arduum & difficile sit: neque enim omnes ad moriendum sunt proclives, etiam si infinitis conflantur malis: & qui eò progrediuntur, abire è vita cum summo dolore volunt. Vt iam satis ostensum sit, respirationem animale[m] ac voluntariam esse actionem, quæ quidem actio, vt cap. 3. libri de syptoma. differentiis testis est Galenus, trifariã distinguitur. Vna enim vt sic dicã, sensifica, seu sensu prædita, Græcis *αισθητικὴ* dicitur: & hæc quinque omnino modis explicatur. Est enim videdi, audiedi, odoradi, gustandi, & tangedi functio. Altera mouedi, vnã duntaxat motionis speciẽ, voluntariẽ scilicet, obrinens. Hæc propriè *ωρατικὴ* Galeno, vt dictũ est, appellatur. Tertia princeps, q̃ à princepe parte p̃dit dicta, triplex est, nẽpe imaginatio, cogitatio, seu ratiocinatio, & memoria. Ceterũ vt Aristoteles, Theophrastus, The mistus, & Peripatetici ferè oēs quadruplices inter-

Animalis actio trifariam distinguitur.

Sensifica.

Mouendi.

Princeps.

Philosophi quatuor prin-

iteras cerebri facultates, ita etiã quadruplicè *cipis actionis*
 in totũ esse earundè actionè prodiderunt, sen- *species esse tra-*
 sum cõmunem, imaginationè, ratiocination- *diderunt.*

em, & memoriã. Galenus autè cap. 3 de sym-
 pto. diſte. tribus tantũ generibus hæc vniuer-
 ſam principem actionè complecti voluit, vt
 quæ discrimen harũ ſatis & magis perſpicuè
 indident. Nam imaginatio quã Galenus *φαντα-*

φαντασιαν appellat, imagines ab exterioribus ſen-
 ſibus oblatas apprehendit, & ſingulorũ ſenſuũ
 objecta diſcernit. Quod dũ facit, neceſſe eſt
 vt formas & imagines quas ſenſus præbent &
 renunciant, retineat: ad eò vt digreſſis iis quæ
 ſenſus ciebat, illorũ tamen veſtigia & effigies
 diutius hæreãt, & cunctètur in nobis. Proin-

de ſub imaginatione id etiã quod alij ſenſum
 cõmunè vocant, Galenus cõplexus eſt. Qua-
 propter imaginatio externis ſenſibus ceu fa-
 mulatu multiplici ac vario vtitur, ipſaq; iſtar
 regis ac iudicis, & tanquã pro tribunali ſedès,
 & ſpiritu illo, vt Themiftius ait, curuli adiu-
 ta, de omnibus quæ quinq; illi ſenſus ſuis qui-
 que officiis perfuncti annũciarũt, pronũciat,
 cenſet ac iudicat. Altera principũ actionum

eſt quã Galenus *διανοητικὴν* nominat, nos cogi-
 tationem aut ratiocinationem. Hæc conce-
 ptas ſpecies & imagines ſub cenſum & iudi-
 cium reuocat, ac quæ qualèſque illæ ſint iudi-
 cat, ad eòq; ratiocinatur aliud ex alio eliciès,
 componit deniq; & diuidit. Facultatem hæc

l iij

Imaginatio.
φαντασιαν.

Galenus ſub
imaginatione
ſenſum cõmu-
nem comple-
xus eſt.

Cogitatio.
διανοητικὴν.

METHO. PERVENIENDI

γνῶσις.

Memoria.

*Sedes in ver-
narum facultatibus.*

Imaginatiōis.

quæ de singulis ratiocinatur, differit & iudicat, Hippocrates *γνῶσις*, hoc est mentem, Galenus verò *διάνοια*, id est rationem vocat, philosophi intellectum. Memoria quæ Galeno *μνηστικὴ* dicitur, quod à prioribus actionibus elaboratum est atq; receptum, ceu fidissima tutrix conseruat, retinet, ac veluti in horreū condit; & quod firma contentione seruauit, in vsu tū expromit, quū cæteræ iam cessant. Porro facultatum vnde actiones principes prodeunt, varias esse in cerebro sedes tradūt. Quippe imaginationis sedem in primo cerebri ventriculo locant: verum quàm rectè id faciant, anatomes periti facilè diiudicabunt. Neque enim ita se habent, vt ipsi finxerūt, cerebri cavitates. Quod si tamen planè ita suas statuere sedes singulis internis facultatibus placet, in anterioribus cerebri ventriculis sedes imaginationi assignāda foret. Quod certè fecisse constat Nemesiū in ca. 6. libri de natura hominis, vbi ita scriptū reliquit. Imaginationis instrumēta sunt anteriores cerebri vētriculi. Cogitationi porro sedē idē Nemesius, & alij philosophi ferè oēs, mediū adeoq; tertium cerebri ventriculū, ceu tutissimā arcē assignarūt. Memorię porro domiciliū, posteriorē, & qui in occipite est, adeoq; quartū cerebri vētriculū, esse statuūt. Galenus nō est vsus ista exquisita domiciliorū distinctiōe, sed in libris de Hippoc. & Platonis placitis, septimo potissi-

potissimū, animę seu ratiōis, cui⁹ imaginatio, ratiocinatio & memoria actiones sunt, adeoque principes, vt comprehensum est, dictę, sedem in cerebro esse tradit, idque non solum de sua, sed & Hippocratis & Platonis sententia. Vt hinc omnibus perspicuum fiat, librum de corde non esse Hippocratis. Siquidē in eo manifestē docetur *γρω. μ. νν.*, hoc est rationem in sinistro cordis ventriculo habitare. Sed sunt etiā in hoc libro alia multa dogmata Hippocrate indigna, & à ratione prorsus abhorrentia. Quare huic libro nihil aut parum fidentium erit. Atque hætenus de animali seu volūtaria actione hæc dixisse sufficiat. Cæterum actio naturalis, seu voluntatis expers, Græcis *φυσικὴ* dicta, ex vena & arteria procedit. Est autem ea quę non pendet à consilio, aut electione & arbitrio, sed spontē & naturaliter fit. Quapropter nō solum actiones quas vulgus naturales vocat, sed & eas quas vitales nominamus, hæc definitio complectitur. Sunt enim vtręque naturales, hoc est volūtatis expertes. Sic itaque actio arteriarum, seu motus cordis & arteriarū, quem pulsum appellamus, naturalis existit. Quippe hæc neque sedare, neque excitare, neque celeriolem, neque tardiolem, neque crebriorē, neque rariorē efficere licebit. Hinc est quòd Galenus lib. i. de spirandi difficult. *φρυσικῆς*, hoc est vitales actiones, animalib⁹ planè opponit. De actione arteriarū seu pul-

Liber de corde nō est Hippocratis.

Naturalis actio.

Actiones vitales sunt naturales.

METHO. PER VENIENDI

ſu, nemo exquisitius Galeno diſſeruit, ideòq;
 illius monumenta de iſta actione huc tranſ-
 ferantur. Naturalis facultas lib. 3. de ſympt.
 cauſis cap. 10. alio nomine ἀλλοιωτική, hoc eſt al-
 teratrix, lib. 6. de tuend. vale. cap. 2. ſωματική, id
 eſt corporalis, quòd ſcilicet corpori inſita ſit
 natura, nominatur. Porrò naturæ quoque a-
 ctiones ſunt generatio, auctio, nutritio, for-
 matio, alteratio, appetentia, attractio, conco-
 ctio, retentio, diſtributio, excretio, & id ge-
 nus aliæ. De quibus copioſe admodum Gale-
 nus in libris de naturalibus facultatibus agit.
 Verù, vt obiter id moneamus, generatio ſim-
 plex quædam actio naturæ non eſt, ſed ex alte-
 ratione formationèque compoſita. Vt enim
 oſ fiat, item neruus, vena, & reliquarum quæ-
 libet, alteratam eſſe oportet vnde animal ſit
 ſubſtantiam. vt verò congruentem figuram,
 & poſituram, & cauam quædam, & vel ena-
 ta, vel adnata, aliàque id genus habeat, effin-
 gi eam oportet quæ alteratur materiam. Au-
 ctio verò, ſolidarum animalis partium aug-
 mentum ampliatioque in longum, latum, &
 profundum eſt. Nutritio autem non eſt ni-
 ſi perfectæ adſimilatio. Vt nutritio ſit qui-
 dem adſimilatio, ſed ſine ampliacione. Por-
 rò vt nutritio fiat, agglutinatio ſiue adhare-
 tia, πρὸς πρὸς Græci vocant, præcedat oportet:
 ſicut etiam vt illa fiat, appoſitio. Poſt-
 quam enim ſuccus iſ qui omnem animalis
 particulam

ἀλλοιωτική.
 ſωματική.

Generatio.

Auctio.

Nutritio.

πρὸς πρὸς.

particulam nutriturus est, à vasis excidit, in
 totam eam primùm dispergitur, mox adiun-
 gitur, deinde agglutinatur, demum assimi-
 latur. Atque iam dictæ quidem actiones pri-
 mæ, ac veluti capita sunt: desiderant tamen
 tum ipsarum inter se, tum aliarum ministe-
 rium. Cæterum omnes corporis actiones à *Actiones cor-*
 medico accurata opera considerandæ sunt, *poris à medi-*
 quòd ex illis eiusdem constitutionem digno- *co consideran-*
 scere liceat. Eam enim quæ intra sanitatis *d.e.*
 terminos consistit, illæsa & inculpatæ actio-
 nes sequuntur: morbosam verò vitiosæ &
 culpabiles. Neque sanè corporis constitutio- *Actio læsa*
 nem duntaxat actio læsa prodit, sed & par- *partem labo-*
 tem laborantem. Nulla siquidem actio lædi- *râtem prodit.*
 tur, nisi pars & instrumentum quæ ipsam ef- *Naturalia in-*
 ficat, laboret: id quod in naturalibus maximè *strumenta ab*
 instrumentis accidere evidentissimùm est, quæ *animalibus*
 cognatam actionis vim obtinent. Ut enim *differunt.*
 Magneti lapidi vis inest qua ferrum attrahe-
 re potest: ita naturalia quoque instrumenta
 omnia facultatem habent, qua actionem suam
 perficiunt. Animalia verò instrumenta, co-
 gnatum sensus & motus principium non ha-
 bent, sed iis aliunde, velut lumen à sole, sup-
 peditatur. Quamobrem solis partibus quæ
 & sentiendi & mouendi vim obtinent, ac-
 cidit, ut ipsis interdum haudquaquam læ-
 sis, nihilominus eorum actio pereat: id quod
 naturalibus instrumentis accidere non solet.

METHO. PERVENIENDI

Quoties enim horū actio læditur, semper ipsa priora laborant, vt copiosius lib. i. de laborantibus locis cap. vltimo Galenus docet.

De Spiritibus. CAP. XXI.

Spiritus.

Spirit^o, hoc in loco, nobis nō est nisi substantia subtilis aërea, dilucida, ex leuissima & tenuissima quaq; sāguinis parte producta, vt per eū deferatur virtus à partibus in corpore principatum obtinētibus ad reliquas, ac proprias actiones edere possint. Ceterum vulgus medicorum triplicem facit spiritum, animale, vitalem, & naturalem. Galenus verò, vt paulò pōst dicem^o, de naturali dubius esse videtur. Animalis in cerebro sedē habet, & per neruos in vniuersum diffunditur corpus, mouendi sentiendique facultatem præbēs.

Animalis.

Animalis spiritus generatio.

Animalis verò dicitur, non quòd animæ substantia, sed potius primum ibi habitantis instrumentum sit. Ex aëre enim quem inspirando in cerebri vetriculos allicimus, ac vitali illo spiritu sursum per arterias elato, implexu qui ab extimi fœtus inuolucris imagine nomen inuenit, adeoq; *νεγκεν* dictus est, ob frequentes sanè eius anfractus ad cerebri vsus magis magisque adaptato, in cerebri dextro sinistroq; ventriculis, & ipsorū mutua concauitate terriōve vetriculo à cerebri virtute perfecti^o cocto & elaborato animalis spiritus generatur. Vbi enim hæc ipsa accurate materiam elaborari

rari

rari vult, duntiuam ei moram in concoctoriis instrumentis machinatur. Vulgus medicorū reticularem, seu vt illi vocant, mirabilem plexum falsò in prædictū vsū creatum, & à natura fabricatum credunt, quum nullus in humano capite, sed agnino & bouino poti⁹ reperiat. Vitalis spiritus in corde domiciliū habet, & per arterias in omnes corporis partes defertur, cognati & insiti nobis caloris causa existens. Materiam suæ generationis, vt lib. 7. de Hippo. & Platonis placitis autor est Galenus, ex inspiratione, & humorum exhalatione sumit. Hinc non temere Hippocrates in libello *περὶ τροφοῦ* ita scriptum reliquit. *ἀρχὴ τροφοῦ πνεύματος ἐστὶν ὁ στήθος, βρόγχος, πνεύμων, ἕξει ἄλλη δὲ ὁ σπυρίων.* hoc est, principium alimenti spiritus, nares, os, aspera arteria, pulmo, & reliqua transpiratio. Nisi enim per assiduam inspirationē & trāspirationem calor naturalis refrigeretur ac quasi vētiletur, necesse est spiritū perire. Proinde vt spiritus vitalis nutritur tum ex inspirando, tum ex sanguine, seu humoribus: ita vicissim perit suffocatione, alienę matris admixtione tota substantia contrariā, nutrimenti defectu, vacuatione immodica, impedita inspiratione & transpiratione seu digestionem per halitū. Suffocatur autem spiritus obstructione ac redūdantia, non solum partium principum, sed & vniuersi corporis. Opletis enim venis aut obstructis, vel prin-

*Reticularis
plexus nullus
in humano ca-
pite.
Vitalis.*

*Spiritus vita-
lis quibus de
causis perit.*

Spiritus à quibus suffocatur.

METHO. PERVENIENDI

Admixtio alienae substantiae.

Naturalis. Spiritu naturali non est opus.

Iecori deest materia ex qua naturalis spiritus gignitur.

cupum partium, vel totius corporis, natiuus calor supprimitur ac suffocatur. Admiscetur verò aliena substantia, inspiratione aëris penulētis, aut vaporis alicuius tetri odoris, qualis ex stagnis, paludibus, & cadaueribus non crematis, aut alia corrupta substātia exhalare solet. Naturalis, modò aliquis sit, spiritus in iecore & venis residet. Neq; enim spiritu naturali, qui vim nutriendi ad partes corporis deferat, opus est. Nam, vt testis est lib. 1. de laborātibus locis cap. vltimo Galenus, ea particulis corporis haud secus atque Magneti lapidi vis trahēdi ferrum, cognata est, ad eòque nutrimentum absque naturalis spiritus influxu suppetit. Præterea iecori etiam deesse materia videtur ex qua naturalis spiritus generari possit. Si enim vlla materia esset vnde naturalis procrearetur spiritus, certè vitale, vnde etiam animalis, vt dictum est, generatur, esse oporteret. Non est autem rationi consentaneum, ex vitali, ac eo perpauco, naturalem cōflari posse, & subinde in totum corpus longè lateque diffundi. Nam quum vitahs spiritus prima generatio in corde sit, & ab eo per arterias in vniuersum corpus, vt comprehensum est, diffundatur, necessarium esset magnas arterias ad iecur peruenire, spirituum vitalium tantos riuos suppediantes, qui pro naturalis spiritus materia sufficerent. Ex dissectione verò ipsa satis constat, ad cauas duntaxat

taxat iecoris fedes, arterias, & eas quidem exiguas, exporrigi, vt huius calorem euentilarent, temperarentque. Quæ quidem non tantum spiritus vitalis illuc deferunt, vt inde naturalis gigni queat, quando palam fit plures esse corporis partes quæ naturali, quàm quæ animali egent spiritu. Dein nulla in iccore *In iccore nulla notatu digna cavit.* tanta est cavitatis, quanta in cerebro, & corde, in qua commode naturalis spiritus generatio fieri valeat. Sed nec canales aut meatus suppetunt, per quos vbi iam genitus esset, ad partes corporis deferretur: nisi quispiam dixerit per venas vnà cum sanguine spiritum naturalem transire, quod tamen absurditate non caret. Neque enim corpus venarum vnica duntaxat tunica contextum patitur vt per illud spiritus meare possit. Accedit, quòd iecoris sanguis, vtpote crassus ac turbidus, necdum ab excrementis emundatus, ad spiritus generationem non sit idoneus. Denique quum quæuis particula calorem de corde iugiter manantem concipiat, quo conseruato enutritur, & generatur: animale verò spiritum à cerebro habeat, ex quo mouetur & sentit, superuacaneus ceterè sit naturalis futurus necesse est. Proinde quum nec finis adsit ob quem spiritum naturalem gigni oporteat, nec materia vnde generari vel conseruari possit, nec locus *Cur Galenus de spiritu naturali sit ambiguae locutus.* idoneus in quo gignatur, nec via per

METHO. PERVENIENDI

quam ad corporis partes deriuetur, nō temere factum est quōd Galenus lib. 12. the. metho. cap. 5. de eo ambigue locut^o sit. Quippe propter rationes probabiles iam ordine commemoratas omitti potest, præsertim quum citra eius famulitiū iecur suum principatum tueri valeat, distributo nimirum alimento omnibus corporis partibus, & ipsis quoq; duobus reliquis principibus, quarum essentia, nisi iecur nutrimentū suppeditaret, seruari haud posset. Cæterū spiritū custodię attentū esse decet medicū, q̄ sine iis corpus viuere nequeat, neque viriū essentia consistere valeat. Substantia autem spiritus sic custodiēda, vt tum qualitate, tum quantitate, quoad fieri licet, naturaliter se habeat, quemadmodum copiosè Galenus loco paulò antè citato docet. Atq; hæc de corporis humani constitutione, adeoq; de rebus naturalibus à medicis vocatis, dixisse satis sit. Iam itaque ad rerum nō naturalium explicationem progrediemur.

Spirituum custodię attentus sit medicus

De rerum non naturalium numero.

C A P. XXII.

Absolute primo ordine, qui fuit earum rerum quæ corpus humanum constituunt, ad alterum transeamus, qui eas complectitur res, quæ corporis constitutionem conseruare, modò iis rectè ac commode vtamur, possunt. Quapropter rectissime à Galeno ca. 85. artus

Cause conseruatrices.

artis medicæ, causæ conseruatrices nominantur. Nostri tēporis medicis RES NON NATURALIA appellatur, quòd nimirum corpus nostrum necessario alteret, & nisi opportune ac salubriter adhibeantur, sanitatem, adeoque naturam hominis destruant. *Res non naturales.*

Quum itaque is ordo secundus tales res contineat, quæ corporis constitutionē incolumem, ubi probè, & vt necessitas corporis exigit, cum mensura ac qualitate opportuna accommodantur, cōseruare possunt, merito ad eā medicinæ partem refertur quæ sanitatē tuetur, præcauetque ne in morbos incidamus, atque hoc nomine à Græcis *ὑγιεινὴ* appellatur. Proin *ὑγιεινὴ* de quum à rebus non naturalibus nominatis corpus nostrum non modo alteretur, sed etiam sanitas ipsa, si finiste ac perperam adhibentur, destruat, vt comprehensum est, danda opera omnibus erit, vt illis sic vtantur, ne inde aliquam noxam sanitas ipsa contrahat, sed per illas magis conseruetur. Vt igitur vitam morbis omnium minimè obnoxiam degamus, harum rerum legitimum vsum solícite ac diligenter discamus & seruemus necesse est. Sunt autem sex numero, nempe

- 1 Aër siue ambiens.
- 2 Cibus & potus, seu ea quæ assumuntur.
- 3 Motus & quies tam corporis totius, quàm singularum eius partium.

METHO. PERVENIENDI

- 4 Somnus & vigilia.
- 5 Excretio & retentio, seu abundantia & inanitio.
- 6 Animi perturbationes.

Reliquum est vt quomodo harú singulæ corpus nostrum alterare & afficere possunt, ordine exponamus.

De Aere. CAP. XXIII.

*Aer cur me-
dico & omni-
bus alijs consi-
derandus.* **A** Er multis alijs de causis, & hoc potissimú nomine medico cõsiderãdus venit, quòd calor natiuus eo ad sui conseruationem indigeat, adeóque is fit (quemadmodum Galenus libro 9. thera. metho. cap. 14 ait) sine quo nec morbus tolli, nec tueri sanitas potest. Nulla præterea eius euitandi ratio est, sed inuitis etiam nobis hauriendus, adeóque quouis tempore præfenti cœli statu vtendum. Quapropter vnice studédum erit, quòd is opportunè adhibeatur, & causa conseruatrice ac salubris sit. Quod vt rectè consequamur, principid vt essentiam eius, num scilicet purus, crassus, aut nebulosus sit, consideremus oportet. Quippe optimus ac saluberrimus est, qui exquisitè purus: cuiusmodi est qui nec stagnorum, nec paludum halitu infectus est, nec ex profundo specu pestilentem auram spirat, nec qui ex cloacis quæ vastum aliquod oppidum, aut numerosum exercitum purgât, vitium contraxit:

Essentia aeris.

Saluberrimus aer.

xit:

xit: nec qui ex animalium, olerum, aut leguminum putredine, aut fimo coinquinatur, nec qui ob stagnum aut flumen vicinum nebulosus est. Aer autem editis vndique montibus in valle inclusus, qui nullum perflatum auramve recipit, suffocans putrisque est: similis ei qui in domibus quibusdam est inclusus, in quibus ob putredinem, & perflatus defectum, plurimus aceruatur squalor ac situs. Vitiosus igitur hac ratione aer omnibus ex æquo ætatibus, omnique temperaturæ noxius est: sicuti contra qui purus, tenuis, adeoque optimus est, nulli non ætati ac temperamento prodest. Potissimum verò aer qui in montibus & sublimibus locis est, nullamque auram recipit, salubrior existit, idoneus autem tabidis, non nisi recta ceruice spirantibus, & omnibus capitis & thoracis malis. Qui verò in planis ac humilioribus locis purus est, syncope correptis, & senibus conuenit. Maritimus autem, hydropicis, & malis ex fluxione natis, frigidis præcipue, confert. Neruis item per consensum laborantibus, & iis qui cibum non appetunt. Qui in saxosis est locis, hyeme quidem grauis, frigidus nanque: æstate verò ob calorem suffocat. Vitiosus etiam est, qui è metallis efflat. Qui verò ex argillosis locis spirat, stomachum exoluit. Qui ex locis ubi rubea est terra efflat, priore sicior est. E molliore terra spirans, optimus.

Pessimus.

Qui aer varius conueniat corporibus.

METHO. PERVENIENDI

Qualitas aeris Præterea quum ambiens aër nostrum corpus, & qui in eo sunt spiritus, alterare omniũ maximè possit, secundo loco diligenter perquirendum erit quæ qualitatum in eo dominetur, quum hac ratione non æqualiter uniuersos afficiat. Variatur autē aeris qualitas, vt dictum est ca. 10. ab anni temporibus. Vere enim temperatus est, æstate calidus & siccus, autumnō in caliditate & frigiditate inæqualis & siccus, hyeme frigidus & humidus. Vt autē tēperatis corporib⁹ temperatus aer saluberrim⁹ est: ita intemperatis is in quo cōtrariæ qualitates exuperat, optimus erit: verbi gratia, frigidis calidus, calidis frigidus, humidis siccus, sicciorib⁹ humidus. Quod si tamē accidat vt ambiētem cōtrariā qualitate præditum habere non liceat, sedulo agēdum est, vt talem quoad fieri potest, qualem esse expedit, præpares. Verbi gratia, si calidus & siccus sit morbus, vt est certè febris, humidiores & frigidiores domus in quibus ægri decumbūt, præparabimus, & arte nostra moliemur, pauimenta earum humore assidue aspergentes, tum vt ex euripo aliquo aura inspiret machinantes, flores præterea ac germina quæ frigidæ humidæque sunt facultatis, per arēa proiicientes. E diuerso si frigidus & humidus fuerit morbus, quæ calefaciāt & exiccet domus parandæ. Hinc est quòd non parum conducit, in longis præsertim morbis, loci ac terræ mutatio

mutatio, vt scilicet æger in aerem sibi magis
 conuenientem, & morbo aduersantem traſ-
 feratur. Quod Hippocrates in Epidemiis etiã 6. Epide. par. 5
 innuit, vbi ita scriptum reliquit. In diuturnis apho. 20.
 morbis terram mutare expedit. Et alibi. Pue- 2. aph. 45.
 ros qui comitali morbo laborant, mutatio-
 nes potissimum ætatis, locorum, & victus, li-
 berant. Galenus quoque eos qui Romæ pul-
 monis vlcere laborauerunt, vt metipse lib. 5.
 the. metho. testatur, ad Tabias, quòd illic aer
 esset sicciior, proficisci iussit. Sed vt loci mu-
 tatione rectè præscribat medicus, necesse est
 vt primùm locorum habeat notitiam. Qua-
 propter eorundem situm è Geographorum
 scriptis didicisse præstat. Aquarum denique
 virtutes & vitia perspecta habere medicum ex-
 pedit. De qua re, ne longiores simus, consulen-
 dus est Galenus lib. 1. de tuend. sani. ca. 9. Pau-
 lus lib. 1. cap. 50. Aërius lib. 3. cap. 175. Ventorũ
 quoque ratio medico cognita sit oportet. A-
 strorum deniq; & syderum ortus & occasus, Astronomie
peritus sit me-
dicus.
 quòd aeris & cœli constitutionem mirifice
 immutent, illũ cognoscere conuenit. Quan-
 quam diuinatorem illam quæ superstitiosas Astrologiam
medicus contẽ-
nere debet.
 quasdã obseruationes habet, & ex astris ne-
 scio quæ portenta, & mædaciorem prodigia
 prædicat, astrologiam vocant, medicum tan-
 quam vanissimam, & certissimam artis impe-
 dimentum, audacter contemnere oportet. Vt
 autem prædicta omnia medicus exquisitè di-

METHO. PERVENIENDI

scat, Hippocratis de aere, aquis, & locis scriptum diligenter illi euoluendum erit. Nec cōtemnenda quæ lib. 3 cap. 171. & sequentibus quatuor ab Aëtio prodita sunt. Nos compendij ratione habita hæc de aere dixisse sufficere arbitramur.

De cibo & potu. CAP. XXIII.

*Quæ in cibo
& potu assumendis
medico consideranda.
Bonitas.*

Cibus bonus.

Malus.

Cibi mensura

IN cibus & potibus assumendis, bonitatis, mensuræ, qualitatis, cōsuetudinis, delectationis, ordinis, temporis, horæ, & ætatis habenda ratio erit. Proinde qui corpus morbis minimè obnoxium circumferre cupit, huic in primis curæ sit, vt cibus boni succi vtatur. Nam ad generandos morbos maximam vim obtinet *noxius*, quæ non aliunde magis, quàm ex mali & vitiosi succi alimentis conciliatur. Cibus autem bonus in vniversum is dicitur, qui leuis, tenuiſſumque partium est, & qui bonū succum procreat. Qui secus habet, malus censetur. Qui verò particulatim huius vel alterius naturæ cibi sint, Galenus in libello de cibus boni & mali succi, & in iis quos de alimentorum facultatibus inscripsit, copiosissime docet, ex quibus ea quæ hoc in loco compendij ratio fusius prosequi vetat, petes. Præter ea qui sanitati studet, illi danda opera est, vt nunquam plus quàm natura exigit, ingerat. » Vbi enim plus cibi præter naturam ingestum est

„ est, vt Hippocrates attestatur, hic morbum ^{2. apho. 17}
 „ facit. Proinde alta omnibus mente reposita
 maneat hæc non minus comoda quàm bre
 uis Hippocratis sententia, quæ est in Epidemiis ^{6. Epide.}
 „ vbi ita scriptum reliquit. ^{παρ. 4} ἀσθενείας βυσιείας, ἀνορήν τρο
 „ φήν ἀσθενείαν ἐν νόσῳ. Id est. Sanitatis studium est, non ^{apho. 20.}
 „ faciarī cibis, & impigrū esse ad labores. Huic
 enim si sedulò quis se accommodet, nūquam,
 aut raro saltem, periculosum incidet morbū.
 Cæterum non tantum in sanis, sed etiam in
 ægris, medicum, mensuræ eorum quæ assūmū
 tur ciborum, curam habere oportet. Aliam
 siquidem mensuram morbus acutus ac celer,
 aliam diuturnus exigit. Nam vt testis est li
 „ bro primo ad Glauco. Galenus, in acutis mor
 „ bis, & qui ad vigorem celeriter perueniunt,
 „ si tenuiter omnino cibare velis, haud ma
 „ gnopere lædes. In longioribus verò, nisi
 „ per initia liberalius cibaueris, aut vnà cum
 „ morbo hominem necabis, aut intempesti
 „ ue victus ratio mutanda erit. Neque enim ac
 „ cedente vigore vberior victus quàm prius,
 „ sed contrà omnium qui per morbum exhi
 „ beri debeant, tenuissimus in id tempus re
 „ seruandus est. Quæ singula breuissīma sen
 „ tentia complexus est Hippocrates iniquens. ^{1. apho 7}
 „ Vbi morbus peracutus est, statim summos la
 „ bores obtinet, & summè tenuissimo victu vtē
 „ dū. Vbi verò non, sed pleniorē victū adhibere
 „ licet, tantum à tenuissimo victu declinandū,

METHO. PERVENIENDI

- 1.apho.8. » quantum morbus ipse summis leuior fuerit.
 » Et iterum. Quando morbus in suo vigore
 » fuerit, tunc tenuissimo victu uti oportet.
 Quid multa? Quanto acutior est morbus, tã-
 to vigori vicinior, ideoque minus cibi in eo
 exhibendum. Contrà, morbus diuturnus tenuem victus rationem respuit. Quod Hippo-
 1.apho.4 » crates iis testatus est verbis, Victus tenuis &
 » accuratus, in diuturnis sanè morbis semper:
 » in acutis verò, vbi nõ competit, periculosus.
 In vtroque tamen morbo medicus accurata
 opera duo à quibus potissimum cibandi cõ-
 Duo sunt à quibus cibandi consilia petuntur, nempe morbi summum vigo-
 di consilia petuntur. rem, & ægrotantis vires, consideret. Quod
 certè Hippocrates hac innuere sententia vo-
 1.apho.9 » luit, inquit. Coniicere autem oportet, num
 » ager possit cum victu quem præscripsisti, ad
 » vigorem vsque morbi perdurare: & nunquid
 » ille prius deficiat, nec cum illo victu dura-
 » re queat: aut morbus antea deficiat, & re-
 » tundatur. Quòd si hæc duo diligenter ex-
 pender, haud faciliè neque in tenui, neque in
 pleniore victu errorem vllum committet.
 Porro si errata vtriusque victus inter se con-
 feramus, deterius certè erit si quis se à tenuiore victu ad pleniorē intempestiuè trãsfert, quàm si è pleniore in tenuiorem commutatio fiat. Nam vbi morbi ratione detrahendum esset, ibi adiicere cogitur medicus. Quum itaque in victu ægrotis instituyendo

*Erratorum
 tenuioris &
 plenioris vi-
 etas inter se
 collatio.*

stituendo bifariam erretur à medicis, quòd
 scilicet intempestiue inedia præcipiatur, &
 quòd intempestiue nutritur æger, prior ta-
 men error periculosior ac maior existit, Hip-
 pocrate etiã ipso teste, qui ait. In tenui victu
 ægri delinquant, quo fit vt maiore afficiãtur
 detrimento. Omnis enim error qui cõmitti-
 tur, maior fit in tenui, quàm paulo pleniore
 victu. Propterea etiam iis qui sani sunt, peri-
 culosus existit admodum tenuis, status, & ac-
 curatus victus, quòd nimirum errores subin-
 de grauius ferunt. Quapropter tenuis & ac-
 curatus victus, maxima ex parte periculosior
 est eo qui paulo plenior. Quibus sanè verbis
 Hippocrates sui temporis tum medicos tum
 ægotantes notat, qui in victus ratione adhi-
 benda delinquebãt duplici nomine, aut quòd
 intempestiue inediã imperarẽt, aut quòd in-
 tempestiue nutritent. Quapropter verborũ
 Hippocratis sensus is est. Si quis tenui victu
 vti vult, hunc diligenter cauere oportet, ne
 in eo erret, quòd scilicet maiori afficiatur is
 qui illo intempestiue vitur, detrimento, quã
 si paulo pleniore vsus fuisset. Id quod certè tã
 in ægris, quàm in sanis verum esse cõstat. Ac-
 gri enim quum initio intempestiue tenui vi-
 ctu vtitur, quòd ad vigorem vsque hac victus
 ratione virtus durare nequeat, prope vigorẽ,
 vbi tamen tenuissimo victu vtẽdum esset, ad
 pleniorẽ se transferre coguntur. Præstabat

i. Aph. 5.

Explicatio sen-
 tentiæ Hippo-
 cratis à paucis
 rectè intellectæ.

METHO. PERVENIENDI

itaque inter initia vſos fuiſſe pleniore vītu,
à quo, vigore iam imminente, minore noxa
ad tenuiorem ſe transferre potuiſſent. Sani
quoque qui exquifitione, tenui ac ſtato vītu
vtuntur, vbi delinquant, errata grauius fe-
runt, quàm qui pleniore vti conſueuerunt.

*Non perpe-
tuo periculo-
ſus vītus e-
nuiſ.*

Verùm ne quis parum prudens tenuem vi-
ctum perpetuò eſſe periculoſum, adeòque
ſemper fugiendum exiſtinet, hæc ſtatim ſub-
iicere verba Hippo. voluit. Quapropter, in-
quit, tenuis & accuratus vītus, maxima ex
parte periculoſior eſt eo qui paulo plenior.

*Non quouis
tempore in
pleniorē vi-
ctum pronio-
rem eſſe medi-
cum cōcūnit.*

Quibus ſanè verbis quorundam parum pe-
ritorum medicorum explodit erroneam ſen-
tentiam, qui affirmant medicum quouis tem-
pore in pleniorē quàm tenuiorem vīctum
proniorē eſſe debere. Neque enim tenuem
perpetuò eſſe periculoſum, ſed maxima tan-
tum ex parte, aſſerit. Eſt enim vbi pleniorē vi-
ctum in morbis non ſine grauiſſima noxa vti
liceat. Hinc libro ſecundo vīct. acut. apho. 37.
Hippocrates ſubtraſtioni magis quàm ad-
iectioni eſſe ſtudentum euidenter admodum
tradit, iis quidem verbis. Ciborum adiectioni
multò minus intendendum, ſubtrahere
verò in totum ſapenumero expedit. Quin-
etiam Galenus in explicatione eius ſenten-
tiæ inter cætera ita ſcribit. Quod plus eſt, ex-
ſuperatque, noxas nonnunquam inemenda-
biles facit. Cōtrà quod minus eſt, facilè emē-
datur.

„ datur. Nam quum primum dilabi vires sen-
 „ seris, cibi exiguum offerens, agrum resti-
 „ tues. Idem etiam Galenus loco iam citato
 „ commen. 49. victum pleniorem interdum plu-
 „ rimum obesse, disertè iis testatur verbis. Qui
 „ ob dolorem, vel morbi acumen, parum valen-
 „ tem obtinent facultatem, vacuatione inter-
 „ dum magis quàm expletione indigent. Imò
 „ qui cibum iis exhibet, maximum adfert detri-
 „ mentum. Et paulò post, laesionem quæ ex re-
 „ nui victu fit, neque adeò velocem esse, neque
 „ ita evidentem, ticuti eam quæ ex cibo, ait.

Quid multa? quòd noxæ etiam nonnunquã
 non contempnendæ è pleniore victu accidat,
 ea quæ lib. 1. de vict. acut. morb. apho. 33. scri-
 bit Hippocrates, abunde testantur. Si lateris,
 inquit, dolor assiduus est, neque procedit
 sputum, sed lentum & crudum est, ni quis do-
 lorem vel alui subductione, vel secta vena
 soluerit, ptisanam autem dederit, præcipi-
 tem agèt in mortem. Vnde omnibus sole-
 clarus patere arbitror, medicum non per-
 petuò in pleniorem, sed interdum in tenuem
 potius victum esse debere proniorem, quem-
 admodum copiosius in nostris in hanc sen-
 tentiã Hippocratis cõscriptis cõmèrariis de-
 mōstrauimus. Præterea qualitas cibi tã in sa-
 nis quàm in ægris à medico accuratè est ex-
 pendenda. Quippe in sanis, simili, non con-
 traria qualitate præditi cibi assumendi sunt,

Noxæ non cõ-
 temnendæ è
 pleniore victu
 accidunt.

Qualitas cibi.

METHO. PERVENIENDI

quoddam natura seu temperamentum eorum qui rectè valent, per similia conseruandum sit, & per contraria minime demoliendum. Cõtrà in morbis potius contraria qualitate præditi exhibèdi, verbi gratia in calido morbo frigidi, in frigido calidi: in humido sicci, in sicco humidi. Quapropter humidus⁹ cibus iis maximè conuenit, quorum temperamentum natura humidum est, vt sunt pueri, aut qui sicco aliquo morbo infestàtur, vt sunt febricitantes: adeò vt rectissime ab Hippocrate dictum

1. Aph. 16.

» fit. Victus humidus omnibus febricitantibus
» prodest, præsertim verò pueris, & aliis qui hoc
» genere victus vti consueuerunt. Porro vt calido temperamèto similes cibi conueniunt, ita calido sanè morbo contrarij. Quod in E-

6. Epide. par.

4. Aph. 13.

Calidam naturam que.

pidemiis Hippocrates sic scribens cõfirmat. Calidæ naturæ refrigeratio, aquæ potio, & quies confert. Per calidam enim naturam hoc loco, vt in eius sententiæ enarratione copiose monstrauimus, nõ eam in qua natiuus, sed acris potius ac mordax calor, adeoque acquisitus ac præter naturam abundat, Hippocrates intelligit. Quod de humida & calida natura exempli causa diximus, id etiam de frigida & sicca erit accipiendum. Insuper in cibi assumptione, imò in vniuersa victus ratione, consuetudo ipsa attendenda erit. Neque enim temerè à veteribus etiam dictum est,

Consueti cibi.

Consuetudo

in vniuersa quævis acribus, hoc est, consuetudinem esse

esse acq̄uiritiam seu alterã naturã. Siquidem *altera natura.*
 quæ sunt consueta, vt testatur quoque Hippo 2. Aph. 50.
 » crates, minus nocere solent. ait nanque. Quæ
 » longo tempore assueta sunt, etiamsi deterio-
 » ra sunt, minus iis quæ insueta sunt, molestare
 » consueuerunt. Et iterum. Condonandum a- 1. Aph. 17.
 » liquid consuetudini. Non verò in sanis tan-
 » tum, sed & in ægris consuetudinis ratio ha-
 » benda erit. Quod Hippocrates etiam lib. 2. Aph. 21.
 » de vitæ ratione in morbis acutis, in hũc scri-
 » bens modum innuere voluit. Quod vitiosus
 » inquit, tum cibus, tum potus, temper sibi si-
 » milis ad sanitatẽ tutior sit, quàm si quis sub-
 » ito ad alterum vel meliorem se transferat,
 » facillè intelligitur. Nempe tum his qui bis die
 » comedunt, tum his qui semel, noxam imbecil-
 » litatẽque pariunt repentinæ mutationes:
 » quique prandere non consueuerunt, & præ-
 » dent, statim ægre habent, toto item corpore
 » graues redduntur, imbecilles, & sægnes. Quòd
 » si præterea cœnauerint, rursus acidus, & alui
 » leuitas subsequitur. Grauatatur enim præter cõ-
 » suetudinem venter, qui antea aridus esse,
 » neque bis intumescere, neque bis cibos con-
 » coquere consuetus sit. Hæc ille. Quapropter *Non temerè*
 » in morbis etiam medicus magna attentione *à consuetis æ-*
 » obseruabit, ne temerè à consuetis cibis & po- *gruetiam ar-*
 » tionibus egros arceat. Hinc est quod lib. 5. de *cedi.*
 » tuenda sanis. cap. 8. ita scriptũ reliquerit Ga-
 » lenus. Cõsuetudines ipsæ tametsi prauæ sunt, *Cõsuetudines*

METHO. PERVENIENDI

quando mu- displicentibus sibi adhuc corporibus mutadē
 randa. » haud sunt. Quin nec per summā sanitatē sem-
 » per id tentandū, sed tum quum is cui mutadē
 » sunt, à ciuilib⁹ maxime negotiis vacat. Et ite-
 » rum. Quinetiam intemperies ipsas quęcūque
 » adhuc intra sanitatis fines subsistunt, si corri-
 » gere studebis, contraria quodāmodo victus
 » ratione curabis: quod tamen per multum fit
 » ocium. Nam si in negotio fiat, similibus vrē-
 » ris, potissimū quum ita fuerint corpora assue-
 » ta. Quocirca si per cibos & potus corrigere
 » temperamēta animus est, id sanitatis potius
 » tempore, & per ocium, sensimque fiat. Repē-
 » tinæ nanque mutationes, vt est apud Hippo-
 » 6. Epid. par. 3. cratem, vitandæ. Et alibi ait. Omne nimum
 » 2. Aph. 51. naturæ inimicum est. Quod verò paulatim
 » fit, tutum, præsertim vbi quis ab altero ad al-
 » terum se transfert. Hinc est quodd Galenus
 » libro 6. de tuenda sanitate cap. 3. in hunc etiā
 » modum scripserit. Porro, inquit, alimēti spe-
 » cies, si quis temperamentum vertere in me-
 » lius studet, contraria esse temperantiæ de-
 » bet. Sensim verò id fiet citra noxam, si & præ-
 » sit medicus, & qui curatur, ita sit à negotiis
 » liber, vt omnia suo tēpore peragat. Nam qui
 » in rebus ciuilibus versatur, & multis negotiis
 » distringitur, huic tutius est vt nec tentet tē-
 » peramentum suum mutare. Hactenus Gale-
 » nus. Mutatio igitur eorum quibus assueui-
 » mus, vt Hippocrates etiam testatur, non pa-
 » rum

rum conducit, si eius recta sit translatio: hoc est si fiat sanitatis tempore, & per ocium, si- que non fuerit repentina. Ceterum in cibis præscribendis medicus diligenter confide- ret quibus maximè æger delectetur. Nam suavior, etiam si parum deterior est, sæpe me- liori eidemque insuavi præferendus est: quòd ea quæ cum voluptate assumuntur, ventricu- lus avidius amplectatur, faciliùsque conco- quat: contrà ea quæ displicent, refugiat. Quo- circa non temerè ab Hippocrate in aphori- smis ita scriptum est. Paulo deterior cibus & potus, suavior autem, iis qui meliores quidem sunt, insuaviores tamen, magis experèdus. In ciborum præterea ratione vnicè obseruandù, ne illi præpostero ordine ingeràtur: id quòd fiet, si concoctu facilia, iis quæ difficulter con- coquuntur, præmittantur, & si liquida solidis & aridis, & lubricantia adstringentibus ante- cedant. Ordo, verbi gratia, præposterus erit, si cotonea aut punica mala primù ingeran- tur, postremùm autem olera ex garo. Debent etiam ea præmitti, quæ faciliè & nullo ferme labore subsidunt, vt sunt liquida. quæ verò tenacius hærent, & difficulter labuntur, vt solida & arida, postremò: idque si ventriculus naturaliter se habeat. Nam si cui ventricu- lus sit natura laxior, huic præstiterit ad- stringentia magis laxantibus præposuisse, quòd ab illis roboratus ventriculus reliqua

Cibi delecta- tes sunt.

2. Aph. 38.

Ordo ciborũ.

METHO. PERVENIENDI

*Tempus assu-
mendorum
aborum.*

*6. Epid. p. 4.,
Aph. vlt. »
Crapula quo-
rundam no-
tatur.*

melius conficere possit. Cauendum denique ne intempestiue cibum tam sani quàm ægri ingerant. Intempestiue autē ingeritur cibus, qui priore nondum confecto, necdum in aluū demisso ingeritur. Quippe is omnis cruditaris causa erit. Intempestiue etiam assumitur, qui non præeunte corporis exercitio ingeritur. Neque enim temerè ab Hippocrate dictum est, Labor cibum præcedat. Atque hic quantum hodie à plerisque peccetur, attentius obseruent studiosi, qui ventri & gulæ feruientes, sese à summo mane ad summam usque noctem multo variòque cibo & potu non implent solùm, sed etiam distèdunt, vt nihil mirum sit quum cibum cibo excipiant, & toti sint in comotationibus, nullum horum ad senectutis tempus accedere. Meritas etiam neglectæ artis nostræ pœnas dant, dum scilicet crudis ex intemperantia aceruatis succis, podagra, calculo, lepra, carcinomate, febribus, aliisque id genus malis prius torti, vitam cum morte commutant. Præstat itaque temperantia & parcitate animum corpûsque vegetum ac sanum seruare, quàm crapula, crebrisque comotationibus, & immoderatione infirmum, morbosum, deòque & hominibus odiosum reddere. Consueta præterea hora, ac illiciente appetitu, sanis etiam nobis prandendum & cœnandum erit, nec iis cibum exigentibus differendum. Nam si ventriculus alimen-

alimentum postulat, vt lib. 3. de naturalibus
 facultatibus testis est Galenus, nec eius copia est, ex-
 crementis impletur. Vt non temere hactenus
 hoc fit vsurpatum: Diutius tolerare famem,
 ventriculum malis complet humoribus.

*Diutius to-
 rare famem
 ventriculum
 paruis humo-
 ribus cōplet.*

Quod ad ægros attinet, sciendum his in mor-
 borum accessionibus à cibo prorsus esse ab-
 stinendum. Nam ita in aphorismis scriptum

*In accessio-
 nibus morborū
 à cibo absti-
 nendum.*

» reliquit Hippocrates inquit. In accessio-
 » nibus à cibo abstinere oportet, siquidem ci-
 » bum dare nocet. Et si per circuitus accessio-
 » nis obtinent morbi, in ipsis accessionibus ci-
 » bum evitare oportet. Et iterum. His qui per
 » circuitum accessiones habent, nihil dare, ne-
 » que vt quicquam assumant cogere, sed adie-
 » ctioni ante iudicationē subtrahere cōuenit.

I. Aph. II.

» Et alibi quoq. Quum à vacuatione forbitio-
 » nes exhibere volueris, obserua febriū acces-
 » siones, vt neq; quum adsunt, neque quū ventu-
 » ræ sunt, eas ingeras, sed quum iam finitæ sunt,
 » aut cōquieuerunt, & quum maxime ab initio
 distare videntur. In harū verò potissimum
 febrium accessionibus, quæ ob plenitudinem
 vel obstructionem, vel phlegmonem, vel hu-
 moris alicuius putredinem oriuntur, maxi-
 mo malo cibus est, sic vt hi quidem quib^o hac
 ratione febris accenditur, nec in inclinatio-
 ne febris citra noxam nutriantur, nedum ip-
 sa accessione inuadente. Quum vero accendi-
 tur febris propter mordētē acrimoniā excal-

I. Aph. 19.

*4. meth. acut.
 34.*

METHO. PERVENIENDI

facti extenuatq; ex sole, inedia, & laboribus succi, maximum eius remedium est humidum nutrimentum. Proinde sic laborantes, omni certe tempore, sed potissimum per inclinationes sunt nutriendi, vt copiosius lib. 10. the. metho. ca. 3. & 5. Galenus mōstrat, vbi etiam ex proluxa & venusta quada historia, ægro- tantes interdum in ipsa accessione, imò in accessione inuasiōe esse nutriēdos docet. Nā qui sicco ac calido tēperamēto præditi sunt aut à primo ortu, aut certè illo tempore, ij viribus necessariò imbecilles existunt. Neque enim fieri potest vt abūdè siccum calidūmq; corpus quū febricitat, viribus sit valentibus: ideoq; quū inuasura adhuc est, & quū incipit febris, cibandi sunt. Quapropter medico à primo statim die in omni ægro spectāda duo illa sunt q̄ Hippocrates iussit, à quibus cibādi consilia petat, morbi summus vigor, & ægro- tantis vires. Proinde audacter est illi cōtem- nenda diatritos, hoc est tridui inedia, & æger quidem, vbi vires imbecillæ fuerint, protin- nus in primo secundōve die, idque in acces- sione, vt ex Galeni historia paulò antè ci- tata satis liquet, cibandus. Cæterum in cibi potūsque ratione præscribenda, tempus anni minime negligendum venit, quòd scilicet alij cibi veri, alij æstati, alij autūno, & hyemi cō- ueniant. Hyeme siquidem, quòd frigida & hu- mida natura sit, plus quàm aliis temporibus esse,

Diatritos.

Cibi temporibus anni congruentes.

Hyemi.

esse, minus autem bibere conducit. Utendum
 præterea hoc anni tempore cibis & potioni-
 bus corpus nostrum calefaciētibus & exiccā-
 tibus, vt sunt carnes assæ, panis, brassaica, vinū
 meracius, & eiusmodi. Verno autem tem- *Veri.*
 pore paulum cibo demendum, adiiciendū-
 que potioni, dilutius tamen vinum bibendū
 est, magisq; carne quàm piscibus vescendū.
 Transcundum quoque paulatim ab assis ad
 elixa. Quum enim ver in summorum mediam
 temperaturam abeat, vt ca. 10. monstraui-
 mus, mediam etiam victus rationem requirit. Vt
 itaq; hyeme, propter illius tēporis immodera-
 tam tēpericē, corpus calefaciendū & exiccā-
 dum, æstate autē refrigerandū & humectan-
 dum: ita vere mediocriter & tēperate affectū,
 in hoc statu victu mediocri conseruādum e-
 rit. Quapropter verno tēpore inedia & ieiu-
 niis corpora hominū minime sunt excrucian-
 da, quòd vtrunq; corpus hoc tempore tempe-
 rate affectū, à naturali modo recedere cogat.
 Hinc nō temerè Soranus cap. 5. suæ Isagoges
 præcipit, vere minimè esse ieiunandū. Et Hip- *1. Aph. 15.*
 „ pocrates in apho. disertè inquit. Ventres hye-
 „ me & vere natura calidissimi sunt, somnique
 „ lōgissimi. Quocirca iis tēporibus alimēta co-
 „ piofiora dari debēt. Siquidē innatū calorē co-
 „ piofiorē habēt. plurib. igitur alimētis egēt. Et
 „ paulò post. Cibos æstate & autūno difficilli-
 „ mē ferunt, hyemē verò facillimē, vere secūdo

METHO. PERVENIENDI

- Aestati.* loco. Cæterū æstate obseruādū vt corpus sit molle & frigidum. Quare hoc tempore cibus demendum, potioni verò adiciendum. siccū enim & calidum natura existit. Elixis itaque, cibusque frigidis, potione tum multa, tum diluta vtendum. Per autumnum cibo paulo quàm in æstate pleniore ac sicciore vtendum. Minus tamen, sed meracius bibere conuenit.
- Autumno.*
- Cibi ætatibus conuenientes.* Quemadmodum verò temporis, ita quoq; ætatis ratio in cibo & potu adhibendis habenda erit. Pueris siquidem, vt in aphorismis testis est Hippocrates, humida victus ratio cōuenit. Neq; corpora illorū exiccare oportet, quòd hoc modo ne crescerēt prohiberemus.
- Puerorū cibi.*
I. Aph. 16.
- Puberum & adolescentium.* Puberum autem & adolescentum ætati, quia in optimo temperamento consistit, victum similem, hoc est temperamento medium adhibere conuenit, qui neque calidius, neque frigidius, neq; humidius vel siccius ipsorū corpus efficiat. Iuuenibus, quoniam impense calidi & sicci sunt, contraria cōfert victus ratio.
- Iuuenum.*
- Senum.* Senibus autem cibi & potus qui solidas eorūdem corporis partes frigidas & siccas calefacere & humectare possunt, conducūt. Plures etiam cibos requirunt pueri & adolescentes, pauciores iuuenes & senes, quemadmodum Hippocrates quòque iis innuere verbis voluit inquit. Senes facillime ieiunium tolerant, secundo loco qui constantem ætatem agunt, nullatenus adolescentes, omnium verò

rò

„ rō minime pueruli, præsertim illi qui inter ip-
 „ sos fuerint alacriores. Et statim subiungit.
 „ Quæ crescunt corpora, plurimum caloris in-
 „ nati obtinent, itaque plurimo alimento indi-
 „ gent, alioqui corpus absumitur. Senibus ve-
 „ rō parum caloris inest, propterea paucis ali-
 „ mentis indigent, siquidem à multis extingui-
 „ tur. Atque hæc de cibi potionisque ratione
 pro compendij modo sufficiant. Possunt au-
 tem multa, imò fere omnia quæ habentur a-
 pud Galenum in libris de alimentorum facul-
 tatibus, quæque alij probati autores de ali-
 mentorum ratione scripserunt, in hunc lo-
 cum transferri.

1. Apho. 14.

De motu & quiete.

CAP. XXV.

MOTUS voce hoc loco omnis generis ex-
 ercitia intelligas oportet, vt est saltus,
 disci iactus, cursus, vmbra-tilis armorum me-
 ditatio, & id genus alia multa, quorum libro
 secundo de tuenda sanitate Galenus mentio-
 nem facit. Quibus etiam adiungenda frictio
 venit, cuius vt hodie, potissimum apud Ger-
 manos, nullus prorsus est vsus: ita veteribus
 fuit frequentissima, quod ex Galeni libro iã
 citato nulli nõ perspicuum fit. Sunt verò hu-
 ius in vniuersum nouem differentiæ. Est enim
 inquit triplex, nimirũ dura, mollis, & medio-
 cris. Dura est, quæ corpus cogit. Mollis, quæ

*Motus.**Frictio.**Frictionis dif-
ferentiæ.**Dura.**Mollis.*

n iij

METHO. PERVERNIENDI

laxat aut soluit. Mediocris, q̄ in qualitate carnem non alterat, sed planè durè ac mollis medium modum servat. Quod Hippocrates lib. 3. ^{ver' in ἰατρικῶν} hoc est de medici officio, aph. 26. » iis significare verbis voluit. Dura frictione, » ait, corpus ligatur, molli verò soluitur. Ligare autem Hippocrati idem quod coactū reddere, quemadmodum solvere, laxare & mollè reddere significat. Harum quævis trifariâ dicitur. Est enim dura pauca, multa, mediocris. Mollis pauca, multa, mediocris. Mediocris pauca, multa, mediocris. Multa sanè frictio est, quæ extenuat ac minuit. Pauca, quæ nec auget nec minuit carnem, nec omnino aliquid evidens efficit, sed parum duntaxat calefacit. Mediocris, quæ augendi vim obtinet. Quarum omnium vberiolem explicationem è loco Galeni paulò antè citato studiosi petent. Cæterùm exercitiorū generibus gestatio quoq; annumeratur, cuius quidè mirum modum Asclepiades exhibuit. Is enim supra nauicularum, lecticarum, ac curruum vectationè, vt lib. 26. cap. 3. Plinius auctor est, lectum pensilem excogitavit, cuius iactatu aut morbos extenuare, aut somnos allicere conabatur. Inter exercitiorum genera equitatio etiâ recensenda erit, quæ Cornelio Celfo lib. 4. ca. 19. teste, mirifice intestina confirmat. Cæterùm horum & aliorum omniū exercitiorum, qui sanitatis studio tenètur, præcipuam

Ligare.

Solvere.

*Multa.
Pauca.*

Mediocris.

Gestatio.

Equitatio.

cipuam curam habere debent, quòd illorum,
 si rectè iis vtantur, maxima sit commoditas,
 vt contrà temerè neglectorum summa incō-
 moditas. Tria verò potissimum sunt commo-
 da quæ corpora sese exercitando consequun-
 tur, nempe instrumentorum ex mutuo ipso-
 rum attritu durities, insiti caloris augmentū,
 & spiritus citatior vehemētiórve motus. Se-
 quuntur verò hæc reliqua etiam particulatim
 commoda. Instrumentorum quidem duri-
 tiam, tum vt minus ex labore afficiantur, tū
 ad actiones robur. Caloris augmentum, tum
 deducendorum in corpus validus attractus,
 tum immutatio magis expedita, tum nutri-
 tio magis felix, tū singularum corporis par-
 tium fusio, cuius beneficio solida mollescere,
 humida tenuari, meatúsque laxiores fieri ac-
 cidit. At ob spiritus valentio rem motum
 expurgari meatus necesse est, & excrementa
 expelli: vt non temere Hippocrates in Epide-
 miis ita scriptum reliquerit, Sanitatis studiū
 ad labores impigrum esse. Porro quum ex-
 exercitatio ipsa prædicta commoda haud præ-
 stet, nisi quis ea legitimo vsus sit tempore,
 diligenter admodum discendum erit quod
 sit eius vtendæ tempus opportunum & con-
 ueniens. Nam quum distributionem in cor-
 pus adiuuet, non debet quando administra-
 tur, crudorum & non coctorum aut cibo-
 rum aut humorum multitudo vel in ven-

n iij

6. Epid. par. 4
aph. 20.

Exercitatio-
nis tempus.

METHO. PERVENIENDI

tre vel in vasis contineri. periculum enim est ne priusquam per maturam concoctionē vtilis fiant, in omnes animalis partes rapiantur. Quoniam verò exiguos meatus expurgat, & excrementa expellit, vtilius ac melius est vt ante cibos adhibeatur. Quod quidem Hippocrates breuissima hac sententia innuere voluit iniquens. *πρίντιν τήν σίτην φάγετωσαν*, hoc est, labores cibos antecedant. Vt hinc manifestum sit, quòd ad exercitationem optimū tempus sit, quum hesternus cibus fuerit perfectè confectus, ac duplici concoctione, & ea quæ in ventre, & ea quæ in vasis agitur, concoctus, atque iā denuo cibandi tēpus institerit. Quod si verò posterius exercitatiōe vtēre, aut crudis humorib. impleueris hominē, aut flauę bilis puetum auxeris. Nō est præterea exercitatio ad eunda, nisi expulsis pri^o excrementis quę vel in vesica, vel in inferiore aluo cōtinētur. verendū enim est ne quid ex iis in habitum corporis rapiatur, vi caloris scilicet, qui per exercitationem accenditur, correptum. Exercitationi etiam mensura adhibenda, tātisperque exercitandum, dum & corpus intumescit, & color illi floridus apparet, motusq; prompte, æquabiliter, & concinne edit, ac sudor cū calido vapore mixtus cernitur. Inhibenda verò exercitatio tum primum est, quū aliquid horum fuerit mutatum. Quippe si contractior paulo corporis moles videbitur, desistēdum ilico

6. Epid. par. 4
aph. vlt.

Exercitationis
mensura.

Inhibenda
quādo exerci-
tatio.

ilico est. si enim ultra exercitando pergamus, etiam boni succi non nihil educetur, atque ita tum gracilius corpus fiet, tum aridius, atque ad incrementum minus habile. Non minus profecto & si coloris gratia vaneſcat, ceſſandum: quando ſi exercitationem continues, frigidum corpus efficies, & nimium exhauries. Iam ſi motuum alacritas, æquabilitas, vel cōcinnitas, remitti collabique cernitur, utique ſtatim deſinere conueniet. Itidem ſi in ſudore accidat vlla qualitatis eius quantitatiſve mutatio: quippe quem & copioſum magis, & incalentem magis edi par eſt, prout motibus vehementia plus acceſſerit. Quum igitur is aut minor intelligitur, aut frigidior, tū ſcias digeri exhauririſque corpus, præterea refrigerrari, & plus iuſto ſiccari. Quò magis ſolicité attendendum exercitādo corpori eſt, ut quū diſtarum iam notarū quælibet apparet, proſtinus ceſſetur, ut copioſius lib. 2. de tuenda ſanitate Galenus docet. Sudorem autem & tumorem corporis inter exercitandum præcipue eſſe conſideranda, Hippocrates etiam in Epidemiis ita ſcribens hortatur. In exercita-
 tionibus ſignū extenuationis eſt ſudor gut-
 tatim emanans, quique tanquam è riuulis e-
 greditur: aut à tumore contractio. In cuius quidem ſententiæ explicatione, multa in noſtris commentariis ad inſtitutum facientia reperient ſtudioſi. Cæterum poſt exercita-

6. Epidem. par.

3. aph. 4.

METHO. PERVENIENDI

Apothērapia tionem, quod veteres studiosè fecerunt, apo-
therapia vocata vtèdum erit. Sic autem om-
nis exercitationis probè peractæ postremam
partem Galenus & alij veteres nominabant.
Hæc verò duplici consilio suscipitur, & vt ex-
crementa expurget, & vt corpus à lassitudine
tutum reddat, quemadmodum copiosè Gale-
nus lib. 3. de tuenda vale. tradit. Vt autem ex-

*Ocium diutur-
num & quies
immodica ob-
sunt.*

ercitium commodè administratum, ad sani-
tatem tuendam multas affert utilitates, ita
ocium ac quies vbi immodica fuerint, & non
suo adhibita tēpore, maximo detrimento exi-
stunt. Nā cruditates pariunt, & vitiosorū hu-
morum in corpore copiā procreāt, vt fufius
in lib. de boni & mali succi cibis ostendit Ga-

*Quiete quan-
do vtendum.*

lenus. Est verò & quietis conueniēs vsus, tum
sanè vbi ex multa motione corpus defatiga-
tū fuerit. Hinc ab Hippocrate ita scriptū est
2. apho. 48 ”
” in aphorismis. In omni corporis motu, quū fa-
” tigare cœperit, quies cōfestim lassitudinis re-
” medium est.

De somno & uigilia. CAP. XXVI.

Somnus quid.

Somnus, vt lib. 1. de sympt. causis testis est
Galenus, nihil aliud est quàm animalū fa-
cultatū quies: vel vt Aristoteles in lib. de som-
no ait, impotētia sensuum, ab utili humore ce-
rebrū imbuētē ac aggrauātē proueniens. Nā
quum per somnū animalium spiritū ab in-
strumētis sensus & motus ad suū principium
fiat regressus, in eo quidē regressu facultatem
animalem

animalem à suis muniis quiescere necessario oportet. Vnde liquidò constat cerebrum esse *Somni causa.* somni causam, quòd eo per vaporù delatione occupato, facultas sensifica mèbris tum mitti desinat, & dormire statim animal cogatur. Hinc est quòd spirituosa omnia, & quæ vapo *Somnum conciliantia.* rem ex se multum fundere possunt, vt vinum, lac, & quæcunque humectant, aut insigniter refrigerant, somnum concilient. Quare mi- *Aristoteles non rectè cor somni esse causam statuit.* rum est Aristotelem cor somni causam statuere, quum oppleto cerebro, non corde, facultas animalis quiescat, & somnus non corde impedito aut cessante fiat. Quippe omnibus còstat in somno cordis actione ac pulsù, propter caloris ad interiora reuocati copiã, quàm in vigiliis esse robustiorè. Nò est igitur impeditù cor, nec in somno cessat natia ipsi⁹ actio. Quãquã huius sui erroris causa alia nò *Causa erroris Aristotelis.* fuerit, quàm quòd cor *ἡ πύξιν ἀποδιυκνῖν*, hoc est sensuum principium fecerit. Nam eo statuto, affingere rationes quib⁹ cor impediatur, coactus est, temere tamè, quòd constet ex inspectione ipsa cerebrum esse sensuum principium, quandoquidem nerui, sensus & motus instrumenta, à cerebro, non à corde orientur. Non tamen latet recentiores quasdam excogitasse argutias, quib⁹ huic Aristotelis errato mederi conati sunt, sed quum sint sophisticæ, præstat verum & planù Galeni dogma retinere, quàm temere excogitatis argutis fidè habe-

METHO. PERVERNIENDI

Somni cōmo- re. Porrò somnus si rectè adhibeatur, Galeno
da. lib. 1. de sympt. causis cap. 9. teste, cibum opti-
 me concoquit, quòd toto hoc tempore quo
 quis dormit, animalis facultas, vt dictum est,
 quiescat, naturalis verò validius agat. Humo-
 res etiam concoquit, animi ægritudines obli-
 uione delet, mentis insaniam corrigit. Quod
 verò per somnum cibi optimè conficiantur
 non solum in ventriculo, verum etiã per vni-
 uersi corporis habitum, Hippocrates quoque
 testatur in Epide. ita scribens. Labor articu-
 6. Epid. p. 5 „
 apho. 10. „ lis & carnibus conducit, cibus verò & som-
 „ nus visceribus. Meliorem præterea per som-
 num cibi cōcoctionem esse factam, auctum à
 somno virium robur indicat, quòd experre-
 cti, si probe confecimus, robustiores, & ad
 quiduis agēdum aptiores nos esse sentiamus,
 familiari vtiq; nobis apposito alimento, præ-
 fertim vbi à modico ingesto cibo somnū ad-
 miserimus. Exiguus nanque cibus à facultate
 vinci perfectè & faciliè potest. Vnde qui noctū
 multum ingerunt, ventriculūque nimio ci-
 bo onerant, nec probè dormire, nec rectè cō-
 coquere possunt: quòd nimia copia facultas
 aggrauetur, ceu nimio pondere pressa, subin-
 dēque superare ingestum cibum nequeat. Sed
 obtrudet nobis hoc loco quispiam Galenum
 lib. 7. the. metho. cap. 6. qui vesperi valentius
 alimētum esse exhibendum scribit, quòd sci-
 licet non solum quies & somnus, sed etiã lon-
 gius

*Noctu non
 multum cibi
 ingerendum.*

Obiectio.

gius tempus huius administrationem excipiat. Verum qui ista ratione nostræ aduersari *Responsio.*

sententiæ conatur, primùm cogitet Galenū non plus ciborum vesperi esse exhibendum, sed tantum valentiores tradere. Tales autem

Valentiores cibi.

sunt qui corpori plurimum alimenti præstāt: sicut contrā imbecilliores, qui modicum &

Imbecilliores.

exiguum. Rectè igitur Galenus vesperi exhibendos esse valētiore cibos docet, quòd difficilius concoquantur, adeoque quiete, somno, & longiore ad concoquendum tempore

indigeant. Ea verò copia ingerendi sunt, quæ facultatem haud grauet. Qui hodie gulæ seruiunt, & genio indulgent, vesperi nullo non ciborum genere, poculisque quàm grandissimis viscera distendūt, vnde certè podagram, coli calculique dolores, præclara crapulæ & gulæ præmia, sibi accersunt. Cæterum circa somni rationem in sanis hæc potissimum sunt considerāda, tempus nimirum, duratio,

forma decubitus, & insomnia. Tempus itaque

Somni tempus.

somni conuenientissimum est vespertinum, aut nocturnum vna aut duabus à cœna horis.

Interdiu verò factus, nocētissimus est, vt testatur in primis Hippocrates, qui in præfagiis

2. prog. II.

ita scriptum reliquit. Interdiu vigilare, noctu

verò dormire oportet. Aëtius quoque libro. 9. cap. 39. à prandio deambulationibus indulgendum, & animi aliqua laxamenta adhibenda, somnósque diurnos noxios esse, nisi lassitudi-

METHO. PERVERNIENDI

*Nocturnus
somnia.*

*Diurnus cur
noxius.*

*Somnia non
sunt immodica.*

*Somnia dura-
tio.*

nis sensus adfit, aut præcedente nocte quispiã nihil aut parum admodum dormierit, docet. Nocturnus autem somnus hoc præcipuè nomine commendatur, quòd nox sua tum humiditate tum tràquillitate somnum allicit, satísque tẽporis quoad absoluta ciborũ fiat cõcoctio, habeat. Diurnus contra nocentissimus, primùm quòd cerebrum nimia humiditate oppleat, quam potius vigiliis exiccãtibus absumere conuenit. Dein, quia tempus quo quis die dormit, ad perfectam concoctionem non sufficiat: ideòque meridie excitati à somno, ob interruptam ante horam suam cõcoctionem, subinde acidos edunt ructus, crebrò etiam flatibus replentur. Accedit huc, quòd somnus diurnus nimia humiditate cerebrum implens, capitis grauedines, eiusque frigidus morbos pariat, vt hoc etiam vno nomine vnice sit fugiendus. Porro etsi verò somnus nocturnus suapte natura salubris sit, tamen vt sit mediocris oportet. Immodicus enim somnus præter alia incommoda hanc præsertim noxam affert, quòd ne excremẽta opportune expellantur, adeòque iusto longius in corpore detineãtur, efficiat. Sõni verò quantitas ac duratio, ex alimentorũ perfecta concoctione æstimatur. Ea autem rursus ex ventris contractione, & vrina deprehenditur. Quę enim aquę speciem præfert, crudum adhuc in venis succũ esse indicat eum qui à ventre

tre

tre submittitur. Quæ rufa & biliofa, iam dudum concoctum esse huiusmodi succum portendit. Quæ modicè pallet, peractæ modo secundæ concoctionis est signû. Imperfectæ autem concoctionis, vt testis est sect. 6. aphor. comm. 1. Galenus, acidus rufus certum indicium est. Vnde omnibus palàm fit, à somno desistédum vbi mediocriter rufa, mediocriterve pallens est vrina. Non potest verò omnium eadem esse somni quantitas, quòd hic citius, illi verò tardius concoctionem perficiant. Magna tamen ex parte septem, octo, vel summum (Galeno libro sexto de tuen. sani. capite quinto teste) nouem horarum spatium finitur ac circumscribitur somni duratio. Præterea in somno forma decubitus obseruanda quoque erit, vt scilicet primùm in dextrum latus fiat, quòd cibus promptè ad ventriculum descendat. Nam etsi gula exacte supra mediã ceruicis vertebrarum, & quatuor primarum thoracis sedè, in neutram partem inclinè, ad principium tamen quintæ thoracis vertebræ, vt ampliori magnæ arteriæ truncus secundum dorsi vertebras inferiora corporis petèti cedat, nonnihil in dextrum latus à mediã vertebrarum regione abscedit. Vbi autè à primo somno excitatus fueris, in sinistrum latus decumbendum erit, quòd scilicet à iecore ventriculo incumbente, concoctio eius adiuuetur. Supinus autem in vniuersum decu-

Forma decubitus in somno.

Supinus decu-

METHO. PERVENIENDI

bitus damnatur. bitus dānatur, quòd grauisſimorum morborum, apoplexię ſcilicet, reſolutionis neruorū, & ſimilium cauſa ſit. Nam quum in eo deſluxus ſuperuacuorum ad poſteriora corporis fiat, non poteſt iuſta per nares & palatum eorundem fieri expulſio. Inſomnia denique cōſideranda, quemadmodum Hippocrates etiā in Epidemiis monet, vbi ſic ſcriptū reliquit.

» Quę per ſomnum accidunt, nec non ipſa inſomnia expendenda. Sunt verò hoc potiſſimum nomine à medico conſideranda, quòd ex iisdem interdum corporis affectum, corpūſque infeſtantes humores deprehendere liceat, vt copioſè admodum tum Hippocrates tum Galenus in libellis quos illi de dignotione quę ſit ex inſomniis, inſcripſerunt, docent. Ex iis itaque quę conueniunt, in hunc locum ſtudioſi transferent. Cæterum quum in ſanis quę ad ſomni rationem attinent, minimè ſint contemnenda, quāto magis in ægris opera erit danda medico, vt ſomnus rectè adminiſtretur? Nam vt alia omnia, ſic quoq; ſomnus niſi legitimè adhibeatur, plurimum illis noxę adfert. Cauendum itaque ne ægrotantes in viſcerum phlegmone, potiſſimum inter eius initia, dormiant. Nam quum, Hippocrate etiam ipſo teſte, ſanguis per ſomnum interiora petat, fugiendus prorsus erit, ne in eo ſanguine ad interiora ſubeunte, phlegmonē increſcere faciamus. Arcēdi igitur quoad eius fieri

Inſomnia conſideranda.

Somni ratio in ægris.

Sonus in principio phlegmones obest.

6. *Epidem. par. 5. Aph. 29.*

fieri potest, in viscerum phlegmone principio, quum adhuc sanguis superuacuus ad laborantem partem confluit, à somno ægri sunt, & ad vigilias potius transferendi, vt scilicet sanguinis ad interiora confluxus, adeoque phlegmone incrementum prohibeatur. Deinceps operam quoque assiduam dabit medicus, ne in principiis accessionum ægri dormiât. Quippe quum hoc tempore vel horror vel rigor, vel vehemens exteriorum partium refrigeratio accidat, sanguisq; tum ac calor naturalis, humorésq; in profundum corporis abeât, expedit magis eorundem ad exteriora per vigilias tractionem fieri: quod aliàs febres vix dissoluantur, & difficulter ad consistendi tempus perueniant, fluxionésque ac cruditates multiplicentur. Neque enim tū vt in aliis somnis, humores ad ventriculum cōfluentes concoquuntur, sed adacti potius crudi permanent. Quod vero calor nativus, adeoque sanguis & spiritus per vigilias ad exteriora moueantur, satis cōfirmat Hippocrates, qui in Epidemiis ita scriptum reliquit. *Vi-*
gilans circa exteriora manifestè calidior, cir-
ca verò interiora frigidior. Dormiens con-
trà. Postremum & hoc certè circa somni ra-
tionem à medico diligenter animaduerten-
dum, num æger à somno melius, aut peius se
habeat. In quo enim morbo, inquit Hippo-
crates, somnus laborè affert, letale est. Si verò

*In principiis
accessionum
haud dormiē-*
dum.

*9. Epid. par. 4
apho. 12.*

METHO. PERVERNIENDI

Vigiliae immo dicæ nocent. iuuat, non letale. Porro vt immodicum somnum, ita etiam vigilias immoderatas cuitare tã sanos quàm ægros oportet. Vt enim somnus immodicus cerebrum plus æquo refrigerat & humectat, ita vigiliæ vbi modum excedunt, cerebri bonam temperaturam corrumpunt, sensus debilitant, virtutẽ deiiciunt, crudelitatem pariunt, ad eoque cibi potiusque concoctionem impediunt. Cuius rei grauissimum habemus testẽ Hippocratem, qui lib. 2. de victu acut. morb. apho. vltimo in eũ scribit modum. Vehemens vigilia, tum cibi tum potio-
 nis cruditatẽ efficit. Verum in diuersam partem alteratio corpus resoluit, & velut exortum reddit, capitũque grauitatem inducit.
 2. apho. 3. » Quare non temere in aphorismis dixit. Somnus, vigilia, vtraque si immoderata existunt, malum. Cauendum itaque summo studio ne vel somnus vel vigilia modum excedat, quod neutrum horum sine maxima corporis noxa fieri queat.

De redundantia & inanitionis differentiis.

C A P. XXVII.

Redundantia duplex.
 Qualitatis.
 Quantitatis.

πλησμονή
 Satietas.

Redundantia, quæ Græcis πλονηξία dicitur, de Galeni sententiã duplex est. Vna quidẽ qualitatis, in qua nuda qualitas citra humorẽ excedit. Altera est quantitatis, cibi nimirum, vel humorũ. Cibi abundantia Græcis πλησμονή proprio, Latinis autem satietas nominatur. Quocirca interpretes nonnulli Hippocratis &

& Galeni Latini dictionē *πλησμονήν* nō satis re-
 cte & propriē repletionem conuertunt, quōd
 repletio haud fecus quā redūdantia ad *πλησ-*
μονήν genus sit. Satietas autem, Galeno sect. 2. *Satietas du-*
 apho. commen. 17. teste, duplex est, ad vasa sci- *plex.*
 licet, & ad virtutem. Ad vasa dicitur, vbi tan- *Ad vasa.*
 ta ciborum copia assumpta est, vt hinc ampla
 vasorum, verbi gratia vetriculi, capacitas dis- *Ad virtutem*
 tendatur. Altera ad virtutē, vbi plus cibi in-
 geritur quā natura aut facultas corpus no-
 strum gubernans superare possit. Pari ratio-
 ne humorū quoque redundantia in duas par- *Humorum re-*
 titur species. Vel enim est omnium humo- *dandantia dis-*
 rum, vel vnus duntaxat. Omnium autem *plex.*
 humorum redundantia Græcis *πληθος*, & *πληθος*
βύρα. Latinis plenitudo & multitudo appella- *Plenitudo.*
 tur. Quod certē confirmat Galenus, qui lib.
 13. the. metho. cap. sexto sic scriptum reliquit.
 » Vbi æqualiter inter se humores aduacti fue-
 » rint, appellant *πληθος* & *πληθύβρα*, hoc est pleni-
 » tudinem. Neque obstat quod Galenus alibi, *Obiectionis so-*
 nempe libro secundo de compo. medica. lo- *luto.*
 calium cap. primo, scribat plenitudinem esse
 vbi solus sanguis augetur. Nam hoc in loco,
 vt aliās sæpe, sanguis pro impuro ac aliis hu- *Sanguis.*
 moribus cōmixto, à dominio tamen sic vo-
 cato accipitur. Hinc est quōd Galenus in
 libello de plenitudine, in eum scripserit mo-
 dum. Fieri haud potest vt vnquam in venis
 » tam exactus syncerūsque sanguis continea-

METHO. PERVENIENDI

„tur, vt nihil vel bilis, vel pituita, vel sero-
 „sæ humiditatis inferatur. Vnde & ego in su-
 „perioribus idem intelligendum esse volui, si-
 „ue humores, siue sanguinem abundare dice-
 „rem: quippe immixtus, & ab aliis humoribus
 „syncerus sanguis nunquam in venis contine-
 „tur. Hæc ille. Quibus sanè verbis metipse Ga-
 lenus loca quæ prima quidem facie pugnare
 videntur, conciliat. Cæterum species plenitu-
 dinis, quum totum corpus equaliter humoribus
 distentum fuerit, hoc modo distinguenda
 sunt. Rubicunda nanque sanguinis pleni-
 tudo est, subpallida verò flauæ bilis. Albescit
 supra naturalem habitum quum pituita ex-
 cedit: quemadmodum ad nigrius magis muta-
 tur, vbi atra bilis superat. Vnde satis liquet,
 quòd in prædictis plethoricis affectibus sem-
 per vnus aliquis humor cæteros excedat. In
 singulis autem sanguinem simul coactum esse
 oportet. Plenitudo deniq; bifariam diuidi-
 tur, in eam nimirum quæ ad vasa, vbi scilicet
 tanta est humorum aut sanguinis copia, vt va-
 sa distendantur: & in eam quæ ad virtutem di-
 citur, in qua vtique ea est humorum multitu-
 do, quæ vires grauat. De quibus copiosè ad-
 modum Galen^o in libello de plenitudine in-
 scripto agit, ad quem sanè lectorem nunc ab-
 legamus. Porrò vnus humoris redundantia
 Græcis *πλεονεχμία*, Latinis vitiosus succus hu-
 mōrve dicitur. Cuius rei locupletissimus
 idemque

*Plenitudinis
species.*

*Plenitudo du-
plex.*

Ad vasa.

Ad virtutem

πλεονεχμία.

idémque grauíssimus testis est Galenus, qui
 »lib. 13. ther. metho. cap. 6. ita scribit. Vbi fla-
 »ua bili, vel atra, vel pituita, vel serosis humo-
 »ribus refertum corpus fuerit, cacochymia no-
 »minatur. Vt hinc sole clarius sit, errare medi- *Error recentio*
 cos recentiores ac barbaros dum cacochy- *rum medico-*
 miam in qualitate repletionem esse tradunt. *rum.*
 In cacochymia enim Galenus non calidius
 tantum, aut frigidius, sed & humore aliquo
 deprauato refertum esse corpus scribit. Atq;
 hætenus legitimam specierum redundantix
 partitionem recensuimus. De qua quidem fu-
 sius in apologia nostra aduersus Montuum
 lib. 2. dialex. primæ confutatione, & in expli-
 catione quinta paradoxorum nostrorū scri-
 psimus. Hanc quum pauci, quod sciam, medici
 rectè teneāt: (sic prorsus alieno sunt à Galeni
 doctissimis monumentis animo nostræ æta-
 tis medici, & barbarorum Arabūq; potius
 commentariis toti addicti) operæ precium me
 facturum iudicauī, si prædictas redundantix
 differentias breui hoc schemate cōplecterer.

o iij

METHO. PER VENIENDI

Redundantia
duplex existit.

Quantitatis

Qualitatis nuda circa illum huiorem, ut caloris excessus.

Cibi, $\pi\alpha\rho\alpha\sigma\tau\alpha\upsilon\sigma\eta$ Græcis, satietas
Latinis. Est duplex

Humorum.

Ad usum.
Ad virritem.

Omnium Græcis $\pi\alpha\rho\sigma\tau\alpha\upsilon\sigma\eta$ & $\pi\alpha\rho\sigma\tau\alpha\upsilon\sigma\eta$
 $\delta\upsilon\sigma\phi\lambda\epsilon\tau\eta\rho\iota\upsilon\delta\alpha$ & multitudine
Latinis. Est itidem duplex.

Vini, Græcis $\nu\alpha\sigma\alpha\rho\upsilon\iota\alpha$, siccus
viriosus Latinis appellatur.

Ad usum.
Ad virritem.

Sanguinis.
Pituitæ.
Elauc bilis.
Atræ bilis.

Absolutis redundantia differentiis, ad in-
 nationis vacuationisve differentias seu gene-
 ra, quæ quidē multa & varia sunt, nobis pro-
 grediendum erit. Sunt verò hæc propemodū,
 venæ sectio, purgatio, vomitio, scarificatio,
 cucurbitularum appositio, inedia, somnus à
 vacuatione admissus, mictio, sputi eductio,
 sanguinis è naribus profluuium, menses, hæ-
 morrhoides, coitus, & insensibilis euaporatio.
 De quibus singulis, quantum compendij ra-
 tio permittit, breuiter ordine dicemus, à san-
 guinis missione orsi.

Vacuationum
genera.

De sanguinis missione. CAP. XXVIII.

Sanguinis missione, præcipuo vacuationū
 genere, tum potissimū vtendum erit, quā-
 do plenitudo aliqua, præsertim ea quæ ad va-
 sa nominatur, in corpore fuerit, vt per eā ca-
 ueamus ne aliquod malū in homine creetur.
 Primū itaque plenitudinis tum quantitas,
 tum qualitas, hoc est species seu forma, num
 scilicet biliosa, pituitosa, melancholica, aut san-
 guinea sit, consideranda erit. Quanto enim
 grauior sibi homo videtur esse, tantum etiam
 plenitudinem ad vires auctam esse manifestū
 est. Ad eundem modum quantum tensionis
 sensus augetur, tantum etiam altera plenu-
 do quæ ad vasa nūcupatur, aucta erit. Vtrius-
 que autē plenitudinis qualitatē partim è colo-
 re dignoscēs, memor colorem humorū esse,

Sanguinis mis-
sione quando
vtendum.

Qualitas ple-
nitudinis.

METHO. PERVENIENDI

siquidem vniuersum corpus in calore & frigore externo mediocriter se habeat: partim ex iis quæ humorum naturæ insunt, quemadmodum Galenus cap. sexto libri de curâdi ratione per sang. missionem, fusius docet. Vbi igitur præsentibus plenitudinis signis facultates robustæ fuerint, sanguinẽ mittes in tensionis affectu, nulla adhibita distinctione, magisque etiam in phlegmonoso. Si verò degra-uans plenitudo infestat, non semper sanguis detrahendus est. Fieri enim potest vt crudus per corpus sit coaceruatus humor. Crudum verò humorem, cum Galeno libro quarto de tuenda sani. cap. quarto, & lib. i. de alimen. facult. cap. de tritico, appellamus eum qui frigidus & crassus est. Cur autem sanguis tum non sit emittendus, Galenus in lib. de tuen. sani. loco iam citato, iis verbis docet. Si in lasso corpore, inquit, sanguis bonus exiguus sit, crudi verò humores plurimi, huic sanguis non mittendus. Quippe incisa vena bonum sanguinem emittit, malum verò qui in primis maxime venis circa iecur & mesenterium colligitur, in vniuersum attrahit corpus. Non solum verò vbi adest plenitudo, vel ad vires, vel ad vasorum humores continentium capacitatem dicta, missio sanguinis plurimum iuuat: sed & citra plenitudinem incipiente inflammatione aut propter iram, aut dolorem, aut partiũ imbecillitatẽ. Quippe dolor ipse

Crudus humor qui.

Missio sanguinis interdum etiam si nulla est in corpore plenitudo, iuuat.

ipse sanguinem ad inflammationis locum tra-
hit: & multoties partium imbecillitas inflā-
mationem citra totius corporis plenitudinē
excitat. Similiter si magnum fore appareat
morbum, sanguinem mittemus etiam si nulla
plenitudinis nota adest, ætatem, regionem,
& vires cōsiderantes. Quod certè Hippocra-

*4 viñt. acut.
17.*

tes iis innuere verbis voluit. In acutis mor-

bis sanguinē mittes, vbi magnus fuerit mor-

bus, & æger ætate florens, & virium robur af-

fuerit. Sunt itaque primi & maxime proprij

*Primi & pro
prii mittendi
sanguinis sco-
pi duo.*

sanguinis mittendi scopi, magnitudo morbi,

& robur laborantis: ille quidem quæ facere

oportet indicans, hic verò tanquam illū haud

impediens. Siquidem vbi robur validum fue-

Robur virium

rit, & mittendi sanguinis necessitas incubue-

rit, audacter sanguinem detrahito. Sin inua-

lidum fuerit, aut nihil, aut parum saltem san-

guinis auferendum. Quare fit vt interdum af-

fectus ipse sanguinem mittendum esse indi-

cet, virium verò imbecillitas prohibeat. Vbi

autem multa sanguinis vacuatione opus est,

*Vacuatione quæ
do partienda.*

verùm vires sunt imbecilliores quàm vt illā

ferre queant, vacuationem partiri oportet.

Cæterùm interdum in feruentis sanguinis co-

*Sanguis ad
animi defe-
ctionem quæ
do mittendus.
In a dentisti-
mis febribus.*

pia ad animi vsque defectionem sanguis mit-

tendus est: idq; tribus de causis. Primò quòd

post deliquium corporis habitus refrigerat-

tur. Dein quòd totius corporis sudores suc-

cedant. & tertio, quòd alius sua sponte cite-

METHO. PER VENIENDI

tur. Ita quoque in ardentissimis febribus, maximis inflammationibus, & vehementissimis doloribus, Galenus sect. 1. apho. com. 23. sanguinem esse mittendū vsq; ad animi deliquiū suadet. Nec est cur aliquis putet Galenum animi deliquium excludere, quum illud potius includat, vt copiose in explicatione aphorismi tertij sectionis primę monstrauius. Utile tamen est dum ad animi defectionem sanguis educitur, vt pulsuū imminutioni medicus attentus sit, tangens scilicet eos sanguine etiamnum fluente, ne aliquando tale nihil opinante pro animi deliquio mors succedat.

*In maximis
inflammationibus.*

Porro in maximis inflammationibus sanguinis missionem quę ad animi vsque defectum fit, conferre, nemo nō intelligit. Quipe hoc præsidio feruētis sanguinis copia educitur, & laborans phlegmone pars refrigeratur, atque ne in partem aliquam principē feruentis sanguinis multitudo ingruat, prohibetur. In vehementissimis autē doloribus ideo sanguinis missio confert, quòd sanguinis cōfluxum, dolorem rescindendo, inhibet. Si quidem dolor omnis attrahit, ad eoque fluxiones commouet. Accedit, quòd excretoria facultas causam dolorem excitantem eiicere properans, phlegmonē interdū excitet. Quū enim primis suis conatibus nihil profecit, vehementius aggressa quod infestat expellere, sanguinis aliquid ex superpositis partibus in affictam

In vehementissimis doloribus.

fistam simul exprimit, vt copiose lib. 13. the-
 metho. ca. 3. Galenus ostēdit. Quapropter ne
 id ipsum accidat, sanguinem mittere expedit.
 Hinc rectissimè Galenus cō. 23. primæ apho.
 sectionis dixit, se in maximis dolorib. nullum
 maius inuenisse remediū, quā ad animi vsque
 defectū vacationē. Atqui hic nobis fortas- *Obiectio.*
 se obtrudet qui ipsā aliū Galeni locum, qui ex
 diametro cum iis quę iā diximus, pugnare vi-
 detur. In lib. enim primo ad Glauco. ca. 13. di-
 fertè scribit, vbi vehemens vigilia, dolorque
 grauis ægrotū infestat, subitas ac multas va-
 cuationes vitādas esse. Verū si quis recte inter *Responsio.*
 se cōmemoratos iam locos conferat, diligen-
 ter quid vtrobique doloris nomine intelligen-
 dum veniat expendens, nihil inter se pugnare
 deprehendet. Nam vbi in vehemētissimis do-
 loribus ad animi vsque defectum vacuandum
 esse hortatur Galenus, illic dolor pro affectu *Dolor bifariū*
 dolorifico, aut in quo dolem⁹, vsurpatur, qua *vsurpatur.*
 quidē in significatione sæpe ab Hippocrate,
 Galeno sect. 2. apho. cō. 6. teste, accipitur, quē-
 admodum lib. 6. Epide. par. 1. com. 7. diximus.
 Vbi verò cauendas esse subitas ac multas va-
 cuationes in doloribus Galenus scribit, hic
 quidem dolor pro symptomate, non pro affe-
 ctu dolorifico, sumitur, & loquitur potissimū
 de dolore qui febris symptoma est. Nā in eo
 loco ad Glauconē Galenus ex professo de cu-
 rationib. febrīū cōtinuarū quęcū symptoma-

METHO. PERVENIENDI

tis consistunt, agit. Quæ dicimus, vera esse cõ
firmant ea quæ ibidem scribit Galenus, ra-
tionem reddens cur non affatim aut confer-
tim sit vacuandum, inquit. Sed & aliquid
» symptomati est relinquendum. Cæterum præ-
» ter duos primos & maxime proprios mittendi
» sanguinis scopos tertius etiam existit, ætas
» scilicet. Pueris nanque vsque ad quartumde-
» cimæ ætatis annû sanguis mittendus non
» est, q̄ videlicet carnem teneram & facilè per-
» spirabilem habeât. Quod Galenus etiã lib. 9.
» the. meth. ca. vlt. iis testatur verbis. Puerorû,
» inquit, substantia omnium facillime discutitur
» ac dissipatur, propterea q̄ omnium est humi-
» dissima. Nullius verò quæ frigidissima existit.
» Quo min⁹ vacuâtis præsidij eget, quû habeat
» ex se ipsa vnde naturaliter vacuetur. Senibus
» quoq; post septuagesimû annû, modò vires iis
» parum validæ sint, & sanguine non admodû
» abundant. Quod si verò in hac ætate consti-
» tuti multi sanguinis fuerint, virésq; robustas
» habuerint, si ita morbus iubeat, iis etiam ve-
» nam secabis. Quapropter nõ numero solùm,
» quod quidam faciunt, attentus sis, sed & cor-
» poris habitui. Nam sunt qui sexagesimo æta-
» tis suæ anno sanguinis misionem non ferût,
» quum septuagenarij ferant. Atqui minus iis
» vtique auferes, etiamsi eundem affectum quæ
» florens corpus habere videâtur. Proinde tria
» sunt potissimum quæ dignotionem mittendi
» sangui-

Ætas.

*Tria quæ po-
tissimum di-*

sanguinis continent, morbi nimirum magni ^{gnotionem}
 tudo aut præfens, aut imminēs, ætatis vigor, ^{mittendi san-}
 & virium robur. Porrò qui citra noxam ve ^{guinis con-}
 næ sectione vti vult, huic etiam considerandū ^{tinent.}
 erit quale sit hominis cui sanguis mittetur, tē
 peramentum naturale. Tale autem est, quod ^{Temperamen-}
 ex quatuor elemētorum commixtione con- ^{tum naturale.}
 stat, ob id ab Hippocrate & Galeno non ra-
 rō natura nominatur. Ideo verò consideran-
 dum, vt sciamus num copiosè aut parce mit-
 tendus sit sanguis. Nam qui amplas venas ob-
 tinent, Galeno lib. 2. de tempe. cap. 5. attestā-
 te, eò quòd calidiores natura sunt (caloris e-
 nim opus est dilatare & extēdere) sanguinē-
 que multo abundant, largius vacuandi sunt.
 Mediocriter etiam graciles: quippe vt loco
 iam citato Galenus scribit, gracilis habitus
 cum venarum laxitate incidit. Non autē te-
 mere dictū est mediocriter graciles. Si enim
 vehementer graciles fuerint, copiose vacuā-
 di non sunt. Habent nanque & illi sanguinē
 exiguum. Nulla enim alia de causa sic vehemē-
 ter graciles euaserunt, quàm quòd copia san-
 guinis, ad eoque alimēto destituti sunt. Qua-
 propter qui hac ratione graciles existunt, ij
 non laxas, sed potius angustas venas habent.
 Sic eos etiam qui non sunt candidi, sed flori-
 do potius colore, neque carne tenera prædi-
 ti, largius vacuare oportet, nulla alia de cau-
 sa, quàm quòd sanguine abundēt. Contrà cā-

METHO. PERVERNIENDI

didos, & tenera carne facileque perspirabili
 præditos, parcius vacuare cõuenit. In mit-
Tempus anni tendo sanguine tempus etiam anni expen-
Calidum. dendum, num scilicet calidum sit, aut frigidũ.
 In calido enim tẽpore iprobẽ vacuati synco-
 pe & resolutionẽ intereunt. Quippe calor
 ambientis ẽ corpore foras euocatum spiri-
 tum digerit, resiccãtque corporis habitum,
 & imbecilliorẽ reddit. Quocirca tum omni-
 no à sanguinis missione abstinendum erit. In
Frigidum. frigido tempore corpus refrigeratur, ideoq;
 sanguinis missione impedit. Quid enim at-
 tinet corpus antea abunde satis refrigeratũ,
 sanguinis detractiõne magis refrigerari? Ac-
 commodatissimum itaque tempus mittendo
Ver sanguini mittendo accommodatissimum tempus.
 sanguini ver ipsum, quod planẽ temperatum
 est, adeõque neque nimis calidum, neque su-
 pra modum frigidũ: vt rectissimẽ ab Hippo-
 crate dictum sit. Quibus sanguinem ẽ venis
 » detrahere confert, iis vere sanguinem mitte-
 » re prodest. Galenus quoque cap. 7. libri de cu-
 ran. ratio per sanguinis missione, sese mul-
 tos podagricos aliisque morbis obnoxios san-
 guinis missione principio veris facta curasse
 testatur. Non solũ verò anni tempus in
 mittendo sanguine, verumetiam diei hora
Hora diei obseruanda. obseruanda erit. Nam si nihil aliud vrget aut
 prohibet, Galeno cap. 21. libri de curan. ra-
 tione per sang. miss. teste, præstat matutino
 tempore venam incidere, non quidem con-
 festim

festim à somno excitis, sed antea horã circiter vnam vigilantibus, & corpus ab excrementis tum per vrinam, tum per aluum expurgantibus. Quibus verò venæ procul à viscere distantes secantur, & qui crassiores in venis obtinent sanguinem, iis balneo vti confert, vt nimirum balnei calore liquatus ac attenuatus sanguis promptius effluat. Et hoc quidē nomine, vt scilicet incalescat corpus, deambulatione quoque nonnullis vti cōuenit. Aegris certē nullum est certum mittendi sanguinis tempus præscriptum. Quã obrem si ita res ferat, morbusque requirat, per noctem etiam illis sanguis mittendus erit.

Quibus in balneo vena secanda.

Noctu etiam interdum sanguis mittendus

Nec in sanguinis missione regio negligenda erit. Ea enim si impense calida aut frigida fuerit, largam vacationem haud sustinet. Hæc quidē, quòd corpus, detractio cum sanguine natiuo calore, satis antea refrigeratum, magis subinde refrigeret. Illa verò, quòd sua caliditate vires dissoluat, ac humores discutiat. Proinde eadem est regionis, quæ temporis conditio. Contemplanda præterea in sanguinis missione erit victus ratio quæ præcessit, num scilicet pluribus cibis & portionibus, iisque multum nutrientibus vsus sit, aut contra. Si enim largo cibo vsus est, adeoque per intemperantiam crudorum humorum copiam congecit: huic certe sanguis minime est mittendus. Quod Galenus cap. 7. li-

Victus præcedens.

METHO. PERVENIENDI

*Vmosi &
gula deditis
cur non mittē-
dus sanguis.*

Consuetudo.

hri de curan. ratione per sangu. mis. iis ver-
bis confirmat. Incontinentes, inquit, ebrios,
ac gulę deditos, neque purgatione, neque san-
guinis missione magnopere iuuabis. Nā per
victus intemperātiā crudorum humorum
multitudinem celeriter coaceruant. Hęc ille.
Sin exiguo cibo contentus fuit, ad cōque va-
cuationem tolerare potest, huic intrepide san-
guinem mittes. Cęterum qui sanguinē mit-
tere alicui studet, is consuetudinem etiam cō-
sideret necesse est. Quippe habet hęc ipsa plu-
rimum momēti, Galeno lib. 1. ca. 13. ad Glau-
conem teste, tum ad alia omnia, tum maximē
ad vacuationis indicationem. Quippe repe-
riuntur qui vacuationē nunquam antea sunt
expertī, neque integram pertulerunt, largōq;
cibo vsi sunt: quocirca sanguinis missionem,
inediāmque citra noxam non ferent. Quum
enim consuetudo procliuitas quędam ac fa-
cultas sit eodem modo semper agendi aut
patiendi in rebus naturę tam amicis quām
aduersis vsu comparata: si quid ægro in-
solitum, iniucundum, quodque extimescat,
obiiciatur, id sine magno detrimento, sæpe
etiam sine graui periculo subire haud pote-
rit. In quo genere quum sit sanguinis missio,
hanc sine metu ac plerunque animi deliquio,
modò meticulous natura sit, & vacuationē
antea nunquā expertus, sed liberali cibo sem-
per vsus, non sustinebit. Alij cōtra vacuatio-
nibus

nibus sunt assueti, & pauco cibo vtütur. quare illis, modò reliqua consentiant, intrepide sanguinè mittes. In mittendo sanguine diligenter etiã expendédú erit quo quis exercitij *Exercitia.* genere vsus sit. Nã qui exercitiis crebro vtütur, quú eam ob causam pauca in corpore superuacua congerant, parcius sunt vacuandi. Contrà eos qui hæc ipsa prorsus negligunt, aut iis rarò saltè vtütur, largius vacuabimus.

Considerandum denique in sanguinis missione erit, num consuetæ excretiones *Excretionum* suppressantur, necne. *si suppressio.* In viris itaque accuratè inquirendum, num hæmorrhoides solito tempore profluant. In mulieribus autem, num stas temporibus menses erumpant, aut prorsus suppressantur. Quibus enim solitæ per iam dictas aut alias corporis partes excretiões præter naturã retinentur, hos intrepide vacuare cõuenit. Contemplandum etiã in sanguinis missione, quo habitu corporis, hoc est nũ *Habitus corporis.* gracilis an obesus sit cui sanguis detrahédus erit. *poris.*

Nã graciles propter viriũ imbecillitatem affatim vacuare nõ licet. Obesos verò propter sanguinis inopiã, siquidè angustas venas obtinent, minus. Porrò in mittendo sanguine considerandum magno studio quæ vena sit *Quæ vena sit* incidenda, interna scilicet, an media, an humeralis, an ea quæ iuxta malleolũ est, an ea quæ in poplite: id quod ex laborãte particula indicatur. Nõ enim ratio solũ, verũ etiã vsus ipse

METHO. PERVENIENDI

indicat aliã alij parti vacuationem cõgruere.
Interna quando secanda. Interna itaq; quã icorariã & liena rem axillarẽmque latini, hodie facientes medicinã, bafilicã vocant, secanda quãdo partes quã infra ceruicẽ sunt, verbi gratia latera, pulmo, cor, icur, lien, aut vëtricus, laborant. Externa autẽ, quã humeralem & cephalicã nominant, incidenda vbi partes quã supra collum sunt, facies nimirum, aut caput, male afficiuntur.
Media. Media, quam alio nomine communem, nigram, funem brachij, matrem & medianam barbari appellant, tum incidenda erit, vbi vena parti laboranti propria obscurior fuerit. ab vtrisque enim iam dictis venis diducitur.
Vena poplitis & malleoli. Quemadmodum verò omnes prædictæ partes venæ sectione in gibbero facta iuuantur: ita quæcunque iis inferiores sunt, eorum quæ in poplite & malleolis inciduntur. Sunt autẽ prædictis inferiores, quæ iuxta coxam, vesicam & vterum sunt. Renes verò ambigunt, siquidem inferiores sunt iis quas prius, collo scilicet ac thorace, recẽsumus: superiores autem iis quas secũdo loco commemorauimus: coxa nimirum, vtero, & vesica. Quapropter venæ sectionibus in gibbero factis interdum auscultant, quãdo utiq; phlegmone recẽs fuerit, ac sanguinis copia adierit. Qui verò affectu illo laborat quẽ propriè Nephritim nominant, hos eam quæ in poplite est incidere oportet, aut omnino eas quẽ in malleolis sunt. Sed

Sed qua ex parte sit mittendus sanguis, abundè Galenus ca. 18. libri de curan. ratione per sang. mis. docet. Cæterùm in sanguinis mis- sione semper ^{ad nat. sive} (ita enim Hippocrates nominavit) hoc est ^{in omni} rectitudo, siue reuel- lendum, siue deriuandum sit, obseruanda erit.

*In sanguinis
missione recti-
tudo semper
obseruanda.
nat. sive.*
Rectitudo.

Rectitudinem verò nō mathematicā, sed na- turalem, quæ secundū fibras & filamenta sta- mināve venarū fit, intelligimus. Trib⁹ enim fibrarū generibus venæ contextæ sunt, rectis, obliquis, & transuersis, quibus vtiq; actiones suas motūsq; obeunt. Rectis nanq; attrahūt, obliquis retinēt, transuersis verò excernunt. Obseruandā autē esse hāc rectitudinē tā reuel- lendo quā deriuando, Galenus multis in locis ostendit, potissimū verò lib. 2. ad Glauco. ca. 7. vbi ita scriptū reliquit. Influentiū adhuc hu- morū retractio reuulsiove, obsidētium verò iam locū, deriuatio medela est. Vtrunq; autē vacuationis gen⁹ per cōmunes venas fieri de- bet. Cōmunes vocat, q̄ societatecū parte labo- rāte & rectitudinē obtinēt. Cuius certè cau- sam Galenus in libello de artis cōstitutiōe iis expressit verbis. Ex proximioribus & cōmuni- bus laborāti parti venis, vacuatio optima & facillima fit. Quippe rectitudine seu cōmuni- tate societateve illa obseruata, melior ad æ- grā partē confluētis fluxurīve humoris fit re- uulsio, & præstātor à parte laborāte deriuatio. Venæ siquidē ad sãguinis eductionē versus

*Cōmunes ve-
næ.*

METHO. PERVENIENDI

impactū ipsius vulnus, & dolorificā ligationē,
 aut calentem aquam suis rectis & transuersis
 fibris plurimum auxiliatur. Atque hinc est
 quod Galenus ca. 15. de curā. ratiōe per sang.
 » miss. ita scriptum reliquerit. Reuulsio quæ in
 » rectum fit, manifestam vtilitatē celeriter ostē
 dit. Sed hoc loco Arabum doctrinā mordicus
 tenentes medici, ac pro ea tuenda haud secus
 atq; pro aris & focis pugnātes, nobis obiciēt,
 nō esse venas q̄ in rectū sunt incidendas reuel
 lendi gratia, quod illæ tantū deriuent. Quod
 tamen nos cōstanter negamus, quādo certū
 fit has venas vtrunque posse. Reuellunt enim,
 quia sanguinē ad cōtraria ducunt. Deriuant,
 quod sanguinē laborantē partē obsidentē ad
 vicinas partes trāsferunt, & vacuāt. Imò ve
 nas cōtrarij lateris neq; reuellere, neq; deriuare
 posse asserimus, quod illis nulla cū parte la
 borante sit restitudo aut cōmunitas. Bonum
 itaq; dūtaxat sanguinē educūt, vitioso in labo
 rante latere relicto, qui tamē paulatim subin
 de in boni sanguinis locū succedit, ac reliquū
 vnā corrūpit. Nihil itaque hac venæ sectione
 æger à morbo leuatur, & periculū est transi
 tionis morbi in alterū latus. Verū instabunt
 rursus aduersarij dicētes, Quī fit igitur vt Ga
 lenus lib. 13. the. meth. ca. 5. dixerit, altero cru
 re male habente, reliquū esse scarificandum?
 Respōdeo Galenū hoc in loco restitudinem
 obseruare naturalē, non obstāte q̄ ex altero
 cruce

*Arabum do
 ctrinam sectā
 tum obiectio
 nes diluūtur.*

*Venas cōtra
 rij lateris neq;
 reuellere neq;
 deriuare.*

Obiectio a lia

Responsio.

crure sanguinē esse detrahendū præcipiat. Habent. n. dextra cū sinistris etiā interdū rexitudinē, vt copiose admodū in cō. nostris in caput 16. libri de curā. ratiōe per sang. mis. Galeni demonstrauimus. Obtinere autē inter se rexitudinē vtrūq; crus, diuaticatio caux venæ circa lūborū vertebra, & ī subiecta crura distributio, satis ostēdit. Sed pergēt nobis obiciere aduersarij dicētes. Si crura iter se rexitudinē habēt, qui fit vt in podagra, ca. 19. libelli de sang. mis. ex gibbero mittendū esse sanguinē Galen° scribat? Respōdeo, Galenū hoc rexitissimē præcepisse. In podagra. n. duab° de causis in neutro crure venā secare licet. Vna, quòd vtrūq; crus pars laborās fit, id quòd nomen eius mali satis docet. Nō potest itaq; nec etiā debet reuulsionis causa in laborāte parte incidi vena: id quòd etiā aduersarij facile cōcedēt. Altera, q̄ in podagra sanguis sua tantum copia offendit, & minime, vt in phlegmone, corruptus & deprauatus est. Quapropter sola tū reuulsio sufficit, quę etiā ex distātione parte, obseruata tamē rexitudinē, fieri potest.

Quod vt rexitius intelligāt studiosi, notandū hoc loco erit quadruplicē esse sanguinis vacuationē. Vna tantū retrahit & reuellit, græcis ppriē *ἀντίστροφος* dicitur. Hæc ex maximē distantibus, in rexitū tamē, fit. Eius vsus est, quū à morbo tueri medico cōsiliū est. Nā tū sola cōfluxuri sanguinis reuulsio sufficit, q̄ neque

Obiectio tertia.

Responsio.

Quadruplex sanguinis vacuatio.

METHO. PER VENIENDI

periculū aut metus vllus sit ne vitiosus ī corpore humor, perinde atq; vbi morbus iā in generatione est, relinquatur. Id quod Hippocrates in lib. de ofsiū natura iis significare etiam
 » verbis voluit. Dāda, inquit, opera est, vt q̄ longissimè à locis vbi dolor & sanguis cogi didicit, venarū incisiones fiant. Sic enim haud magna repente mutatio fiet, & cōsuetudinē mutaueris, ne ampli⁹ eò loci sanguis coeat. Loq̄ verò Hippocratē de præseruatione à morbo, hæc verba, vbi dolor & sanguis cogi didicit: itē hæc, cōsuetudinē mutaueris, satis indicāt. Galenus quoq; ca. 11. lib. de curā. rat. per sanguis. ad reuellendā purgationē menstruā mulierū, in gibbero venā secandā esse docet, non alia de causa, q̄ quòd tū reuulsio sola sufficiat. Altera vacuatio est q̄ ad latus aut vicina trāsfertur. Eius vsus est, quādo humorē laborantē partē obsidentē vacuam⁹. Vnde omnibus perspicuū esse iudico, ī phlegmonib. quæ iā in generatiōe sunt, hoc est in quibus pars humoris adhuc fluit, & pars iā fluxit, adeoque locū obsidet, neq; ea q̄ tantū reuellit, neq; etiā ea q̄ dūtaxat deriuat, venæ sectione opus esse, sed ea potius quæ simul & reuellit & deriuat. Hinc est q̄ lib. 13. the. meth. ca. 9. Galenus de curatione phlegmones iecoris ita scriptū reliquerit

ωαροχρῆσις.

Phlegmone
 quæ in generatione adhuc
 est, quæ vacuationem sanguinis requirit.

„ liquerit. Quū iecur iam phlegmonē cōtrahe-
 „ re coepit, pariter tū reuellendus tū vacuandus
 „ qui ad iecur fluit sanguis est, interna in dex-
 „ tro gibbero infecta vena, propterea quòd &
 „ è regione seu è directo est, & ampla via cū ve-
 „ na quæ caua dicitur, societate habet. Hæc ille.

Quæ sanè verba Galeni sola ad cōfutandos
 aduersarios sufficere possent, vtpote in quib^o
 manifestissimè in principio phlegmones per
 venā eiusdē lateris simul esse & reuellendū &

deriuādū doceat. Vacuationis enim voce sæ-
 pe, vt alibi mōstrauimus, pro deriuatione Ga-
 lenus vtitur. Præterea ca. 18. libri de curā. rat.
 per sang. miss. in vteri phlegmone venam in
 crurib. secandā esse præcipit, nulla alia de cau-
 sa, q̄ quòd hæc ipsa reuellat & deriuat ab vte-
 ro. Quapropter hanc ibidē reuulsionem, in li-
 bro verò secundo ad Glauco. deriuationem
 vocare non veretur, quòd scilicet vtrunque
 possit, & reuellere, & deriuare. Deniq; lib. 2. vi-

ctus acut. morb. com. 10. Galenus in internis
 potissimū phlegmonibus non tantū reuellen-
 dum, sed & vacuandum esse à laborante par-
 te scribit. Neque simpliciter vacuandum, sed
 celeriter, & plus quàm à cæteris partib. horta-
 tur. Quocirca nō licet in phlegmonib. neque
 ex latere aduerso, neq; ex longe distatib. par-
 ticulis mittere sanguinē, quòd neutra harum
 venarū sectio, vt antea dictum est, à laborante
 parte vacuare queat. Non sufficere autem in

p iij

*Vacuacionis
 voce Galenus
 pro deriuatio-
 ne vtitur.*

*In internis
 phlegmoni-
 bus non tantū
 reuellendum,
 sed et vacuā-
 dum esse.*

METHO. PERVENIENDI

phlegmonib^o internis solâ reuulsionē quæ ex maxime longinquis fit, Hippocrates satis cōuincit, qui lib. 2. vicit. acut. apho. 10. in pleuritie sanguinē eouſq; detrahendū eſſe tradit, quoad colorem mutauerit. Nō mutabit autē colorē, donec is qui iuxta phlegmonē eſt, extractus fuerit, vt copioſe admodū ca. 14. libri de curā. rat. perſang. miſs. Galen^o docet. Ex iis itaq; omnibus palā fit, reuulsionē quæ per ſanguinis miſſionem fit, ſemper quidem ad contraria, nō autem ad maxime longinqua fieri. Nō enim ad maxime longinqua fit, niſi vbi à morbo aliquo futuro hominem tueri ac ſeruare medico conſiliū eſt. Atqui hic obſtrepēt aduerſarij dicētes. Galenus lib. 13. the. metho. ca. 11. lōgiſſimè à tētata fluxione parte eſſe auellendum, nequaquam ad eam trahendū monet. Reſpondeo rectè hæc à Galeno eſſe dicta, neque quicquā ſententiæ noſtræ aduerſari, vt qui non concedāmus venæ ſectiōnem trahere ad partem. Sed quum omnis venæ ſectio ſit vel reuulſio vel deriuatio, trahet quidem, nō tamen ad partem laborantem, ſed vel ad contrarias, vel ad vicinas. Quare hoc præceptum Galeni non eſt ad venæ ſectiōnem, ſed potius ad ea præſidia detorquendum, quæ ad laborantes partes humorū deſluxum reuellere poſſunt, vt ſunt purgatiōes, frictiōes, vomitiones, & id genus alia. Tertia ſanguinis vacuationis ſpecies eſt ea q̄ ex ipſa fit laborante
particu-

Reuulſio ſemper ad contraria, non autem ad longinqua fit.

Obiectio.

Reſponſio.

particula. Hæc autè cōmodissimè simplex va *Simplex va-*
 cuatio appellatur, quòd scilicet vacuet tantū, *cuatio.*
 citra id quòd reuellat aut deriuat. fit enim, vt
 dictum est, ex ipsa laborante parte, adeoque
 neque ad contraria, neq; ad vicina trahere po-
 test. Huius vsus erit, vbi malum iam inuete-
 ratum fuerit, vt testis est cap. 19. lib. de curan.
 ratio. per sang. mis. Galenus. Atque hæc de cō-
 tentione illa, in qua parte sit secāda vena, nūc
 pro compendij ratione dixisse satis fit. Qui
 plura requirit, is ea è paradoxo nostris, item
 apologia aduersus Brachelium edita, & com-
 mentariis nostris in Galeni libellum de curā.
 ratione per sang. mis. conscriptis petat. Po- *Quādo in san-*
 stremo medicum etiam scire decet quando in *guinis detra-*
 sanguinis detractione sit interquiescendum. *ctione inter-*
quiescendum.
 Tribus autem potissimum signis quo tempo-
 re sanguinis effluxus sit cohibendus, cognosci-
 mus, mutatione nimirum sanguinis, labascen-
 te effluxionis robore, & pulsuum. Mutationē
 verò sanguinis & in colore & consistētia ex-
 pectare oportet vbi prope venam sectam in-
 gens fuerit phlegmone, quemadmodum Hip-
 po. lib. 2. vici. acut. apho. 10. exemplo pleuriti-
 dis monstrat. Quippe sanguis qui iuxta phle-
 gmonē heret, ali^o est ab eo qui in reliquis cor-
 poris partibus secūdam naturam se habet, vt-
 pote à vehementi ac præter naturam phle-
 gmones calore supra modū calefactus. Pro-
 inde si sanguis qui in totū spargitur corpus,

METHO. PER VENIENDI

antea pituitosior ac crudior erat, rubicundior
 & magis flauus euadet qui in eo quod phleg-
 mone obsidetur latere continetur. Quod si
 vero in vniuersū corpus diffusus sanguis ru-
 bicundus fuerit, haud dubiè qui ad phlegmo-
 nem est, adustus assatusque in nigrum permu-
 tabitur. Coloris igitur mutatio, sanguinis ex
 particula inflammata translationem abunde
 mōstrat. Quamquam autem coloris mutatio
 modum & mēsuram vacuationis indicat, nō
 tamen oportet hanc semper expectare, sed in-
 terdum antequā hæc apparet, à sanguinis de-
 tractione erit desistendum: idque duabus de
 causis. Vna, quòd virtus sit imbecilla, nec tan-
 tam vacuationē quam coloris sanguinis mu-
 tatio sequitur, ferre queat. Altera, quia phle-
 gmone maligna est, nec quicquā de se sangui-
 nis concedit, quòd vehementer impactus sit
 sanguis. Tum igitur potissimū sanguinis in
 colore mutatio expectanda erit, quando vir-
 tus est valida, ægerque ætate viget, & aër est
 temperatus. Alterum quod nobis quando se-
 cta vena sanguis sit cohibendus, monstrat, est
 labascens fluxionis robur. Si enim sanguis mi-
 nori impetu quàm antea effluat, iam satis san-
 guinis esse detractum significat. Tertium si-
 gnum, & inter alia minus mendax, est pulsus.
 Quippe vbi vel in magnitudine, vel in quauis
 alia inæqualitate pulsus mutatus fuerit, cōfe-
 stim à sanguinis deductione erit desistendum.

Atque

*Coloris san-
 guinis muta-
 tio non semper
 expectanda.*

Atq; hæc de sanguinis mifsiõe dixiffe fatis fit.

De purgatione. CAP. XXIX.

Alterum vacuationis genus est purgatio: *Purgatio quid.*
 quæ, vt feft. prima apho. cõm. 2. testatur Galenus, non est nisi humorum sua qualitate moleftatiũ vacuatio. *Qualitas.* Qualitas autẽ, vt copiofiffimẽ in explicatione huius sentẽtiæ Hippocratis demõftrauimus, non aliud nisi differentia aut fpecie humorum corruptorũ, aut corpus infestantium fignificat. Proinde quod in præfentia Galenus *πυρίωνος*, hoc lib. 4. de tuen. fani. *ιδίαν*, hoc est fpeciem nominat. Vt non fit diuerfa *πυρίωνος à ναυόχυμιο*. Purgatio igitur non est nisi vitioforum humorum vacuatio. *Sanis purgantia medicamẽta haud danda.* Unde fole clarius est, fanis non eſſe purgantia medicamenta propinanda, quòd vitioforum humorum copia qui fani funt, non prematur. *2. apho. 36*
 Hinc non temere ab Hippocrate dictum est, *2. apho. 37*
 „ Qui fano funt corpore, per medicamenta purgati celeriter exoluuntur. Et iterum. Qui corpore funt commoderato, hos purgare periculofum est. Et rurfus. Veratrũ iis qui fano funt corpore, periculofum est: quippe conuulfionem efficit. Non eſſe verò purgandos fanos lib. 2. paradox. cap. 6. abũde docuimus, ex quo quidem loco diligens lector petat quæ ad hũc locum illuſtrandum funt neceſſaria. Purgandi itaque hi tantũ funt, qui cacochymia laborat, hoc est qui vitioſis humorib^o referti funt. Cæterũ in purgatione exhibenda medicus

METHO. PERVENIENDI

Qui ad pur-
gationem ido-
neus.

2. apho. 10

det operã vt is qui sump turus est medicamen-
tum, ad purgationem sit idoneus. Idoneus au-
tem erit, si meatus per quos fieri purgatio de-
bet, apertos habuerit, nec vlla obstructione
laborauerit. Vnde rectissimè ab Hippocrate
dicũ est. Corpora vbi quispiam purgare vult,
fluida faciat oportet. Fluida enim faciet, si ci-
bis humectantibus ac balneis meatus corpo-
ris laxiores efficientibus vsus fuerit: dein si
cibos comederit crassos humores extenuan-
tes, & obstructiones tollentes. In hunc sanè
vsũ Serapia quoque quibus incidendi & ex-
tenuãdi facultas est, aliãque eius generis me-
dicamenta cõmodissime propinatur. Quod
Hippo. lib. 6. Epide. par. 5. apho. 28. in eum scri-
bẽs modum innuere etiam voluit. Quod si,
inquit, volueris, vt is qui elleborum bibit, ce-
lerius purgetur, vt lauet aut comedat præci-
pe. Et alibi ita scribens. Qui ad ellebori sum-
ptionem non facilè sursum purgantur, horũ
corpora ante potionem præhumectãda sunt
vberiore cibo atque quiete. Præterea medi-
camentum purgans à medico pro opinandum

Crudi humo-
res non purgã-
di.

Turgere hu-
mores.

non est, nisi vbi humores vitiosi iam conco-
cti fuerint. Crudi enim humores, modò non
turgent, hoc est ab vna parte in aliam impe-
tu quodam non ferantur, sed aliqua in parte
firmati sunt, prorsus ne mouèdi quidè erunt,
tantum abest vt medicamentis purgantibus
sint vacuandi. Expectanda igitur horum concoctio

coctio erit, quòd post concoctionem naturã ipsam habeamus vacuationi adiniculatẽ, vtpote quæ tum humores discernit, & redundantias excernit. Turgētibus verò humoribus, protinus & adhuc crudis existētibus per purgantia medicamenta molienda vacuatio est, priusquàm videlicet corporis robur dissoluatur, aut calor febris augeatur, aut ad aliquam partem principatum obtinentem, qui per corpus vagantur humores decubant. Natura nanque tum veluti furis agitata, haud probè motus suos instituere potest. Quare opus est quopiam manum porrigente, & ad excretorios dirigente meatus medicamento.

Quod Hippocrates breuissimè iis significa-

- » re verbis voluit, inquiens. Concocta purgan- *1. apho. 22.*
 » te medicamento vacuare, atque quæ cruda nõ
 » sunt mouere, neque in principiis morborum,
 » nisi humores turgeant. Magna verò ex parte
 » non turgent. Et iterum. In valde acutis mor- *4. apho. 10.*
 » bis, si materia turget, eadem die medicamen-
 » to purgante vtendum est. Cũctari enim in ta
 » libus malũ est. Et rursus. In acutis morbis ra- *1. apho. 23.*
 » ro, & inter initia medicamenti purgantibus
 » vtendum: idque prius diligenti adhibito iudi-
 » cio faciendum. Vt autem qui sint crudi humo-
 » res, studiosi rectius intelligant, primum quid
 » fit concoctio explanabimus. Concoctio au- *Concoctio*
 » tem, Aristotele lib. 4. Meteor. cap. 2. attestan- *quid.*
 » te, est perfectio quæ à naturali proprioq; ca-

METHO. PERVENIENDI

Concoctio du-
plex.

lore ex oppositis fit passivus, quæ sua cuique materia existunt. Hoc est, concoctio est actio quædam caloris nativi in qualitates quæ patiuntur. Vel, ut clarius dicam, alteratio quæ ab innato fit corporis calore. Ea verò, ut testis est lib. 1. Epide. sect. 2. constituitur. Galenus, duplex existit. Una eorum quæ secundum naturam se habent, ut est concoctio qua in ventriculo cibus commutatur, aut in visceribus & vasis qui inibi generatur humor, unde pars quævis nutritur. Hanc Galenus lib. de sympto. differen. & lib. 2. de natural. facul. ciborū seu alimentorum in propriam ac conveniētiā eius quod nutritur qualitatē esse alterationem definit. Et hæc quidem propriè Græcis *κίψις* nominatur. Cæterum quæ in ista alimentum concoctio alterationēve citra sanguinem substituerunt, nec exquisitam elaborationem sunt adeptæ, Hippocrati & Galeno *κίψα*, id est, cruda appellantur. Sic enim cruda libro quarto de tuenda sani. cap. 4. Galenus definit. Sunt autē omnes illi humores qui citra sanguinem subsistunt, perfectamque elaborationem non attingunt, frigidi & crassi, quemadmodum loco iam citato, & libro primo de aliment. facult. capite de tritico, idem Galenus manifeste docet, succum frigidum & crassum erudum nominari scribens. Quæ itaque crudi vocati humores frigidi & crassi sunt, non erunt nisi postquam concocti sunt medi-

κίψις.

Cruda quæ.

Crudi humores
cur non pur-
gandi.

medicamēto purgante vacuandi. Cuius cau-
 sam Galenus libro quarto de tuen. sani. cap. 5.
 » hanc esse tradit. Deiectio, inquit, in iis qui
 » crudis humoribus abundant, cruciatus circa
 » vmbilicum & rosiones creat, animique deli-
 » quia, cum eo quod nec notatu quippiam edu-
 » cit: quando crudi omnes humores pigri, at-
 » que ad motum inepti propter crassitudinem
 » frigiditatēque sint. Quo fit vt omnes angu-
 » stas vias obstruant, per quas id quod medica-
 » mentum deicit, ferri ad aluum debeat: itaq;
 » nec ipsi educantur, & aliis sunt impedimen-
 » to. Hæc ille. Hanc igitur de qua nunc agnius
 concoctionem omnes crudi ac pituitosi hu-
 mores, vtpote qui infra sanguinem subsistūt,
 exigunt & requirunt. Hæc etsi à solo innato,
 vt dictum est, fit calore, tamē nihilominus ab
 omnibus quæ hunc calorem roborant, augēt
 & fouent, iuuatur. Hinc est quod libro quin-
 to de simpl. medica. facul. cap. 5. Galenus na-
 turales alterationes seu concoctiones ab in-
 nato fieri calore, ab externo autem iuari
 scribat. Et in fine libri de constitutione ar-
 tis medicæ, quietem, calefactionem modera-
 tam, boni succi ciborum mediocrem esum,
 & vini moderate calidi portionē *ισω πηλην ἀγην*,
 id est ad concoctionem inuitare, quod sci-
 licet natium calorem augeāt ac eidem ro-
 bur adiiciant, tradit. Quinetiam Aristoteles
 loco paulò antè citato ita scriptum reliquit.

*Mediocriter
 calida iuuant
 concoctionem.*

METHO. PERVENIENDI

„ Quum quid concoctum est, perfectum est ac
 „ genitum: atque perfectionis exordiū à nati-
 „ uo calore prouenit: quanuis aliquo externo-
 „ rum adminiculo ad calcem vsque perducī so-
 „ leat: quo modo alimentū per balnea & id ge-
 „ nus alia concoquitur. Quapropter externo-
 „ rum adminiculo natiuus calor foueri & auge-
 „ ri potest, atque sic quidem eum fouent & au-
 „ gent serapia quædā, & alia medicamenta me-
 „ diocriter calida: calor tamen natiuus est qui
 „ subinde concoquit. Ex iis itaque perspicuum
 „ fit quid Galenus sect. 5. apho. comm. 22. sen-
 „ tiat, dum calorem externum concoquere tra-
 „ dit. Ei⁹ enim loci interpretatio ex lib. 5. Simpl.
 „ omnino petenda erit, vbi disertè admodum
 „ concoctionem ab externo calore iuuari asse-
 „ rit. Concoquit itaque externus calor, non cer-
 „ tē quòd concoctionem efficiat: ea enim solius
 „ caloris natiui, vt comprehensum est, actio exi-
 „ stit: sed quia calorem natiuum, qui cōcoctio-
 „ nem efficit, fouet, auget, ac iuuat. Atqui hic
 „ nobis quispiam Galeni locum qui est in lib. 1.
 „ Epide. sect. 2. constit. 3. cōm. 41. obrudet, vbi
 „ suprà dicta omnia auxilia concoctionem effi-
 „ cere apertè scribit, inquiēs. Manifestum quòd
 „ „ concoctiones efficiant (*ἰσχυρὰς* Græcè est) o-
 „ „ mnia quæ mediocriter calefaciunt, tum cibi,
 „ „ tum fomenta, & cataplasmata. Frictio item
 „ „ mediocris, ac balneum eius etiam generis est.
 „ „ Huic ita quidem respondemus. Quādo de iis
 „ „ quæ

*Galenus locus
 explicatur.*

Obiectio.

quæ aliquid efficiunt, sermo est, diligenter discernendum erit, Galeno etiam ipso libro primo simpl. medica. cap. 2. & 3. monitore, num per se & propria facultate, an ex accidente id ipsum efficiant. Quo circa quum prædicta concoctionem efficere Galenus affirmet, intelligendum erit ex accidente, hoc est secundo, & aliquo alio, nempe natiuo calore, quem hæc ipsa fouent & augent, interueniente id ipsum præstare. Atque hæc de prima concoctionis specie, quam crudi ac pituitosi humores tantum requirunt, dixisse satis sit. Biliosi namque, quum tenues sint, calidi, mobiles, & vacuati faciles, hac concoctione non egent. Ut errare

hinc constet toto cælo Auicennam, aliosque *Auicennæ & hunc sequentium erratum.*

qui huius placita sectantur ac mordicus tenent nostræ ætatis medicos, qui bilis ac tenuium humorum cōcoctionem esse tradunt, ubi crassitiam adipiscuntur. Si enim hæc tenuium humorum esset cōcoctio, certè à concoctione multo ineptiores ad expulsionem fierent. Quippe quanto ad deiectionem crassiores humores ineptiores sunt, tanto qui tenues sunt, aptiores esse constat. Hinc est quòd Galenus lib. 14. the. metho. cap. 17. in eū

Tenues humores ad deiectionem faciliores

„ modum scriptum reliquerit. Flauæ bilis vacuatio facilis est, pituitæ verò, ac potissimum eius quæ crassior glutinosiorque est, item nigre bilis, difficilior. E quibus certè verbis omnibus palàm fit, bilem nulla alia de causa

METHO. PER VENIENDI

vacuatu esse facile, quàm quòd tenuis & mobilis sit: quum pituita nullo alio nomine vacuatu difficilis sit, quàm quia crassior ac glutinosior. Hippocrates etiam in lib. de natura humana, vbi quoduis medicamentum purgàs post familiarem & sibi cognatum humorem bilem statim trahere scribit, abundè quòd du & sit facillima bilis, ostendit. Proinde non temere Auerroës libro septimo suorum colle-
 ctaneorum cap. 9. Auicennæ erroneam sententiam iis conuellere verbis conatus est. Auicenna, inquit, iubet in morbis à tenuioribus
 ” succis genitis, concoctionem præcedere, quã
 ” hoc pacto definitam tradidit. Concoctio tenuium, est eorù incrassatio, crassorum verò
 ” extenuatio. Quippe quum facultas expultrix
 ” difficulter crassa propellat, tenuiora quoque
 ” non sine negotio vacuabit. exoluuntur enim
 ” atque, dissipantur. Verum enimvero facilius
 ” succi tenues expurgabuntur crassis. Vnde nõ
 ” nullis scriptum est medicis, se nunquam purgans
 ” medicamentum exhibuisse quin flaua bilis prior
 ” vacuaretur. leuissimam enim simul
 ” ac tenuissimam esse, cæteros autem humores
 ” sequi. Quod idem sensus tibi indicat, tenuiora
 ” scilicet crassioribus promptius purgari. Haec
 ” tenus Auerroës, qui tamè non plene Auicennæ
 ” verba confutauit. Nos itaque quod deficit
 ” supplebimus. Non enim Auicennæ ratio
 ” procedit, dum asserit tenuia non sine negotio

Auerrois verba Auicennæ sententiam conuellentia.

gocio vacuari, eò quòd exoluuntur ac dissipantur. Quippe si exoluuntur ac dissipantur, non est cur vacuatione egeant. Sed scio Auicennam aliud his verbis intellexisse, nempe quòd ea quæ sint tenuia diffuant, atque ab inuicem separentur, ob id minus esse ad vacuationem habilia. Quod facile per ea quæ in distillatione per nares defluunt, & ea quæ in thorace hærent, probari potest. Ea enim ubi sunt tenuia, expelli facillè non possunt. Quando verò crassiora fiunt, tum facillè ac citra difficultatem educuntur. At qui ad hanc Auicennæ & aliorum obiectio- nem ita respondendum erit. Necessè quidem esse, vt ea quæ sternutamentis aut tussi præ- pte expellenda sunt, crassitudine quadam participant. Quum enim vi aeris pelli debeat vnumquodque horum, expedit vt lente re ac crassitie humor participet, ne spiritu permotus ac diuisus difflet ac cedat. Quæ enim pelli debent, aliqua etiam ex parte opus est pellenti obsistere, non tamen adeo, vt violentius inhæreant. tunc enim mouentis aeris vim superarent, atque adeo extenuantibus & incidentibus medicamentis opus foret, quemadmodum fufius libro quarto de laborantibus locis capite nono Galenus docet. Secus verò in vitiosi succi per medicamēta purgatoria expulsionem accidit. Hæc enim nō aeris impulsu, verum attractoria purgatis

Obiectio Auicennistarum

Responsio.

Quæ sternutamentis & tussi expelluntur, cur aliquantulum crassa esse debeant.

METHO. PERVENIENDI

medicamenti ac expultrice facultate perficitur. Quanto itaque mobilior ac tenuior humor extiterit, tãto facilius per angustas vias trahitur, expeditiùsque subinde expellitur. Verùm hic nobis iterum obtrudent dicentes. Et si fatemur rem ita ut iam expositum est, habere, tamẽ negare non poteris quin vicissim fatearis Galenum quoque in ea qua Auicenna est sententia fuisse. In libro enim de constitutione artis medicę disertè crassum & lentum humorem esse attenuandum, tenuem verò in crassandum scribit. Sed certè si Galeni verba rectè expendierint, nequaquam Auicennæ sententiæ suffragatum fuisse comperient. Quippe eò loci Galenus non de iis quę è corpore per medicamenta sunt vacuanda, sed de iis potius quę in eo manere debent, adeoque in naturalem statũ redire possunt, loquitur: id quod eius verba evidentissimè monstrat, quę ita habent. τὸ δ' ἰσχυρὰ δὲν δυνάμειον εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἀλλοιοῦν διὰ τῶν ἰσχυρῶν, τὸ μὲν παχὺ καὶ γλυκὺν, κατ' ἰσχυρὰ τὸ ἰσχυρὸν, παχύνοντα. Hoc est: quod in naturalẽ statũ redire potest, contrariis alterare oportet: crassum quidẽ & viscidũ attenuãdo, tenue verò in crassando. Quare temere & nullo planè iudicio pro sui erroris defensione Auicennę placita sectãtes medici, hæc Galeni verba vsurpãt, & in suã detorquent sententiã, quũ minimè de iis humoribus qui è corpore sunt vacuãdi, sed iis potius qui in naturalem statum

*Galenilocus
enarratur.*

- » quę ita habent. τὸ δ' ἰσχυρὰ δὲν δυνάμειον εἰς τὸ κατὰ
 » φύσιν ἀλλοιοῦν διὰ τῶν ἰσχυρῶν, τὸ μὲν παχὺ καὶ γλυκὺν,
 » κατ' ἰσχυρὰ τὸ ἰσχυρὸν, παχύνοντα. Hoc est: quod in na

tum

tum redire possunt, loqui Galenum euidētissimum sit. Non requirit igitur flaua bilis ut *Flaua bilis ut*
 crassior euadat, quum crassitiem attractioni *crassior eu-*
 medicamento purgantis, & pulsioni naturæ *dat, non requi-*
 obfistere omnibus euidētissimum sit. Quod *rit.*
 ea certè quæ per sudores & vrinam vacuan-
 tur, satis monstrant. Nam quum ea per angu-
 stos meatus ferri necesse sit, non possunt nisi
 attenuati prius fuerint, per has educi vias.
 Quod si verò iterum insent aduersarij, no-
 bisque obrudāt Aristotelem, qui libro quar-
 to Meteor. cap. 2. scribit ea quæ concoquun-
 tur, crassiora euadere, aridioraque reddi: *Aristotelis*
 respondendum illis erit, verū quidem esse quod *locus enuclea-*
 Aristoteles docet. Siquidem omnia quæ à ca- *tur.*
 lido patiuntur, euaporante nimirum humi-
 do, aliquantulum crassescere. Non tamen ea de
 causa statim inferendum est tenuitatem va-
 cuationi obfistere, atque ex vsu esse crassitiē:
 verū id potius, ad expeditam vacuationem
 requiri concoctionem, quæ nimirum crassi-
 tiem quampiam nequit effugere, quæ tamen
 eiusmodi erit, ut vacuationi ipsi nō obfistat.
 Nam nisi sic colligant, fateri cogētur nec pi-
 tuitam à natura concoctam vacuationi ido-
 neam esse: quòd scilicet per concoctionē cras-
 sior euaserit. Ut hinc omnibus palam sit Aui-
 cennæ sententiā esse erroneam. Nullam igitur,
 inquit, concoctionem flaua bilis exigit. *Bilis flaua*
 Respondeo exigere quidem & hanc conco- *quam conco-*

METHO. PERVENIENDI

tionem si expedite vacuari debet, sed minime eam de qua iam diximus, verum alteram quæ partim naturalis, partim præter naturam existit. Ab innato enim, vt prior, fit calore, non tamen ab eo qui plane vincit: quod scilicet non ex materia quæ prorsus benigna sit, ac animanti familiaris fiat, neque tamen etiã omnino aliena. Hæc quidem concoctio non est nisi humorum morbum efficientium alteratio. Hippocrati & aliis medicis Græcis *ματῶσις* dicitur, Latine autem maturatio appellari posset. Coctio itaque hac ratione dicitur, quæcunque à natura ipsa euicta sunt. Cruda verò, quæ nõdum ab eadem sunt euicta. Eius quidem rei locupletissimus testis est Galen^o, qui lib. 1. Epide sect. 2. cõsti. 3. cõm. 42. in eum scribit modum. Quemadmodũ natura morbificas causas superãte, inquit, concoctiones fiunt, ita non superante, contraria. Et rursus lib. 2. de vict. acut. comm. 44. vbi ita scriptum reliquit. Cõcoctio est, vbi natura causis fortior fuerit, easque suo robore permutauerit. Ibidem denique disertè tradit coctio esse quæ à natura ipsa sunt deuicta: cruda contrã, quæ minimè. Ad hunc quidem modum excrementa, de stillationem, grauedinem, ichores, & humiditates quæ in lippitudine emanãt, aut crudas, aut coctas esse dicimus. Hac etiam ratione biliosos humores crudos vel coctos esse pronunciamus. Sic igitur biliosorum humorum concoctio

tionem si expedite

Altera concoctio partim naturalis, partim præter naturam.

ματῶσις.

Coctio.

Cruda.

ματῶσις dicitur, Latine autem maturatio appellari posset. Coctio itaque hac ratione dicitur, quæcunque à natura ipsa euicta sunt. Cruda verò, quæ nõdum ab eadem sunt euicta. Eius quidem rei locupletissimus testis est Galen^o, qui lib. 1. Epide sect. 2. cõsti. 3. cõm. 42. in eum scribit modum. Quemadmodũ natura morbificas causas superãte, inquit, concoctiones fiunt, ita non superante, contraria. Et rursus lib. 2. de vict. acut. comm. 44. vbi ita scriptum reliquit. Cõcoctio est, vbi natura causis fortior fuerit, easque suo robore permutauerit. Ibidem denique disertè tradit coctio esse quæ à natura ipsa sunt deuicta: cruda contrã, quæ minimè. Ad hunc quidem modum excrementa, de stillationem, grauedinem, ichores, & humiditates quæ in lippitudine emanãt, aut crudas, aut coctas esse dicimus. Hac etiam ratione biliosos humores crudos vel coctos esse pronunciamus. Sic igitur biliosorum humorum concoctio

„ cōcoctio existit, vt sanguinis qui in phlegmo
 „ ne est, in pus migrantis: intelligentibus nobis
 „ concoctionis nomen in suo vniuersaliore si-
 „ gnificato. Est autem vniuersalius, quum natu-
 „ ra causis fortior fuerit, permutaueritque eas
 „ suo robore. Quocirca bilis flaua cruda co-
 „ ctionem iam dictam etiam exigit. Nisi enim
 „ prius à natura euicta sit, medicamentis pur-
 „ gantibus commode vacuari non potest. Nō
 „ est autem euicta à natura, quæ excandescit, a-
 „ cris est, & hominem exurit. Expectāda igitur
 „ eius coctio erit, dandaque serapia interim, &
 „ alia medicamenta quæ eius calorem ac feruo-
 „ rem restinguant, concoquant, & alterent. Si-
 „ quidem hac ratione cocta, & veluti subacta,
 „ ac edomita, naturæque obsequens reddita bi-
 „ lis, absque molestia, minorique negotio ad con-
 „ uenientia vacuationis loca à purgante medi-
 „ camento trahetur. Atque ea quidem de causa
 „ ante purgationem bilis zulapia diluculo ie-
 „ iunis propinanda, donec in vrinis decens ap-
 „ pareat concoctio, hoc est donec à natura su-
 „ perata fuerit bilis. Actuarius etiam in libro de
 „ compos. medic. hortatur. Cæterum quū prin-
 „ cipium morbi, Galeno lib. 1. de iudiciis cap. 8.
 „ teste, coctiois indicis finiatur, nō erit inter
 „ initia morbi, nisi turgeāt humores, dandum
 „ medicamentum purgans. Cruda enim tū ad-
 „ huc omnia sunt, adcoq; ne mouēda quidē pur-
 „ gantibus medicamentis erunt, quemadmodū

*Serapia bilē
 concoquentia.*

*Inter initia
 morbi, nisi tur-
 geant humo-
 res, non purgā-
 dum.*

q iij

METHO. PERVENIENDI

An mitioribus seu vt nostri vocat, minoratius purgantibus medicamentis in principio morbi vti liceat. Minoratiua.

Obiectio.

Responsio.

Galenii locus explicatur.

fusus sect. 1. apho. com. 22. docuimus. Sed hic quidam vulgarem hodie medetium ratione, ne dicam errorem, sequentes medici dicuntur sunt, Hippocratem quidem prohibere ne validis in principiis vtamur medicamentis purgantibus: mitioribus tamen, quæ illi minoratiua vocant, vti licere. Parum certè quid Hippocrates præcipiat attenti, qui crudos humores ne mouendos quidem esse dicit, tantum abest vt purgantibus medicamentis vacuandos esse permittat. Atqui instabunt Galeni nobis opposites autoritatem, qui sectione secunda apho. comm. 29. disertè tradit initio morborum purgandum esse, vt minore iam redditam materiam natura possit facilius concoquere. Verùm optarem paulo attentius Galeni verba expenderent, tum enim certò comperirent ab illorum sententia longè admodum abesse Galenum. Ait enim inter initia maiora esse adhibenda remedia, vt sunt venæ sectio, nonnunquam verò & purgatio. Nonnunquam, inquit, etiam purgatio, tum nimirum, vbi humores turgent, aut vbi ventriculi spatium & intestinorum occupant. Tales enim facîle à medicamento etiam mitiore vel ducuntur, vel trahuntur, neque metus est ne prædicta difficilium purgationum symptomata eueniant. Quod verò crudi humores in vetriculo contenti, naturæ etiã impulsu interdum vacuari queat, satis cõfirmat Galenus

Galenus, qui lib. i. de alimen. facul. ca. de tritico in aqua elixo, ita scriptum reliquit. Nihil enim per alium deorsum secesserat, quod vnicuius cruditaris remedium esse consuevit. Quid multa? In principio morborum crudi humores medicamentis validioribus & è longinquo trahentibus, de quibus certe Hippocrates loquitur, neque mouendi, multoque minus vacuandi sunt. Blandioribus tamen, ut est castia nigra, hiera picra, manna, & similibus quorum vis ultra secur non fertur, uti licet, quod tantum ea quae in ventriculo, intestinis, & primis etiam venis sunt, modò eis valètius noxij humores non sint impacti, vacuent. Haecenus de crudorum humorum concoctione longius ferè quàm compendij ratio ferat, differuimus. Còcoctis itaque humoribus medicus purgantia propinabit medicamèta. In quibus certe exhibendis initio qualitas humorum est consideranda, hoc est quod genus humoris sit vacuandum: id nimirum, quod corpori nostro molestum est. Quòd si igitur pituita supra modum aucta est, corpusq; infestat, hanc omnino vacuare oportet. Si verò flaua bilis vel atra corpus molestat, à pituita abstinèdum, & bilis potius vacuanda. Sic vbi serosa humorum pars abundauerit, & hanc vacuare oportet. Quod in Aph. 2. innuere etià his verbis Hippocrates voluit.

» In perturbationibus ventris, & vomitibus
 » sua sponte factis, si talia purgentur qualia pur

Quales humores purgandi.

L. Aph. 2.

METHO. PERVERIENDI

» gari oportet, confert, & facile ferunt. Sin minus, contrà. Et iterù. Quæ vacuantur, nõ sunt æstimãda copia, sed eò q̄ talia vacuãtur, qualia vacuari oportet, & æger facile fert. Cæterum nõ tantũ qualitas in purgationibus, sed

Tempus anni præfens.

& præfens anni tempus cõsiderandum. Sunt enim quædam tempora in quibus purgationem adhibere prorsus temerarium est. Quippe si hyberno tempore, in quo immodicum frigus existit, aut æstiuo in quo contrà immẽsus est æstus, purgatorium medicamentum propinaueris, haud leuiter nocebis. Et si autem vtrunque tempus purgationibus minus

Æstate purgationes vitanda.

aptum sit, magis tamen æstiuo tempore purgationes fugere oportet. Exusta enim tũc natura, eã quæ à medicamentis purgantibus fit acrimoniã nõ fert. Accedit, quòd natura etiã ipsa æstu iam imbecillis, ex purgatione magis dissoluitur. Plures itaque qui hoc tẽpore purgantur, febres incidũt, & viribus plane destituũtur. Quare nõ temerè ab Hippocrate nostro, prudentissimo quidem sene, dictum est.

4. Apb. 5.

» Sub cane, & ante canem, medicamentorum purgantium vsus molestus atque difficilis est.

Accommodatissimum ad purgandum corpus.

Accommodatissimum autẽ ad purgandum corpus nostrum tẽpus vernum est: quòd scilicet omnis excessus in medio sit, adeoq; tẽperatũ. Quocirca in conon est color qui corporis efficiat dissolutionem, neque frigus humorum concretionẽ afferens: quid multa? nõ in æqualitas

litas vires perturbans. Atque hinc est ꝓ Hippocrates in aphorismis sic scriptū reliquerit.

» Quibus medicamentū purgans confert, hos
 » verno tēpore purgare conuenit. Est præterea
 » anni tēpus à medico ideo cōsiderandū, quòd
 » ipsum ad noxij humoris notitiā non parū cō
 » ferat. Hyeme nāq; vt in lib. de natura Hippo-
 » crates attestatur, in homine pituita augetur,
 » vere sanguis, æstate flaua, autūno verò atra bi-
 » lis. Hinc si hyeme morbi inuaserint, magna ex
 » parte pituitosi erunt. Sin æstate, bilioli. Qua-
 » propter in hac quæ bilē ducunt, in illa autem
 » quæ pituitam, potius sunt exhibēda medica-
 » menta. Regio quoque ipsa in qua degūt qui *Regio.*
 » ventris deiectionem requirunt, à medico non
 » erit negligenda. Hæc enim si supra modum ca-
 » lida fuerit, purgationē impedit, quòd ad ex-
 » teriora humorum motum, contrā quàm pur-
 » gans soleat medicamentum, concitet. In ea
 » quoque ob ambientis caliditatem vires haud
 » parum dissoluuntur. Erit & hoc nomine à
 » medico expendenda regio, quòd ad molestā-
 » tis humoris notitiam aliquid conferre vi-
 » deatur. In calida enim regione calidi plerūq;
 » humores exuperāt, perinde atq; in frigida fri-
 » gidi. Porrò in purgationibus exhibendis nō *Ætas.*
 » prætereunda ætas erit, quòd hæc interdū quo-
 » minus purgātia medicamenta propinemus,
 » obstat. Pueri. n. quū nondū iustā incrementi
 » perfectionē sint consecuti, purgationibus pla-

METHO. PERVERNIENDI

*Puerorum
alius vt de-
icienda.*

nè inepti existunt. Quapropter si alius illo-
rum adstricta fuerit, mel cibo adiciendum:
aut resina terebinthina, quæ cicericis quâtita-
tem æquet, Paulo lib. 1. ca. 7. autore, exhiben-
da. Pari ratione senes, potissimû vbi viribus
admodum sunt destituti, purgantibus medi-
camentis minime exagitandi sunt. Est & ideo
ætas medico in purgationibus expendenda,
quòd hinc non rarò infestantem humorè de-
prehendere liceat. Quum enim quæuis ætas
suos habeat morbos, quemadmodum palàm
sectione tertia aphorismorum Hippocrates
attestatur, facile qui eosdem procreauerint
humores, inde cognoscet medicus, qualiaque
purgantia medicamenta subinde sint exhibē-
da intelliget. Præter iam dicta, morbi quoque
species contemplâda erit, quòd ex ea, quâcû-
que tandem ætatem inuaserit, humor noxius
agnosci prompte queat. Verbi gratia si è fe-
brium genere tertiana hominem inuaserit,
quòd à bile modum excedēte infestetur æger
cuius constat. Sin quartana fuerit, atram bi-
lem corpori facessere negotium nulli non no-
tum est. Si quotidiana, pituitam molestare æ-
grum nemo nescit. Singula itaque iam dicta,
quò firmiorè ac magis stabilem noxij humo-
ris notitiam habeamus, accurate considera-
re oportet. Quod Hippocrates etiam facien-
dum esse monuit, ita in aphorismis scribens.

l. c. A. j. b. 2.

» Habere rationem oportet regionis, tempo-
ris

ris, ætatis, & morborum, in quibus cõueniat, aut nõ. Insuper vt in omnibus aliis vacuatio- *Vires.*
 nibus, ita etiam in purgatione vires ægrotã-
 tis sunt diligenter expendendæ. donec enim
 tolerant, & nondum laborant, tentandum vt
 humor exuperans educatur. Quum verò dis-
 soluuntur, etiam si restant superuacua, caue-
 re vacationem oportet. Hinc est quod Hip- *i. Aph. 23.*
 pocrates in aphorismis ita scripserit. Quæ va-
 cuantur, non æstimanda copia, sed eò q̃ talia
 vacuantur, qualia vacuari oportet, & æger fa-
 cile fert. Atque vbi ad animi defectionem vs-
 que educendum est, hoc quidem faciendum, si *Vehementes*
 æger durare possit. Proinde vehementes pur- *purgationes*
 gationes, quibus hodie non pauci vtuntur *vitandæ.*
 medici, vitandæ sunt. Nam extra hoc quòd vi-
 res supra modum deiciunt, ventriculo etiã
 mirifice obsunt, eúmque non rarò ita turbãt,
 vt subinde parum recte suo fungi officio pos- *Alui excre-*
 sit. Postremùm in purgationibus & alui de- *menta.*
 iectionibus alui excremeta à medico accura-
 te sunt consideranda, quòd ex eorum confi-
 stentia, qualitate, colore, varia dignosci &
 præcognosci queant. Quæ singula copiose
 lib. 2. prognostic. apho. 13. & sequentibus Hip-
 pocrates, necnon ibidem in commentariis
 suis, & lib. 1. de iudiciis Galenus, docet, vt ne-
 cesse non sit hæc à nobis longius hoc in loco
 profsequi. Quod verò ad excrementorum mu- *Mutationes*
 tationes attinet, hoc est excremeta quæ mul- *excrementorũ*

METHO. PERVENIENDI

2. Aph. 14.

tas ac varias humorum species vacuant, hoc scire in presentia sufficit, quod in profluviis alui sponte & à natura factis, ut testis est Hippocrates, mutationes excrementorum iuuat. corpus enim exquisitius expurgat, nisi in praua commutentur: hoc est, nisi nigra aut liuentia fuerint, aut colliquationis & putredinis signa adsint. Quo itaq; plures deteriores fuerint colores in profluuiis alui, eo peius fuerit. multorum enim & prauorum in corpore affectuum sunt signa. A purgante autem medicamento sumpto melius est plures & deteriores esse deiectionum colores: & quo plures fuerint colores, eo minus mali erunt. Id

4. Aph. 22.

quod Hippocrates iis significare verbis voluit. Nigræ deiectiones veluti sanguis niger » sua sponte exeutes, & cum febre & sine febre » pessimæ: & quo plures deteriores fuerint colores, eo peius. A medicamento autem si tales » egerunt, melius est: & quo plures colores fuerint, eo minus mali erunt. Atq; hætenus quæ ante purgationem, & in ipsa purgatione medico sunt consideranda, monstrauimus. Nunc quid à purgatione sumpta sit faciendum ægotanti, breuiter perstringemus. Sumpto medicamento purgante corpus ambulatione modice mouendum erit, ut scilicet celerius medicamentum descendat. Sorbendus etiam post assumptum medicamentum purgatorium, præsertim si validum fuerit, ptisanæ cremor, ut quæ

Quid à purgatione faciendum

quæ portio medicamenti gulæ & stomacho adhæsit, tergeatur, & deorsum trahatur, & alteratio à medicamento in dictis partibus facta corrigatur. Vbi autem fieri inceperit, vt lib. 2. vict. acu. apho. 13. testatur Hippocrates, dari non debet, ne scilicet medicamenti vis exoluatur. Purgatione tamen absoluta, nihil prohibet quin ptisanæ cremor exhibeatur. Hinc est quòd hodie lauatorium vocatum, *Lauatorium.* & horis ferè quinq; à sumpto medicamento, & hora circiter vna ante pastum, exhibent.

De uomitione. C A P. XXX.

E Tertio vacationis genere, vomitiõe nimium, natura haud exiguum consequitur *Vomitiois commoda.* commodum. Qui enim frequenter vomunt, magna ex parte semper sani esse consueuerunt. nec enim bilem duntaxat, sed & pituitam molestantem educit, adeòq; ne malis ac vitiosis humoribus ventriculus impleatur, efficit vomitus. Quapropter fit vt subinde etiam non parum subleuetur caput. Vtilis verò præsertim plenis & biliosis omnib; vomitus, vbi vel *Quibus utilis vomitus.* nimium replerunt, vel parum concoxerunt. Quippe si plus ingestum est quàm quod concoqui possit, periculum est ne in ventriculo corrumpatur. Proinde nihil est commodius, nisi vt priusquam corrumpatur, qua via expelli potest, eiiciatur: quanquam ne tum quidem quum iam corruptum est, intus sit

METHO. PERVENIENDI

*Singulis mēsi-
bus vomendū.* relinquendum quod assumptum est. Singulis
autem mensibus esse vomendum, de Hippo-
cratis consilio, constat. Nam lib. i. de ratione
» victus ita scriptum reliquit. Consultius est vt
» is qui singulis mēsi-
» bus vomere consuevit, cō-
» tinuo biduo hoc agat, quā interpositis quin-
» decim diebus: ita enim secundus dies prioris
» reliquias extrudit. Quæ quidem sentētia in li-
bro etiam de salubri victu repetitur. Galenus
quoque lib. 5. de vsu par. ca. 4. hanc Hippo-
cratis sententiam iis confirmat verbis. Rectē igitur
» veteres medici vomitus à cibis in singu-
» los menses repeti præcipiebant, alij quidem
» semel, alij verò bis. Omnes autem hi qualita-
» tes ipsas eo casu comedendorum acres atque
» absterforias diligere consulunt, vt pituita om-
» nis è ventriculo purgetur, neq; prauo suc-
» co corpus adficiatur. Cauendum tamen vni-
» ce erit, ne is qui valere & senescere volet, vt
vomat quotidianum habeat. Nam eius fre-
quentia assiduusve vsus surditatem inducit,
visui obest, thoracis pulmonisque venas disrū-
pit, nocet dētibus & capitis doloribus, maxi-
mè si nō ex ventriculi vitio orti sint. Cæterū
in vomitu ciendo magno studio consideret
medic^o qui ad vomēdū faciles, quiq; difficiles
sint. Difficiliter enim vomētes, ad vomitiōes
non sunt cogendi, sed per inferiora potius
purgandi. Qui enim difficulter vomunt, iis,
vbi eos ad vomendum vrseris, venarum quæ
in

*Quotidianus
ac creber vo-
mitus cauē-
dus.*

*Facilitas &
difficultas vo-
mendi.*

in thorace sunt ruptionis periculū imminet.
 Difficiles autem & inepti ad vomédum sunt
 mediocriter carnosī, & angusto thorace præ-
 diti. Contrā verò faciles & idonei, qui tenues
 gracilésque natura sunt, & amplum obtinent
 thoracem. Quæ singula Hippocrates in apho 4. A. h. 6.
 » risimis ita scribens confirmat. Graciles, & ad
 » vomendum faciles, per superiora purgare
 » conuenit, Qui verò ad vomendum difficiles
 » sunt, & mediocriter carnosī, hos per infe-
 » riora purgare oportet. Non temerè autem
 adiectum est, natura graciles. nam qui vi mor-
 bi tales sunt, iis vomitus inutilis est. Quod
 innuere Celsus voluit, qui libro 1. cap. 3. ita
 » scriptum reliquit. Vomitus inutilis est gra-
 » cilibus, & imbecillum stomachum habenti-
 bus. Tempus vomitioni aptissimum est æ-
 » stas, utpote in qua biliosi potissimum humo-
 » res generantur, qui faciliè sursum feruntur,
 & per vomitum sine negotio eiciuntur.
 Quod Hippocrates etiam confirmat, in a-
 » phorismis ita scribens. Aestate quidem supe- 4. Aph. 4.
 » riores magis ventres, hyeme autem inferio-
 » res medicamentis purgare conuenit. Neque Obiecto dis-
 » obstat quòd Hippocrates in libro de vict. ra-
 » tione salubri contrarium adstruere videat-
 » tur, sex hybernis mensibus vomere vtile esse
 tradens: & Celsus libro primo cap. 3. vomit-
 » rum vtiliorem hyeme quàm æstate esse scri-
 » bat: quòd vterque in iis locis de pituita va-

*Tempus vo-
mitioni aptis-
simum.*

*Obiecto dis-
lucitur.*

METHO. PER VENIENDI

euacuatione quæ citra purgantia medicamenta fit, loquatur. Quando enim hyeme in ventriculo pituita generatur, necesse est vt illam vomitibus expurgemus. Verum vniuersum corpus si purgare instituamus, æstate per superiorem ventrem, hyeme per inferiorem, vt est in aphorismis relatum, purgabimus. Quid multa? vniuersum corpus æstate per superiora & vomitum magis purgandum, hyeme verò per inferiora. Pituitam verò in ventriculo tantum coaceruatam hyeme, vomitu eiicere nihil prohibet, imò plurimum confert. Porrò ea quæ per vomitum quouis tempore eiiciuntur, accurata opera à medico sunt considerata, quòd ex iis multa prædicere liceat, perinde atq; ex alui excrementis, quæ admodum Hippocrates libro 2. prognostic. apho. 38. & sequentibus, & post eum in suis commentariis Galenus, luculenter & perspicuè docuerunt. Quibus verò rebus ac medicamentis vomitio cienda sit, ex lib. 2. de cõpositio. medica. huius temporis vsitata ca. 12. petendum erit.

Quæ per vomitum eiiciuntur.

De cucurbitulis. CAP. XXXI.

Quartum vacuationis genus est cucurbitula, quam barbaram sectantes medicinam, ventosam nominant. Non vtendum autem cucurbitulis, nisi vbi vniuersum corpus

Cucurbitulis quando vtendū

pus antea fuerit vacuatum: quòd aliàs locum, cui adhibitæ fuerint, totum replebunt. Pari ratione & in cerebri & eius membranarum phlegmone, in principio mali cucurbitis haud vtendum, quemadmodum nec vlla alia in parte phlegmone obfessa. Tum enim à laborantibus partibus humorum influxus magis auertendus erit. Quapropter vbi nihil iam influit, vniuersùmque corpus antea vacuatum est, opusque est aut mouere, aut amoliri quod in laborante phlegmone particula existit, aut foras trahere, optimum erit vt cucurbitas admoueamus. Quum autem mala adhuc fiunt, non iis partibus quæ laborare incipiunt, sed iis potius quæ eis coniunctæ sunt & continuæ, reuulsionis gratia affigendæ cucurbitulæ. Cæterùm variæ sunt cucurbitularum facultates. Primùm enim materiam in parte hærentem vacuant, præsertim si accedat scarificatio. Secundo, dolorem ex flatuoso spiritu natum soluunt: quod lib. 12. the. metho. cap. vltimo Galenus attestatur, in hunc modum scribens. Dolor qui spiritum flatuosum comitatur, propriam quandam curam rationem sortitus est ex cucurbitula cum flamma copiosa multoties admota. Videbiturque tibi præsidium hoc in huiusmodi malis incantamenti cuiusquam simile quid efficere, siue hi in intestinis, siue in quauis corporis particula sunt excitati. Illico enim cucur-

Cucurbitularum facultates.

METHO. PERVERNIENDI

» bita admota qui spiritu flatuoso crucian-
 » tur, tum à dolore liberi, tum omnino fani
 » redduntur. Tertio, phlegmonem iam fa-
 ctam minuunt, quòd partem humorum ex-
 trahant. Quarto, inflationem, vt iam dictum
 est, discutiant. Quinto, appetentiam reuo-
 cant, quòd nimirum attractis humoribus
 penuriz sensum & suctionem in ventricu-
 lo excitent. Sexto, imbecillum ventriculum
 roborant, quòd scilicet naturali eius appe-
 tentia excitata, vt statim sequatur nutritio
 efficiant. Septimo, animi deliquio, spiri-
 tum & sanguinem ad exteriora reuocantes,
 liberant. Octauo, propter easdem causas,
 fluxiones ex alto corporis ad eius superficiè
 transferunt, & reficcant. Nono, sanguinis e-
 ruptiones, quòd in contrarium auellant san-
 guinis impetum, cohibent. Decimo, facul-
 tates quæ menses corrumpunt, extrahunt,
 & eosdem leuant. hoc est, causas quòd minus
 menses statis temporibus effluant impeden-
 tes tollunt, & è corpore trahunt. Porrò
 sunt duplices cucurbitulæ. quædam enim ci-
 tra scarificationem adhibentur, & hæ qui-
 dem leues nominantur. Iis potissimum vti-
 mur vbi reuulsione tantum opus est. Sic cer-
 tè mensibus supra modum promanantibus,
 cucurbitas sub mammis affigimus, Hippo-
 crate etiam monitore, qui in aphorismis ita
 » scriptum reliquit. Mulieri si velis menses co-
 hibere

*Cucurbitula
 duplices.
 Leues.*

5 *Aph. 50.*

hibere, cucurbitulam quàm maximam mam-
 mis appone. Eadem ratione sanguine è na-
 ribus erumpente, leuibus vtimur cucurbitu-
 lis, hypochondriis affixis. Infigendæ autem
 super iecore, si ex dextra nare profluit fan-
 guis: sin ex sinistra, super liene. Si verò ab
 vtraque nare, super vtroque viscere sunt po-
 nendæ. Quædam sunt cucurbitulæ quæ cum
 scarificatione admouentur, quarum quis sit
 vsus, sequenti dicemus capite.

De Scarificatione. CAP. XXXII.

Scarificamus principid partes corporis q̄ *Quæ partes*
 phlegmone laborant, non quidem inter *scarificentur.*
 initia quum adhuc humores confluunt, sed tū
 potius vbi iā in parte firmati sunt. Nā si sca-
 rificationibus aut sectionibus sensibiliter va-
 cuabimus, plus excitati doloris ratione attra-
 hemus. Non est autem initio phlegmones ad
 partem laborantem trahendum, sed ab ea po-
 rius longissime auertendum. Secundo, cas
 quæ iam induratæ sunt, vt scilicet tenaciter
 impacti humores educantur. Tertiò, par-
 tes tensas, eadem de causa, vt scilicet tensio-
 nem efficientes humores eliciantur. Quar-
 tò, molestatas dolore partes, præsertim si à
 flatibus ortus sit dolor, vt præcedenti dictū
 est capite. Quinto, partes fluxione quæ iā
 firmata est vexatas scarificamus, vt quæ in

METHO. PERVENIENDI

iis hærent, educantur. Sexto, vbi partibus acris adiacet materia, vt ea euocata, partes deinceps non irritentur ac erodantur. Septimo, quando venenata extrinsecus facultas accedit, veluti vbi à rabido cane, aut scorpione quis morsus aut ictus fuerit. Tum enim cucurbitis cum scarificatione admotis venenū iniectum extrahere conamur. Octauo, vbi materiā ab vna parte in aliam transferre animus est. Sic capite laborante crura scarificamus. Scarificatione quoque vtimur, quando materiam in corpore redundantem minuere nobis consilium est, præsertim vbi redundantia à materia quæ statis tēporibus vacuari consueuerat, prouenit: veluti si hæmorrhoides in viris, & menses in mulieribus supprimantur, crura sacrificam⁹, balneo prius vsi, aut calida per spongiā fouētes: vt ab eius calore tenuatus ac solutus sanguis, ad tractū & vacationem aptior fiat. Scarificatione autem crurū crebrius aliās etiam vtendū, quòd non expediat sæpius per annum incidere venam: quippe cum sanguine copioso vnā vitalis excernitur spiritus. Eo autem copiosius absumpto, vniuersa corporis moles refrigeratur, omniāq; naturalia opera deterius fiūt. Quapropter ab ignobilioribus, vtpote cruribus, detractionem fieri conuenit. Prodest autem scarificatio etiam oculis diutina fluxione vexatis, & capitis affectibus, ac malis thoraci

*Ante crurū
scarificationē
cur balneo
vtendum.*

*Non expedit
sæpius per an-
num incidere
venam.*

*Scarificatio-
nis vitutas.*

thoraci & dorso accidentibus. Ad hæc angini-
nis, & humoribus alicui parti impactis, quos
sanè elicit, & subinde vacuat.

De hirudinibus. CAP. XXXIII.

INter præsidia vacuatoria hirudines etiam *Hirudinibus*
commemoratur, quæ captæ, aliquot diebus *quibus vidē.*
includantur, vt cicurentur. ita enim famescē-
tes, carnes quibus admouētur, facilius appre-
hendunt. Eas autem quæ recens captæ sunt,
propter suam virulentiam apponere haud li-
cet, sed vno die exiguo pastos sanguine asser-
uare. Sic enim quod in iis est virulentum ex-
primitur, quod sanguini quem hauserunt ce-
dat. Pars autem cui hirudines admouebi-
mus, nitro prius est perfricāda, vt scilicet in-
caleseat, & vt sanguis ex alto in summum euo-
cetur. Aut certè inungenda aliquo calorifico
& ex profundo in summum trahente medi-
camento. Aut si prædictis fueris destitutus,
saltem vnguibus scalpēda pars erit. ita enim
promptius apprehēdēt. Priusquam verò ad-
hibeantur hirudines, in vas purum tepida
aqua plenum & amplum iniicere eas oportet:
dein spongia cōprehensas, & abstersas, sordi-
búsq; purgatas, manib⁹ admouere. Vbi admo-
tæ fuerint, iámq; adhæserint, oleū tepidū par-
ticulæ infundēdū erit, ne refrigeretur. Hac. n.
refrigerata, sanguis nō facile sequitur, vt qui
à frigore crassecat, & ad interiora pellatur.

*Quomodo
pars cui sunt
admouendæ
hirudines, sit
preparanda.*

*Quomodo
parti iam pre-
paratæ sint
admouendæ
hirudines.*

*Quid post ad-
motas hiru-
dines sit facien-
dum.*

METHO. PERVENIENDI

Quod si manibus aut pedibus admouebuntur, ipsam partem aquæ cui insunt hirudines, immergere oportet, quòd ita sua sponte, citra manuum nostrarum operam, eam apprehendent. Vbi autem partem iam adhæserint, nec admodum sanguinem attraxerint, forfice caudas earum præcidemus. Quippe sanguine effluente, trahere non desinent, donec ipsi aut salem aut cinerem ori ipsarum insperferimus. Postquam verò deciderint, cucurbitula apposita virulentiam earundem elicere conuenit. Aut si cucurbitularum usus displicuerit, sponsia pars cui admotæ sunt fouenda. Hæc enim, præsertim ubi noua fuerit, manifestè desiccatur, adeoque virus quod relictum est discutit ac dissipat. Quod si è foraminibus cutis cruentæ effluerint lachrymæ, cuminum, cui desiccandi & fluxiones compescendi inest facultas, aut farinam emplasticam, & obturandi vim obtinentem, inspergere oportet. Dein partem lana quæ exiguo oleo est imbuta, inuoluere conuenit. Lana enim cõmodissimè, vt etiam Dioscorides attestatur, vulneribus imponitur. Oleo verò cui obturandi vis insit, imbuta, efficacior fit. Si verò sanguis cum impetu erumpat, linteam aceto imbutum iniiciendum. Acetum enim, vt testis est Dioscorides, adstringit, erumpentemq; vnde cūque sanguinè in succidis lanis aut spõgia impositū sistit. Aut galla

vsta

*Quid faciendū
vbi iam partem
adherent.*

*Quæ ratione
efficiendum
vt decidant.*

Spõgia noua.

Lana.

vsta, aut spongia pice liquida madens, & dein vsta imponenda. Habēt enim hæc omnia glutinandi facultatem. Porrò hirudines non eū qui in profundo est sanguinem eliciunt, sed eum tantum qui carni adiacet, ideo cucurbitularum vice iis vtimur. Detrahendæ autem sunt, vbi dimidiam vitiosi ac redūdantis sanguinis partem esse extractā conicimus. Prohibemus verò nec permittim⁹ effluere donec quod satis sit excretum fuerit, quòd particula tum ab hirudinibus natura frigidis, tum ab ambiente refrigeretur. Retinendum igitur aliquid sanguinis erit, vt hinc pars incalescat.

Quem sanguinem hirudines eliciant.

Quando detrahendæ.

De balneis naturalibus. CAP. XXXIII.

IN genere eorum quæ vacuant, balnea esse etiam recensenda nemo est qui nesciat. Quæ verò duplicia sint balnea: (quædam enim naturalia, quædam verò arte confecta) de iis quæ naturalia sunt primū dicemus. Naturalia autem vocamus, quæ per se aut sponte sua naturaliter ve proueniunt & scaturiunt. Hæc alio nomine, quòd calefaciendi propemodum omnia vim habeāt, thermæ hodie appellantur. Porrò balneorum naturalium quædam sunt nitrosa, quædam salia, quædam aluminosa, nonnulla sulphurea, alia bituminosa. aliqua ferri, aliqua æris, aliqua cupri, aliqua auri qualitatem obtinent: quædam ex pluribus horum consistunt. Est verò in vniuersum omnium aquarum quæ

Duplicia balnea.

Naturalia.

Thermæ.

Balneorum naturalium differentie.

Vniuersalis

METHO. PERVERNIENDI

balneorum naturalium vis. medicam præ se vim ferunt, Galeno etiã lib. I. de tuen. sani. cap. 6. attestãte, vis exiccandi: sed quædam cum exiccatione simul egregie calefaciunt, quædam exiccando constringunt & refrigerant. Speciatim verò quæ salsa & ærea sunt, frigidis & humidis præter naturam corporib⁹, & eiusdem generis morbis diuturnis conueniunt. Propterea medentur articulorũ doloribus, podagræ, resolutioni, nephritidi, asthmaticis, fracturis callosa substantia indigentibus, vlceribus manantibus, inflammationib⁹ diuturnis, & iam induratis. Salsa verò & nitrosa capiti habilia sunt, thoraci fluxionibus obnoxio, ventriculo humidiori, hydropicis, & omnibus laxis tumoribus. Aluminosa autem sanguinis reiectioni, ventriculo vomituri, hæmorrhoidibus immodicè profluentibus, mulieribus quæ nullo ordine aut immoderatè purgantur, & iis quæ sine manifesta causa frequenter abortiunt. His denique qui immodicè sudant, & tardius concoquunt, tibiæ œdematis, & varicibus congruunt. Sulphurea neruos emolliunt, & calefaciunt, tenesmi dolores mitigant, ventriculum tamen exoluunt & subuertunt. Cutis superficiem vacuant, ideóque alphis, leucis, impetiginib⁹, lepris, scabiei, vlceribus antiquis, articulorum defluxui, lieni indurato, iecori, vtero, resolutionibus, coxendicibus, & pruritu profunt. Bituminosa caput implent, & sensuum

Salsa & ærea

Salsa & nitrosa.

Aluminosa.

Sulphurea.

sensuum instrumenta offendunt, constanter
 autem calefaciunt, & temporis progressu e-
 molliunt, præsertim vterum, vesicam, & co-
 lum. Quæ æris qualitatem obtinent, ori, ton-
 fillis, vix, & oculis excellenter profunt. Fer-
 rea, ventriculo & lieni accommodata sunt. *Aerea.*
 Cuprea articularum doloribus molestatis, *Ferrea.*
 podagricis, asthmaticis, nephreticis, vlceri-
 busque malignis auxiliatur. *Cuprea.*
 Aurea colicis do- *Aurea.*
 loribus, voluulo, fistulis, podagricis, ac mali-
 gnis vlceribus succurrunt. Quæ ex mixtis qua-
 litatibus constât, pro cuiusque vincetis qua-
 litatis ratione agunt. *Mixta.* Ex prædictis facillimû
 erit cuius, omnium Germaniæ vſitatarum
 thermarum facultates diiudicare, modò ea-
 rundem mixturam ac constitutionem per-
 spectam habeat. Ne quid verò hac in parte
 medicinæ candidati desiderare queant, ha-
 rum non tantum vt sunt à nonnullis obser-
 uatæ, & experientia cognitæ, mixturas, sed
 & vires breuiter admodum perstringam. In
 thermarum celebrium numero meritò sibi
 primas vendicant in Curiensi diœcesi sitæ, *Piperina bal-*
 quæ Germanis nostris Pfeffers bad, hoc est *nea.*
 piperina balnea vocantur. Hæ quidem auri,
 sulphuris & nitri mixtura constant, nec ea-
 rum aqua continuo & perpetuo manat, sed
 tertio die Maij erumpens, decimoquarto
 Septembris sese iterum subducit. Capitis do-
 loribus mirificè conferunt, memoriam ro-

METHO. PERVENIENDI

borant, visum auditumque acuunt, cerebri obstructions ac nervorum auferunt, articulorum doloribus, vlceribus, fracturisque ossium conducunt. Hoc loco non pigebit etiam meminisse earum thermarum quæ in Lothoringiæ sunt montanis, & Plumberbad, quasi plûbea balnea, propter copiosam plumbi mixturam, appellantur. Constat plûbi, sulphuris, & aluminis mixtura. Malignis & curatu difficilibus vlceribus, cancro, phagedænis, fistulis, elephantix recens cœptæ, & omnium cutis vitis auxiliatur. Inter thermas autem Germaniæ iis ideo locum esse voluimus, quod in has Germani, vt etiam aliarum nationum homines, frequentes commigrêt.

*Plumbea bal-
nea.*

*Badenia Hel-
uetiorum.*

Haud procul à Badeniis Heluetiorum salubres aliæ habentur thermæ, quarum mixtura è copioso sulphure & exiguo alumine existit. Frigidis & humidis capitis ac cerebri malis, lethargo scilicet, amissæ memoriæ, & id gen^o aliis profunt. Calefaciunt & exiccant ventriculum, eiusque concoctionem iuuant, iecoris & lienis obstructions tollunt, detetos menses euocant, & sterilitatem auferunt. Mulieribus præterea magis quàm viris conueniunt.

*Badenia Mar-
ebonis.*

Sunt & in inferiori Badenia, vbi Marchio residet, balnea miræ efficacix, quorum mixtura ex sulphure sale & alumine existit. Conferunt difficilè spirantib^o, & asthmaticis, doloribus articulorum, & podagræ, à frigidis humoribus

moribus ortis, hydropicis, vteri morbis frigidis, albo potissimum fluori. Conceptionem adiuuant, ac sterilitatem remouët, & in summa vteri malis frigidis & humidis, præ cæteris balneis mirifice conueniunt. Vlcerebus & cutis vitiiis medentur. Porrò in ducatu Vvirtembergensi non ita procul à Chalb vocato oppido thermæ sunt Cellenses, Germanicè *Balnea Cellē* Cellerbad, ab oppidulo Cella dictæ, quarum *sta.* mixtura modico sulphure, alumine, & cupro constat. Succurrunt diuturnis febribus ex pituitosis simul & biliosis humoribus ortis, vlcerebus diuturnis & malignis, articulorū doloribus, caninæ appetentiæ: ac præ cæteris thermis iis qui calido & sicco temperamento sunt præditi, conueniunt. Haud procul à iam dictis sunt aliæ thermæ, quæ à Martiana syl- *Martiana syl* ua (sic autem Romani superiorē Hercinijne- *ua.* moris partē vocant) Germanicè Schvartz- *Balnea ferina* vvaldbad, vel Vvildbad, hoc est ferinæ nominantur. Ex copioso sulphure & exiguo alumine harum existit mixtura. Sunt tamen qui cupri & nitri mixtionem accedere putent. Vnicè capitis malis frigidis, resolutioni nimirū, conuulsioni, stupori, & similibus auxiliantur. Instrumenta sensuum roborant, tinnitum aurium, iccoris & lienis obstructions tollunt, hydropicis, & iætero laborantibus, renum & vesicæ calculis, ventriculôque succurrūt. Appetentiam denique excitât, & propemodum

METHO. PERVENIENDI

omnia quę Marchionis thermę possunt. Viris tamen magis quàm mulieribus competunt.

In eodem ducatu Vvirtembergensi ad Geppingam oppidum Thermę sunt, quę Germanis Saurbrun, hoc est acidus fons appellantur. Ex acidis, quibus exigua sulphuris portio accessit, harum mixtura constat. Profunt partibus corporis luxatis, ideoque ventriculum ac ięcur potissimum corroborant. Hydropicis, & regio morbo correptis, humoribus putrefactis, voluuloque opitulatur. Lıbricos quoq; si bibantur, enecant. Confimilis prope mixtura est earum thermarũ quę in Au sunt supra Rotenburgum oppidum ad Nicerum situm, copiosiore tamen sulphuris portione constant, ideoque prioribus minus acidę, magisque calidę existũt, maiori etiam exiccandi eorum quę in partium cavitatibus delitescunt, facultate præditę. In extremo amœnissimę vallis Andegauiçę thermę receptę sunt patrum nostrorum ætate, recentibus sanandis vulneribus mirum in modum conducibiles. In finibus lacus Podmici, quę Constantiensem vocant, thermę habentur

Fons acidus Geppingensis.

Fons acidus in Au.

Balnea Andegauiçę.

Balnea Embs Embs dictę, aluminis & nitri mixtura participantes. Conferunt doloribus capitis, nervorum resolutionibus à coli doloribus factis, & vlceribus malignis. In Alsatia prope Gebersvveiler thermę sunt mixtura aluminis, nitri & ferri constātes. Opitulatur lienosis, quartana

tana laborantibus, vlceribus sordidis, & omnibus vitiis cutis. Apud Elembogum in Bohemia oppidum thermæ sulphuris & aluminis mixturam participât. Quapropter facultates earundem ex iis quæ iam commemorauimus, satis notæ erunt. Vvisbadenses thermæ ex sulphure, alumine & exiguo nitro constant. In Boioaria sunt thermæ quas Gastein lingua Germanica nominât. His quidem vehemens adstrictoria & exiccatoria facilitas inest, adeoque corporis excrementa omnia dissipant & absumunt. Imprægnandi facilitatem vteribus mulieribus pariunt, atque ne abortiant grauidæ, prohibent. Denique apud Abudiacum Baioariæ castellum supra Rhegnioburgum, Abach Germanicè appellatæ, quæ sulphuris aluminis & nitri mixtura constant, thermæ sunt. Odore oua frixa referunt. facultates earundem, vt reliquarum omnium, faciliè ex prædictis cognosci possunt. Porrò aquarū spontè natarum thermas, sensim ac leuiter ingredi oportet, vt vis laxo & soluto corpori occurrès interiora penetret. Qui enim turbulente ingrediuntur, horum corpora inhorrescentia densantur, neque qualitates aquarum suscipiunt. Cæterum fontibus aquarum bituminosis & sulphureis caput subiiciendum non est. facile enim vitiatur.

Balnea Elembogum.

Balnea Vvisbadensia.

Balnea Gastein.

Balnea abudiacæ.

Quomodo thermis vtiendum.

METHO. PERVENIENDI

De balneis artificialibus. CAP. XXXV.

HAtenus qua potuimus breuitate natura-
 lium balneorum mixturas & vires enar-
 rauimus, reliquum igitur est vt ad ea quæ ar-
 te parantur, veniamus. Fuerunt autem balnei
 arte parati apud veteres quinque partes. *Prima*
Græcis ἀποδύτηγιον, ἀπὸ τοῦ ἀποδύειν, quod exu-
cre significat, Latinis verò tepidariū vocabatur.
 In hac quidem parte, quæ tepida erat, vt
 latina eius appellatio satis indicat, balneatu-
 ri se exuebant, vnde etiā Apodyterij nomen-
 clatura emanauit. Altera balnei pars Græcis
πυρρατήγιον & ἰπιδιανήγιον, Latinis caldariū, Senecæ
fudatorium, aliis laconicum, quòd eo ad pro-
liciendum sudorem peculiariter Lacones vsi
 sint, nominatur. Quod eleganter ac breuiter
 iis carminibus libro. 6. Epigramm. expressit
 Martialis, inquiens.

Ritus si placeant tibi Laconum,
 Contentus potes arido vapore
 Cruda virgine, martiâque mergi.

Ξηρὸς δόλος.

Galenus hanc partē multis in locis *Ξηρὸν δόλον,*
 hoc est, siccam testudinem appellauit. Quip-
 pe fornicem habuit concameratum, seu locū
 in se recuruū, in quo succensus ignis calidos
 atque siccos vapores emittebat, ad sudorem
 eliciendum: quales certè fornices hodiernis
 etiam temporibus in nostris balneis esse con-
 spicimus. Libro autem tertio de tuenda sani-
 idem Galenus *βαλανείον* nominauit. Hanc par-
 tem

βαλανείον.

Balneorū arti-
ficialium par-
tes quinque.

Prima.

ἀποδύτηγιον.

Tepidarium.

Secunda.

πυρρατήγιον,

ἰπιδιανήγιον.

Laconicum.

tem hodie aëreum appellant balneum, quod ^{Aerium bal-}
 eo vtentes in aere versentur calido, qui vel à ^{neum.}
 calidis & ficcis vaporibus ab igne delatis, vt
 comprehensum est, vel calidis & humidis ab
 herbis in vase aliquo decoctis transmissis, aut
 aqua candentibus & ignitis lapidibus infusa
 excitatis vaporibus paratur. Tertia pars bal- ^{Tertia.}
 nei solum calidum erat. Solum autem nihil ^{Solum.}
 aliud fuit quàm cisterna, aut piscina, aut vas
 in quo homines sedentes in aqua calida laua-
 bantur. Hinc aliis lauacrum & labrum dictum
 est. Galenus ab infesū & desesū ^{εμβασιν πολυμ} ^{εμβασιν}
^{βιβραν, & δεξαμενην} nuncupauit. Quarta pars fri- ^{πολυμβιβραν}
 gidius erat solum, in quo corpus priorib⁹ ex- ^{δε δεξαμενην}
 haustum, nimisque laxatū, refrigerabatur, de- ^{Quarta.}
 sabatur, ac firmabatur, vt paulò post fufius di-
 cemus. Quinta pars balnei talis erat, vt in ea ^{Quinta.}
 postquam omnia rite essent peracta, post fri-
 gidi solij vsu iterum sudaret, omniaque ex-
 cremēta citra refrigerationis noxam vacua-
 rentur. Ibi etiam tandem sudorem deterge-
 bant. Galenus libro decimo therā. metho. ca.
 10. vbi ex professo de balnei partibus agit, pri-
 nam silentio transit. Plinius tamen libro. 5.
 episto. sexta, hui⁹, vt etiam aliarum omnium,
 disertè meminit. Porro nostra balnea aliqua ^{Νοστρου βα-}
 etiam ex parte antiquorum referre viden- ^{νεοι μη ταιος}
 tur. Habemus enim tepidarium, quanquam
 rarissimè alteri parti continuum, in quo pri-
 mūm vestes exuimus. Dein calidariū, in quo

METHO. PERVENIENDI

abundè sudamus, veterum per omnia exprimit. Neque desunt folia, calida potissimum. Frigido enim vti hodie inusitatum est, nisi æstatis tempore, dum fluuiis se Germani nostri lauant. Desideratur etiam pars vltima, cui tamen, modò cõtinuum sit, tepidarium in quo denuo vestibus induimur, aliquo modo respõdet. Hactenus balnei partes recẽsumimus, nunc quæ sit earundem vis & facultas, breuiter commemorabimus. Prima quidem pars quali præparatio quædam ad alterã erat. Secunda materias per totum corpus tum calefacere, tum verò fundere seu liquare: præterea quæ inæqualia sunt, æquare, & cutim laxare, ac multa quæ sub hac detenta fuerunt vacuare potest: vt meritò nobis exercitij interdum neglecti vicem suppleat. Tertia pars, hoc est calidum aquę dulcis folium, Galeno libro tertio de sani. tuenda capite tertio teste,

„ si media temperie sit, calefacit & humectat:
 „ sin tepidum sit, humectat & infrigidat. Quod
 „ si verò iusto calidius sit, calefacit quidem,
 „ sed non perinde humectat; quippe horrere
 „ corpora, contrahique ac densari exiles eorum
 „ meatus cogit, ita vt nec madescere ab
 „ extrinsecus accedente humore queant, nec
 „ excrementi quod intus latet quicquam vacuare & emittere. Quod itaque moderate
 „ calidum fuerit, madorem vtilem solidis partibus immittere potest, fatigationem ac lassitudinem

Partium balnei facultates
Primæ.

Secundæ.

Tertiæ.

„ situdinem soluere, plenitudinem discutere,
 „ dolorem mitigare, per halitum digerere,
 „ duras tenſasque partes emollire, excremen-
 „ tum liquamentumve, ſi quod intus ad cu-
 „ tem hæret, euocare, ſtatus diſſundere, ſom-
 „ numque allicere. Tepidum verò febribus
 exiccantibus, & præſertim iis quæ immodi-
 cam ſitim excitant, vehementibus ſolis exu-
 ſionibus, & ſcabioſis exanthematis confert.

Quid multa? calidum ſolium commodiſi-
 mum eſt pueris, ſenibus, viro & mulieri. Cæ-
 terum poteſt interdum medicus coniectis
 nonnullis in aquam dulcem; aut in eadeco-
 ctis herbis balneum quod diſcutiendi facul-
 tatem habet, adornare. Quorum tum præci-
 pius ſit uſus, ubi habitum corporis attenua-
 re volumus, ut in pinguibus & obefis, & ubi
 in aliquo malo vel totum corpus, vel ali-
 qua eius pars in tumorem attollitur, ver-
 bi gratia abdomen, teſtes, & pedes, ut hy-
 dropicis contingit. Utimur etiam iis in vl-
 ceribus ex fluxione propter vniuerſi cor-
 poris plenitudinem natis, aut varices vl-
 cერი ſubiacentes. Diſcutiendi autem vim
 induunt balnea, ſi aliqua ex iis aquæ inii-
 ciantur, ſales nimirum, nitrum, aut ma-
 rina aqua calefacta, aut mel admixtum,
 aut ſtaphis agria aquæ incocta, aut cinis
 ficulneus, aut vitis tranſcolatus,

f ij

*Balneum ex
 herbis diſcu-
 tiens.*

METHO. PERVENIENDI

ri baccæ aquæ incoctæ, sulphur viuum in aqua elotum, adarce, aut alumen incoctum.

Quarta.

Quarta pars, id est solium frigidum, vniuersum corpus firmat, ac robustum reddit, cutem indurat & densat. Optimum itaque ad externa nocumenta arcenda præsidium est. Non tamen omnibus conuenit, sed iis tantum qui inculpatè sani sunt, & qui exacta victus ratione, & laboribus, cibisque commodissime vtuntur. Non sint etiam qui eo vtuntur, ex concubitu vel alia occasione defatigati, non cruditate laborantes, aut qui paulò antè vomuerunt, neque ventriculo male affecti, neque diuturnas vigilias perpessi. Præterea neque senibus neque mulieribus competit, potissimum si diutius in eo morentur.

Solium frigidum quibus conuenit.

Solis itaque iuuenibus, & mediocriter carnosissis, assuetis, nec omni tempore, sed æstiuo tantum prodest. Prius etiam frictionibus præcalesciendum corpus, quemadmodum copiosius lib. 3. cap. 178. Aëtius docet.

De Sudore. CAP. XXXVI.

Sextum genus eorum quæ corpus nostrum vacant, sudor est. Cuius quidem prouocatio tum potissimum utilis & necessaria est,

Sudor quâdo prouocandus. ubi noxius aliquis humor interiora corporis infestat, vt in febribus, potissimum pestilentialibus

tialibus, eōtingit. Elicitur verò variis modis, *Modi elicien-*
di sudoris.

nempe sicco calore laconici, ignitorū & fer-
 uentium lapidum, arenæ calidæ, solis, & simi-
 lium. Præterea fomento calorifico, aqua ni-
 mirum calida in vtre, vel vesica, vel vasculo
 æneo aut testaceo adhibita. Sudorem etiam
 chamæmelum aridum tritumque & oleo in-
 sperſū, si summę cuti valide infricetur, elicit.

Itē fefeli, pyrethrū, anisum, similiter oleo in-
 sperſa. Præterea nitrū toſtū, & non omnino
 tenue, cum oleo efficax est. Ad hæc salis flos
 oleo tēperatus, & liquor cyrenaicus aqua di-
 lutus corpori infricatus, epotūsque ciceris
 magnitudine. Pari modo calamintha & po-
 ta cum mullā, & extrinsecus cum oleo infrica-

ta. Cæterum medicus in morbis acutis, febrili-
 bus præsertim, summa diligentia sudoribus *Sudoribus*
 attentus sit, videâtque qui boni, quique mali *quando potissi-*
 sint: quòd scilicet ex iis multa prædicere li- *mum atten-*
 ceat, vt copiosè admodum Hippocrates se- *tum esse oportet:*
 ctione quarta aphorismo. 36. & sequentibus *medicū.*

» Hippocrates in prognosticis testatur, in o-
 » mnibus morbis acutis censentur, si in die-
 » bus decretoriis orientur, febrémque finiant,
 » aut vbi æqualiter toto insudante corpore, æ-
 » ger morbum facilius sustinere videtur. Con-
 » trà inutiles, qui id efficere haud possunt. Pes-
 » simi vero omnium sunt frigidi, & vbi caput
 » duntaxat, aut facies, aut ceruix insudat: vt

f iij

METHO. PERVENIENDI

Circa sudorē morbum diuturnum fore significant. *Circa quid considerandum.* sudoris verò rationem considerandum erit hunc vel immodice digeri, vel indebite retineri: id quod, vt testis est Galenus libro de sympto differē. capite septimo, fit aut propter cutis, aut propter aliquem excreticis vel re-
 triticis facultatis affectum, aut propter humorum ipsorum naturā. Nam ob cutis densitatem indebite retinetur, at ob eiusdem raritatem nimium profluit. Propter verò excreticis facultatis imbecillitatem indebite retinetur, & propter excreticis nimium motum immodice excernitur. Si autem immodici in corpore tenuēsque succi sunt, immodici quoque sudores fiunt: vt si pauci &

In eliciendo sudore virtus cōsideranda.

6. *Epidē. p. 2 apho. 21.*

Medicorū insatia in anglico sudore curā do notatur.

In eliciendis verò sudoribus, vt in omnibus etiam aliis vacuationum generibus, vnice cauendum medico erit, ne is immodicus sit, & vires plane deiciat. Proinde Hippocrates etiam in Epidēmiis monere voluit, vt in sudore eliciendo ac prouocando diligenter quantum sit per eum vacuandum consideremus, ne scilicet nimium vacuando vires deficient, adeoque æger in summum vitæ discrimen perducatur, quemadmodum superioribus annis quum sudor Anglicus vocatus per vniuersam propemodum Germaniam nostrā grassaretur, accidisse constat: idque medicorum, imò

imò carnificum potius consilio, qui non tantum plebeios aliquot, sed etiam principes & potentes immodica sudoris prouocatione interfecerunt. Porro quum per exercitia maxime sudor eliciatur, sub hoc caput etiam quicquid supra de exercitiis & frictionibus à nobis dictum est, referri potest. Neque enim necesse est vt de his peculiare hic caput subiiciamus, sed ad alia potius vacuationum genera progrediemur.

De inedia. CAP. XXXVII.

Inter ea quæ corpus tam sanum quàm ægrū vacuant, inedia seu abstinentia etiam connumeratur. Quæ quidem non per se, sed ex accidente vacuat, nullo scilicet in locum eius quod fuit vacuatum, accedente alimento, vt sect. 2. apho. com. 17. & sect. 4. com. 2. testatur Galenus. Duplex autem inediæ genus existit. Est enim in qua nihil prorsus cibi aut potio- nis assumitur, quam propriè inediam vocamus. Altera in qua non nisi quod oportet, & ad virtutis conseruationem satis est, ingeritur, quam propriè abstinentiam dixeris. Est autem vtriusque non contemnenda vtilitas. Nihil enim est quod magis iuuet tum sanos, tum ægros, quàm tempestiua inedia & abstinentia. Sani enim haud facilè morbos incurrunt, si abstinentia commode fuerint

Inedia ex accidente vacuat.

Duplex inedia genus.

Abstinentia.

Vtilitas inedia.

METHO. PERVENIEN DI

6. Epid. p. 4.
apho. 20.
 vfi. Quod Hippocrates liquide testatur, dum
 in Epidemias scribit, sanitatis studium esse nō
 fatiari cibis. Plinius etiam libro. 18. cap. quin-
 to, multo vtilissimam esse in cibis temperan-
 tiam dixit. Laborantes præterea morbo sic
 interdum iuvat abstinentia, vt ea morbus ma-
 gna ex parte expugnetur. Cæterum in im-
 ponenda inedia medicus accurata diligen-
 tia considerabit qui hanc ferre possint, &
 qui minus. Nam exiguo sanguine præditi, sani
 etiam, inediam longam ferre haud possunt.
 Quod attestatur libro secundo de tempe. ca-
 pite quinto Galenus, vbi ita scriptū reliquit.
 " Qui angustas venas habent, exigui sunt san-
 guinis, nec longam inediam ferunt. Quibus
 " latæ, his copia sanguinis est, & citra noxam ci-
 " bo abstinent. Quod ad ætates attinet, senes,
 hoc est qui in prima parte senectutis constitu-
 " ti sunt, Hippocrate teste, facillime inediam ac
 " ieiunium tolerant, secundo loco qui constan-
 " tem ætatem agunt: nullatenus adolefcentes:
 " omnium verò minimè pueruli, præsertim illi
 " qui inter ipsos fuerint alacriores. Qui autem
 in extrema parte senectutis constituti sunt,
 inediam & famem tolerare nequeunt, ideò-
 que crebro, paucis tamen cibis, sunt reficiendi.
 Inediã quoq; nō ferūt biliosi, & qui calorē ad
 igneã naturã propensiorē habent. in iis enim
 febres accendit, succòsque biliosiores ac a-
 marulentiores reddit, frequentes item cordis
 stomachi

*Qui inediam
 ferre haud pos-
 sunt.*

1. apho. 13

stomachive morsus, & inquietudinem, omnia denique excrementa acriora malignioraque efficit. Contrà inediã facilè tolerant, qui crudis humoribus referti sunt, quòd scilicet ex crudis ipsi quos continet succis corpus alatur, utpote veluti ex dimidio coctis. parum itaque alterati nutrire corpus possunt. Præterea inedia non utendum nisi in iis qui valentioribus sunt viribus, & morbis concoctu difficilibus. Proinde ut inedia si tempestive, & iis quibus convenit, adhibetur, mirifice confert: ita vicissim si intempestiva fuerit, & iis quibus non confert imposita, vehementer incommodat. Diligenter igitur à medico considerandum erit, quibus inedia, & quibus nequaquam sit iniungenda.

Qui inediã tolerant.

De somno vacuante. CAP. XXXVIII.

NON omnis quidem somnus, nec quo cunque tempore factus, sed is primum qui fameficiente iam corpore fit, vacuat. Nam calor nativus per somnum interiora corporis petens, quum non inueniat cibum quem conficiat, vtilem solidarum partium corporis humiditatem absomit, adeoque corpus ipsum necessario siccat, extenuat, & vacuat. Quod Hippocrates quidem lib. 2. de victus ratione in eum scribens modum confirmat. Somni, inquit, ieiunum attenuant & refrigerant, humidum quod inest vacuantes. Qui verò plus

Somnus qui vacuat.

A fame factus.

METHO. PERVERNIENDI

„ calefaciunt, carnem colliquant, & corpus dif-
 „ fundentes exoluunt, ac imbecillum reddunt.
 „ Saturum autem calefacientes humectant, &
 „ alimentum in vniuersum corpus diffundunt.

Ab exercitio. Hæc ille. Dein vacuat & is somnus qui ab ex-
 exercitiis & matutinis deambulationibus fit,
 eadem planè ratione qua in famelcentibus,
 præsertim si multus fuerit. Vacuant enim
 corpus exercitia: idèoque calor natiuus per
 somnū interiora petens, quod concoquat &
 conficiat non inueniens, in solidas corporis

partes agit, easque depascens, corpus exte-
 nuat ac tabefacit. Quod Hippocrates in Epi-
 demiis ita scribens innuere voluit. Somnus
 multus immodice vacuatum exiccat. Et in li-
 bro 2. de victus ratione, vbi ait. A matutinis
 deambulationibus somnus omnium maximè
 siccat. Præterea somnus à balneo vacuare so-
 let. Quippe balneum suo calore cutem laxat,
 & quæ sub hac contenta sunt vacuat: idèoque
 reuocato ad interiora corporis per somnum
 statim subsequenter calore natiuo, ea quo-
 que quæ in profundo corporis sunt absumū-
 tur. Quid multa? somnus immodicè vacua-
 tos, siue id fiat medicamentis, siue exercitiis,
 siue balneis, siue aliis præfidiis, exiccat & exte-
 nuat, vt etiam lib. 14. the. meth. cap. 15. & lib.
 6. de tuenda sani. ca. 7. Galenus monstrat.

6. Epid. par. 5
 pb. 31.

A balneo.

Somnus im-
 modice vacua-
 tos: exiccat &
 extenuat.

De urina prouocatione. C A P. XXXIX.
 Non

Non raro accidit vt *Superuacua* corpo-
 ris per vrinam vacuentur, quod potissi- *per vrinam*
 mum in laboriosis fit febribus, quemadmo- *vacuantur.*
 dū Hippocrates in aphorismis iis attestatur
 » verbis. Quibus spes est ad articulos futurum *4 Aph. 74.*
 » abcessum, eos liberat ab abcessu vrina mul-
 » ta, crassa, & alba prodiens, vt in laboriosis fe-
 » bribus quarto die nonnullis exire incipit.
 » Quum itaque natura interdum corporis ex-
 crementa per morbos vrinæ excretionem ex-
 purget, debet etiam medicus vrinæ prouoca-
 catione in plerisque vti morbis. Est autem *Quando vri-*
 huius præsidij tum præcipuus vsus, vbi ob- *ne prouoca-*
 structio, vel humorum redundantia circa iecur, *tione vitendū.*
 eius potissimum gibba, renes, & vesicam
 fuerit. Neque temerè adiectum est, eius potis-
 simum gibba. si enim in cauo fuerit obstruc-
 tio, tum per aluum potius quæ obstructionē
 faciunt, purgare oportet. Cuius quidem rei
 grauissimus testis est Galenus lib. 7. the. me-
 tho. cap. vltimo, & 13. the. cap. 13. & lib. 2. ad
 Glauconem, vbi in hanc sententiam scribit.
 » Sicut iecoris cauū per aluū purgatur, ita gib-
 » ba eius per ea quæ modice vrinam mouent.
 Quæ autem sint medicamenta mouentia v-
 rinas, è libro 5. Simplicium cap. 12. discendum
 erit, & aliis quæ illum sequuntur. In prouo- *Quando ab*
 canda verò vrina vnice considerandum e- *vrinæ prouo-*
 rit, num phlegmone aut exulceratio sit in *catione cauē-*
 renibus, vesica, & aliis vrinæ instrumentis. *dum.*

METHO. PERVERNIENDI

Quippe si aliquid horum adsit, vrinam mo-
 uentibus nequaquam vtendum erit: quoddā
 laborante particula longissime tum auelle-
 re, nequaquam ad eam trahere cōueniat: quē-
 admodum lib. 13. the. metho. cap. 6. Galenus
 in eum scribens modum diligenter admodū
 » monuit. Præceptum in contrarium auersio-
 » nis, in omnibus commune est. Neque igitur
 » quum vel circa sedem, vel aliquam huic vici-
 » nam partem initium phlegmones incidit, al-
 » uum deiciēs: neque quum in vesica, vel cole,
 » vel renibus coepta, medicamenta quæ vrinās
 » prouocent, bibenda dabis. Nec si mulieri in
 » vtero, vel pudendo infedit, menses huic mo-
 » uebis: sed ad partes quæ maxime longinquæ
 » sunt, semper auersionem facies.

De uacuatione per os. CAP. XL.

Vacuatur per os ea quæ in thorace & capi-
 te redundant excrementa. Quum enim
 thorax, aliāque respirationi seruentia in-
 strumenta, excrementis redundant, ea quæ
 per sputum fit vacuatione opus erit. Quod
 Galenus satis innuit ca. 99. artis paruæ, vbi
 » ita scriptum reliquit. Quæ sunt in spatii tho-
 » racis latioribus, per fauces simul cum tussi va-
 cuanda sunt. In sputi autem ratione conside-
 randum num sputū sit exquisitè illi quod se-
 cundum naturam est, simile. Tum enim inte-
 gram instrumentorum quibus spiratio ipsa
 per-

Sputum.

*In sputi ratio-
 ne quæ consi-
 deranda.*

perficitur, sanitatem significat. Si verò aliqua ratione impediatur, & à naturali recesserit habitu, tantum ea læsa esse demonstrat, quantum de naturali forma amiserit. Diligenter itaque à medico in sputi eductione considerata sunt quæ ab Hippocrate lib. 2. progn. apho. 43. & sequentibus aliquot scripta sunt, de quibus infra fufius dicemus. Quæ verò in capite sunt excrementa, ea per medicamenta in ore retenta, ac commaducata, *ἀποφλεγμῶν* Græci vocant, barbari nostri temporis *Apophlegmatismi.* masticatoria, vacuantur. De quibus lib. 2. de *Masticatoria.* compo. medicamen. hodie vfitata cap. 26. abũ de scripsimus.

De uacuatione per nares.

CAPVT XLII.

PER nares vacuant medicamenta sternutationes cientia, & errhina Græcis, nasalìa *ῥιζίνων.* & caputpurgia barbaris appellata: de quibus copiose lib. 2. de compo. medi. hodie vfitata cap. 25. diximus; Inter vacuationes quoque quæ per nares fit, profluuium sanguinis nariũ continetur. Qua quidem vacuationis ratione natura multos morbos curat atque iudicat, quemadmodum Hippocrates in prognostic. & Epide. libris, & Galenus lib. 3. de iudiciis, multisque aliis locis demonstrant. Cæterum sanguinis ex naribus profluuiũ, cerebri *Sanguinis na* præcipue obstructionibus, & à capite factis *profliu-*

METHO. PERVERNIENDI

uim quibus
confert.

destillationibus cōfert. In hoc ipso verò medicus vnice consideret, quando constringendum, & quando minus. Nam quum ex sanguine ali omnes corporis partes constet, non est temere ad illius vacuationem, ex quacunque corporis parte fiat, conuiuendum. Quod si itaque ob multitudinem, vitiosi præsertim sanguinis, profluuiū sanguinis è naribus excitatum sit, minime restringendum erit. Non enim sine magno incommodo noxiorum vacuatio impeditur. Iuuanda igitur potius natura in expellendis noxiis erit, quàm in suo motu impedienda. Quod si verò sanguis qui vacuatur, bonus fuerit, virtusque ipsa imbecilla, confestim restringendus erit. Quocirca si vitiosus fuerit qui è naribus manauerit sanguis, huic profluuiio, virtute maxime constante, tantisper acquiescendum, donec noxia effluerint. Quod si autem immodicū esse sanguinis è naribus profluuiū senserit medicus, ad ea quæ id ipsum restringere possunt medicamenta se conferat. Quæ singula breuissima hac sententia Hippocrates innuere voluit in-

» quiens. Sanguinis è naribus profluua quib⁹

» parum acquieuius, sicco medicamento ob-

» struere oportet. Aliis autem obstruentibus

» non est opus. Vbi verò alba è naribus proflu-

» xerint, sicco, vt galla & alumine, obstruere cō-

» uenit. Plura de profluuiio sanguinis nariū in

medendi ratione nostra diximus.

6. Epide. par.
3. aph. 18.

De

INter ea quæ corpus vacuant, etiam mensium *Mensium pro*
 recensetur profluuium. Hoc ipsum enim non *fluuij utilitas.*
 alia de causa mulieribus statis temporibus acci-
 dit, quàm vt per illud vniuersum expurgetur
 corpus, sanitasque mulierum conseruetur.
 Proinde si menses supprimuntur, diligen-
 ter admodum medicus considerabit numid
 ipsum naturaliter, an præter naturam acci-
 dat. Si enim naturaliter retinentur, nulla in-
 de molestia aut noxa mulieri accidit. *Naturaliter*
 Naturaliter autem retinentur vel ætatis ratione, *quando reti-*
 quòd scilicet iuniores aut seniores sint mulie- *nentur menses.*
 res quàm vt illis fluere menses queat. Nā quar-
 todecimo anno, magna ex parte, menses pri-
 mum erumpere incipiunt. Desinunt verò a-
 liis quinquagesimo, aliis quinquagesimo-
 quinto, paucissimis sexagesimo. Naturaliter
 etiam supprimuntur menses iis quæ in vte-
 ro habent & conceperunt: & extra cõceptionem
 iis quæ lactant. Item saltatricibus, cali-
 dioris temperaturæ mulieribus, exercitiis
 vtentibus, & agrestibus. Nam quicquid in iis
 est excrementi, hoc totum validus calor, &
 exercitationis vehementia, absumunt. Non
 est itaque cur in prædictis, & quibus natu-
 raliter menses supprimuntur, medicus de e-
 uocandis menstruis sit sollicitus. Præter na-

METHO. PERVENIENDI

Præter natu-
ram quibus
detinentur.

turam autem detinentur primùm iis quæ iusto pinguiores aut graciliores sunt. Pingues enim cæteris magis exangues sunt, minimæque & angustas venas habent. Graciliores autem ob diuturnum aliquem morbum extenuatæ, nihil prorsus superuacui sanguinis obtinent. Non profuunt etiã menses quibus sanguis crassus ac lentus est. neque enim propter suã crassitiam vteri venas permeare potest. Sunt quoque aliæ multæ causæ propter quas menses supprimuntur, quarum omnium lib. 3. de meden. morbis ca. 53. meminimus. Vt igitur menses præter naturam suppressi bonã corporis valetudinem destruunt, ita etiam plus iusto promanantes, vt clarissimè in aphorismis in eum scribens modum testatur Hippocrates. Si, inquit, mēstrua immodice fluūt, morbi accidunt: & si supprimuntur, ex vtero morbi eueniunt. Quocirca & in euocandis & in supprimendis mensibus sese prudētē exhibeat medicus, ne scilicet vbi minus oportet euocet, aut citius aut tardius quàm cōueniat, supprimat. Sūt enim ex mulieribus, quibus natura etiam diutius menses profluentes quàm reliquis durent. Quod Hippocrates di-
 5. Aph. 57. » ferte in Epidemiis iis verbis significauit. Mē-
 » strua, inquiens, humidis mulieribus diutius
 » durant quum verò non cito prodierint, intu-
 » mescunt. Atque hæc de mensium profluuio
 hoc loco dixisse satis sit.

6. Epide. par.
1. apho. 6.

De

Hæmorrhoides, venarum quæ anum ambiunt sunt explicationes, per quas natura feculentum sanguinem expurgat. Atque hæc quidem partim à vena porta, partim etiã à caua oriuntur, vt alibi copiosius monstrauimus. Maior tamen copia feculentioris sanguinis per ramum qui à porta nascitur vena, expurgatur, quàm per eum qui à caua oritur, quòd à liene facillime, & breuiori compendio is succus deorsum profluat. Quò itaq; natura magnam feculenti humoris à liene non expurgati & confecti partem per hæmorrhoidas excernat, cuius conspicuum est harũ mediocri profluuiũ à multis nos morbis tutos securósque reddere: hinc non temere Hippo. in Epidemiis ita scriptum reliquit. Quibus hæmorrhoides profluunt, ij neque pleuritide neque pulmonis inflammatione, neq; phagedæna, neque furunculis, neque terminthis, pariter, neq; lepris, neq; vitiliginibus albis corripuntur. Cæterũ non solũ ea vis est hæmorrhoidum promanantiũ, vt à morbis præseruēt, sed & ab iis qui nos iam inuaserũt, prorsus liberant: quod palã etiam Hippocrates in Epidemiis ita scribēs attestatur. Hæmorrhoides ab atra liberant bile, eò q̄ simile per has profluat. Et in aphorismis ait. Melancholicis & renum malo laborantibus hæmorrhoides succe-

Hæmorrhoides.
Hæmorrhoides vnde oriuntur.

Hæmorrhoidũ commoditas.

6. Epid. par. 5. aph. 25.

6. Aph. II.

METHO. PERVENIENDI

6. Aph. 25. „ dentes bonum significant. Et iterum ibidem.

„ In infanientibus si hæmorrhoides superuene-
 „ rint, infanix solutio. Quû itaq; hæmorrhoi-
 des non tantû à futuris morbis tueri, sed & à

Hæmorrhoi- des nõ temere supprimēda. præsentibus liberare queât, diligenter medi-
 co cauendû erit, ne temerè easdē supprimat.
 aliàs. n. multorû morborû, quibus ille cui in-
 opportune, & nulla vrgente necessitate sup-
 pressę sūt, corripietur, autor erit. Hinc est qd

6. Epid. 3 par. in Epidemiis ita scriptum ab Hippocrate sit.

1. Apho. 29. „ Multi intēpestiue ab hæmorrhoidib⁹ sanati,
 „ prædictis morbis mox correpti sunt, & fue-
 „ runt perniciosi. Et in aphorismis. Sanati diu-

6. Aph. 12. „ turnas hæmorrhoidas, nisi vna relicta fuerit,
 „ periculû est aquã inter cutē aut tabem succe-
 dere. Porrò promanantibus hæmorrhoidi-

Cauendum ne hæmorrhoides copiosius pro- manent. bus medicus caueat ne immodicum sit harû
 profluuiû. nam ita virtutem vehementer de-
 iccit, ac interdum aquæ inter cutem propter
 iccoris refrigerationem causa erit.

De uenere. CAP. XLIIII.

Veneris mode **I**nter genera corû que corpus vacuât, venus
 rata cõmeda. quoq; annumeratur. Cuius quidē, vbi mode
 rata fuerit, Aëtio lib. 3. cap. 8. & Paulo lib. 1.
 cap. 35. testibus, multa sunt commoda. Nam
 plenitudinē vacuat, corpus auctum, agile &
 virile magis reddit. Durum corporis habitû
 emendat. mollit enim instrumenta, meatus
 dilatat, atque à pituita expurgat. Quod ad a-
 nimum pertinet, rationis vim impeditam sol-
 uit

uit, ingētes iras remittit. Proinde melancholicis coitus, si quid aliud, remedium est accommodatissimū. Item alio modo infanientibus, integritatē sensuū restituit. Conuenit etiam melancholicis, tristibus, & iis qui hominū cōuersationē oderūt, quos Græci *μισαθρόπνοι* nominant. Optima quoq; venus morbis à pituita natis existit, quod Hippocrates iis etiā verbis in Epidemius significare voluit. Venus, inquit, morbis qui ex pituita nascuntur, cōmoda est. Præterea cibū fastidientibus, eius cupiditatem recuperat. Nonnullos etiā à crebris rei veneræ per somnū imaginationibus liberat. Cæterū vt moderatē veneris multa sunt cōmoda, ita vicissim immoderatæ non pauciora sunt incōmoda. Quippe immodicus & assiduus veneris vsus oculis plurimū nocet, omnibúsq; sensuū instrumētis, capiti, neruis, thoraci, renibus, lūbis, & coxæ. Senectutē quoq; & mortem accelerat, eò q̄ vnuersum robur deterius reddat. Proinde qui immodice vtūtur venere, obliuiosi sunt, tremuli, articularū doloribus, potissimū verò coxendicū, renum & vesicæ vitii laborant. Porro ex anni temporibus ad venerem ver optimum est, autūnus minime, deinde æstas: sed neque hyems propter immodicum frigus admodum conueniens est. Hora verò, Galeno cap. 86. artis medicæ autore, ad coeundum optima est, quum in excessuum mediocritate corpus

6 Epid. par. 5.
aph. 23.

Veneris immoderatæ incōmoda.

Tempus veneri aptum.

Hora coitus.

METHO. PERVENIENDI

fuert constitutum, vbi scilicet neque supra modum plenum, neque vacuum extiterit, aut in calore, aut frigore, aut siccitate, aut humiditate excefferit. Ideoque in venerem congressurus vitare debet recentes satietates ac cruditates, ebrietatem, famem, fatigationem, vomitum, purgationem, & id genus alia corporis robur dissoluentia. Optimum autem est coire à cibo, qui tamen ad satietatem non est ingestus, & ante somnum: id enim robur addit, & frigiditatem fieri prohibet. Quippe subsequens somnus laborem remittit, caloréque ad interiora reuocat, adeoque concoctionem iuuat. Accedit, quòd hoc tempus ad procreandam prolem aptissimum sit, cum ob alias causas, tum quòd mulier statim à coitu dormiens genituram melius continet.

De insensili perspiratione.

CAPVT XLV.

*Insensilis
perspiratio.
διαιρσις.*

*Transpiratio
quid.*

E Genere inanitionis est etiam insensilis perspiratio Latinis vocata, Græcis simpliciter *διαιρσις*, vel cum adiectione *ἀδιδος διαιρσις*. Hanc interpretes aliquot Latini transpirationem conuertunt, vel latentem transpirationem. Non est verò, vt testis est in libro de sympt. differen. cap. 7. Galenus, nisi aëris per totum corpus introitus & exitus. Fit autem ex naturæ nunquam quiescentis potentia.

Nam

Nam quæ medicamenti fit, Græcis *διαφύρασις*, *διαφύρασις*.
 Latine digestio & euaporatio dicitur. Quip
 pe *διαφύρασις* Græcis, & Latinis digerere, aut re- *διαφύρασις*.
 ãtius discutere, nõ est nisi *συνδύρασις*, hoc est di- *Discussio*.
 spergere: id quod accidit ubi per medicamẽ-
 ta calida & exiccãtia humores in aliqua cor-
 poris parte præter naturam collecti, citra
 suppurationem soluuntur & euanescent.

Proinde digestio aut euaporatio nihil ali-
 ud est, quàm humorum partẽ aliquam præ-
 ter naturam obsidentium vi medicamentorũ
 per insensibiles corporis meatus euaporatio.
 Appellantur autem ea medicamenta Græcis
διαφύρασις, Latinis discutioria, digerentia, dis- *διαφύρασις*.
 sipantia & euaporantia, quod scilicet iis dis-
 cutiendi, dispergendi, ac per insensibiles mea-
 tus dissipãdi vis insit. Errat itaque Cælius, vir *Cælij erratũ*.
 alioqui doctissimus, & de studiis optime me-
 ritus, qui lib. 14. antiq. lectio. cap. 61. *διαφύρασις*
 medicamenta, ea quæ aluum subducunt leui-
 gantq; esse scribit. Ceterum horum quidem
 corpore existente plethorico, nullus esse usus
 debet. Nam Galeno etiam cap. 95. artis me-
 dicæ teste, si calefacientibus corpore pletho-
 rico existente dispergere tentabimus, plus e-
 rit id quod vi caloris ad partem attrahetur,
 quàm dispersum.

Quid generatim in uacuationibus medico con-
 siderandum. CAP. XLVI.

METHO. PERVENIENDI

HActenus particulatim de singulis vacua-
tionum generibus prout cōpendij ratio
tulit, differuimus. Nunc quę generatim de iis
sint medico cognoscenda, docebimus. In iud
enim medicus accurata diligētia num vacua-
tione sit vtendum, expendat. Sunt enim affe-
ctus corporis, eò quod ex defectu nati sint, qui
adiectionem potius quàm detractionem desi-
derant. Quapropter interdum constringen-
dum potius quàm vacuandum. Pręstat etiam
nonnunquam humores generare quàm edu-
cere. Quod breuissime in Epidemijs iis ver-
bis Hippocrates innuere voluit, inquiring. Di-
latare, constringere oportet hæc quidem, illa
verò non. Humores hos quidem expellere, alios
verò siccare, alios generare, huic quidē,
illi verò non. Contrà interdum non tantum
medicū vacuare oportet, verum etiā natura
in vacuādis noxijs adiuuāda erit. Quod Hip-
pocrates etiā, loco iam citato, iis ostendit ver-
bis. Aliū humorem non exeuntē educere cō-
uenit, exeuntem verò simul effundere, & simi-
le operari oportet. Dein si vacuatione esse
vtendum medicus cognouerit, accurata dili-
gentia quo vacuationis genere illi sit vtendū
expendat, & ex qua corporis parte sit vacuan-
dum, quale denique, & quantum, & quo tem-
pore. Quę singula Hippocrates breuissima
hac complexus est sententia inquiring. Meatus
apertos esse cōuenit, veluti nares, & alia quę
oportet

*An vacua-
tione sit vtendū,
cōsideret me-
dicus.*

*6. Epid. par. 2.
aph. 1.*

*Natura in no-
xijs vacuādis
adiuāda.*

*6. Epid. par. 2.
aph. 3.*

*Quo vacua-
tionis genere sit
vtendum.*

oportet, & vt oportet, & qualia, & qua parte
 & quando & quantum oportet, veluti sudores,
 & alia sanè omnia. Cuius quidem sententiæ
 explicationem vberiolem, & huic instituto
 conuenientem, ex nostris in hunc Hippocratis
 librum editis commentariis studiosi petent.
 Atque hætenus de abūdantia & inani-
 tione hæc dixisse satis fit, ad quas quidem
 duas res vniuersa medicina, vt quæ de Hippo-
 cratis sententia non sit nisi adiectio & detra-
 ctio, referri potest.

De animi perturbationibus.

CAPVT XLVII.

ANimi perturbationes (sic enim Cicero tur-
 bidos concitatosque & auersos à recta ra-
 tione animorū motus vocat) Galenus & alij
 Græci *παθηματα* appellant. Hæ medico dilige-
 ter admodum veniūt cōsiderandæ, quæ scilicet
 magna sit earundē vis, & quòd corpus, Gale-
 no cap. 85. artis medicæ attestante, alterēt, &
 à naturali statu euertant. Neque certè mirum
 est easdem alterare posse corpora nostra,
 quum in iis omnibus insignes natiui calō-
 ris ab anima motiones fiant. Per timorem
 nanque spiritus & sanguis intrò & ad scate-
 bram suam reducitur contrahiturque: quo
 fit vt partes in superficie positæ algeant, cor-
 pusque palle scat, tremor incidat, vox interrū-
 patur, & vires denique conuellantur omnes.

Perturbationes animi.

παθηματα.

Perturbationum animi magna vis.

Timor.

METHO. PER VENIENDI

Ira. Contrà in ira concitator est caloris motus, qui in extimas tandem partes cum impetu effunditur. Ira itaque intendit & fundit calorem natium. Hinc in ira corpora fiunt rubicundiora, concitatoria, calētiora, confidentiora, & ad omne patrandum facinus prompta. Rectissimè igitur Aristoteles & Galenus lib. 2. de tuenda sani. & ca. 1. de morb. causis, iram, caloris qui circa cor est, feruorem esse dixerunt: sicuti cōtrà timorē, eiusdē ob subitam reuocationem metu impēdentis mali factam extinctionē. Hinc est quòd in iratis cordis & arteriarum pulsus sint maximi & validissimi, contrà verò in timētibus minimi & perquàm debiles. Quemadmodum verò in horum altero refugit, in altero se pandit calor, sic certè in verecundia vtrunque patitur: ita vt modo ad interna confugiat, modo sese foras diffundat. In primis enim ad interiora caloris motio fit, sed rursus affatī ad exteriora cedit. Quod si nō redierit, iā non verecundia, sed timor censeri debet. Quippe verecundia derepente fit, animali facultate nihil mali sperāte: vnde fit vt recedat duntaxat ad interiora veluti subterfugiēs: idq; citra refrigerationē, excitāte impellentēq; ratione patibilē animæ partē. Redit verò ferturq; foras eo maxime motiōis modo, quo calor reuocatur iisq; frigida se lauerūt. Hinc fit vt verecūdia suffusis, etiāsi maxime pallēt, repēte admodū genæ

Verecundia.

næ rubescât, q̄ certare secum calor videatur,
 & secum ipse contrario motu collidi. Quod
 autem in timore cōfertim, id in mœstitia pau-
 latim patiuntur homines, magnitudine dun-
 taxat & vehementia, nō toto genere differen-
 tibus pathematis, tanto sanè interuallo, quā-
 to quod citatius est & cōfertius, ab eo quod
 remissius & lēti⁹, distare creditur. Quocirca
 ob timorem & immensum mœrorem nō nul-
 li repentina morte sublati sunt, quod scilicet
 debilis suapte natura animula, sub valido af-
 fectu oppressa, confertim extincta & suffoca-
 ta sit. Extinctio enim propter perturbationis
 quæ à refrigeratione oritur naturam sit: suf-
 focatio verò, quū vniuersus sanguis ad prin-
 cipium cōfluit deferturque. Sic certè Plinius
 lib. 7. cap. 36. P. Rutilium nunciata fratris re-
 pulsa in consulatus petitione, illico expirasse
 scribit. Idem etiam M. Lepidum vxoris chari-
 tate post repudium obiisse tradit. Non sic ve-
 rò in mœstitia mitiore, vt in qua lentior est
 & mitior motus. Neque etiam in ira, vt per-
 quam neque refrigeratione calor extringua-
 tur, plus æquo scilicet accensus, neque animæ
 dissoluatur robur. Præ gaudio verò multos
 pusillanimes expirasse, variis autorum monu-
 menti proditum est. Nō enim perinde atque
 in ira cum valido feruore ad exteriora fertur
 animata facultas: quin è contrario, si quid an-
 tea fuit ei roboris, id nūc exoluitur laxaturq̄.

*Mœstitia.**Mortui præ
mœrore vehe-
menti & re-
pentino.**Præ gaudio
mortui.*

METHO. PERVENIENDI

Quum enim nimio gaudio laxata petit exteriora, discutitur atque dissipatur. Sic sanè cognito repente insperato gaudio, expirasse animam refert Aristo. Polycritam nobilem è Naxo in sula fœminã. Philippides quoque comœdiarum scriptor haud ignobilis, quum in certamine poëtarum præter spem vicisset, & lætissime gauderet, præ gaudio repente mortuus est. Diagoras etiam, vt lib. 3. cap. 15. Gellius refert, qui tres filios adolescentes habuit, vnum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem, eosque omnes vidit vincere, coronarique eodem Olympiz die, & quum ibi cum tres adolescentes amplexi, coronis suis in caput patris positis suauiarètur, quumque populus gratulabundus flores vndique in eum iaceret, ibi in stadio, inspectante populo, in oculis atque manibus filiorum animam efflauit. Plinius certè lib. 2. cap. 52. Chilonè Lacedæmonium illum insignibus sapientiæ titulis non intermoritura fama nobilitatum, ad hunc modum decessisse scribit, dum victorem in Olympia filium conspexisset. Et præter hunc quidem, & Sophoclem, & Dionysium Siciliae tyrannum, vtrūque accepto tragicæ victoriæ nuntio, gaudij exuberantia obiisse testatur. Valerius denique maximus lib. 9. cap. 12. de mortibus nõ vulgaribus, præ gaudio mortuas esse geminas mulieres scribit, quarum vna nunciata clade quæ ad Thrasimenum lacum inciderrat,

rat, sospiti filio ad ipsam portam facta obuia,
complexu eius expiravit. Altera quum mœsta
domi sederet, ad primum conspectū redeūtis
exanimata est. Pudore etiā nōnullos esse ex- *Pudore mor-*
tinctos literis mandatū est. Plinius nāque lo- *tiii.*

co iam citato, Diodorū quēdam dialecticæ sa-
pientiæ professorē, quōd lusoriā quæstionem
à Stilbone propositā nō protinus dissolvere
potuerit, mortuū esse testatur. Valerius quo-
que, eodē quo antea loco, Homerū quia quæ-
stionē à piscatoribus propositā solvere haud
potuit, absumptū pudore tradit. Cōstat igitur
repētinis animi & natiui caloris motioni
bus sēpenumero vitā auferri, dissolutis utiq;
quæ in natiuo calore consistunt, animæ viri-
bus, iisdēve nimia refrigeratione extinctis.

Proinde quum tanta sit perturbationum ani- *Perturbatio-*
mi vis, debent à medico quibuscūque artibus *nes animi cor-*
potest arceri ac corrigi. Cæterum sunt medi- *rigendæ.*

co etiam animi perturbationes ideo diligen-
ter considerandæ, quōd sæpe ex eis futuros
morbos prædicere, aut iam præsentēs cogno-
scere queat. Si enim metus & mœstitia, Hip-

» pocrate autore, longo tempore perseuerent, *6. apho. 23*

» melancholiam significant. Ut non temere ali *6. Epide. p. 3*

» bi Hippocrates dixerit: Animi perturbatio- *apho. 18.*

» nes perpēdendæ, nū scilicet ipse sua spōte sine

» instrumētis & causis tristerur, letetur, timeat,

» cōfidat, speret, desperētque. Atq; hactenus de

animi perturbatione sat nos dixisse arbitror.

METHO. PERVENIENDI

De rebus præter naturam. CAP. XLVIII.

Secundo ordine, qui fuit earum rerum quæ corpus nostrum alterare possunt, absoluto, ad tertium, qui eas res continet quæ ex diametro naturæ nostræ aduersantur, progrediemur. Vocant eas ipsas medici recentiores res præter naturam. Galenus libro. 2. the. metho.

Res præter naturam.

Affectus præter naturam.

Affectus trifariam sumitur.

Generatim.

Magis contra etc.

cap. 3. & ca. 1. libri de sympt. causis, affectus potius præter naturam nominare voluit, voce affectus pro omni quæ in id quod præter natu-

ram est mutatione accepta. Affectus enim, quæ Græci *διὰ δυνάμιν* appellât, trifariam sumitur. Pri-

mo generatim pro omni eo à quo corp^o quomodolibet afficitur. Et sic affectus ad omnes tum sanos, tum ægros, tum neutros, pertinet.

Nam quicquid est, id affici quodammodo dicitur, si modò quidpiam ab altero patiatur.

Atque ita nomē *διὰ δυνάμιν*, id est affectus, à verbo *διὰ δυνάμιν*, hoc est affici quodammodo deriuatur, quod similiter atque affectus de multis dicitur rebus, nempe sanis, ægris, neutris, & inanimis, cætu nimirum, harmonia, & oratione,

vt copiosius cap. 1. libri de sympt. causis Galenus docet. Deinde vox affectus magis contra-

ctè sumitur pro omni quæ in id quod præter naturam est mutatione. Et sic tres in vniuersum sunt affectus corpus præter naturam affi-

cientes, causa scilicet, morbus, & symptoma.

1. Causa, veluti redundãtia, vel corruptela.
2. Morbus, vt phlegmone, vlcus.

3. Sympto-

3 Symptoma, vt malus color.

Tertio propriissimè affectus pro alteratione permanente in re quæ perpessa est postquam alteràs quieuit, accipitur. Et sic quidem idem quod Græcis *παθασμὸς*. Latinis constitutio va-
παθασμὸς.
 let, atque ad sanos & ægros quoque pertinet, ac in subiecto corpore & permanet & seruat-
 tur. Galeno itaque quicquid factum est post-
 quam alterans iam quieuit, & agere desit, af-
 fectus dicitur, non curando nū id ipsum quod
 iam factum est, qualitas sit, an substātia, vt se-
 quenti capite fulius docebimus. Proinde dif-
 fert ab eo quod Græcis *πάθος* vel *πάθημα* dicitur.
Pathos.
 Nam pathos, Platone etiā in Timæo au-
 tore, est motus rei quæ afficitur, vel omnis al-
 teratio circa materiam, aut motus qui adhuc
 fit. Non habet itaq; suam essentiam nisi dum
 conuertitur, alteratur, mutatur, mouetur. Pa-
 thos igitur in motione est, affectus permanēs:
 fluxum illud, mobile & imperfectum, ac velu-
 ti ad affectum via: hoc fixum, stabile, perfectū,
 ac illius finis. Differunt itaque pathos & affe-
 ctus tanquam finis à medio, tanquam mobile
 ac temporarium à stabili, tāquam perfectum
 ab imperfecto. Quocirca pathos non est nisi
Morbis fens
& pathos idē
 id quod alij morbum fientem nominant. Nā
 quum is non sit nisi alteratio quæ adhuc fit, à
 pathemate nihil differat necesse est, quemad-
 modum alibi fulius monstrauius. Atq; hic
 quidem proprius est prædictarum vocum, pa-

METHO. PERVENIENDI

thematis nimirum & affectus vsus, quemadmodum id ipsum Galenus lib. 2. the. metho. ca. 3. & capite primo libri de sympt. disse. clarissime ostendit. Hac itaque ratione sanitas, morbus & causa, affectus dicuntur. Sanitas quidem secundum naturam, morbus autem præter naturam affectus est: quippe hic actiones lædit ac impedit, ille verò conseruat & tuetur. Causa affectus est præter naturam morbum præcedens. Qui verò affectus præter naturam morbum sequuntur, si actionum offensæ sunt, & symptomata & pathemata, eò quòd alterationes sunt adhuc fientes, dicuntur. Eodem modo & immodicæ vel inanitiones, vel retentiones, pathemata & symptomata nominantur, nequaquam verò affectus, quòd scilicet non sunt res constantes & permanentes, sed essentiam suam dum adhuc fiunt, obtineant. Quæ verò symptomata affectus sunt corporis nostri, veluti vitiosus color, supra pathematis & symptomatis appellationem, etiam affectus vocantur. Porro hoc loco sciendum aliquid bifariam pati. Primo, quum per se, & nullo alio interueniente patitur: vt si caput ab humoribus in eo contentis laborat. Græci hoc *ιδιόναθον*, id est proprium pathos appellant. Sunt etiam qui *πρωτονόθον*, hoc est primarium pathos, sed minus proprie, vocant. Secundo, quum altero interueniente patitur, vt si caput quum vapores aut humores vitiosi à vetriculo sursum feruntur,

*Sanitas.
Morbus.*

Causa.

*Symptomata
& pathemata
simul.*

*Aliquid bifariam pati.
Per se.*

ιδιόναθον.

Per consensum.

feruntur, dolet. Hoc Græci *συμωδία*, id est, πα *συμωδία* thos per consensum nominant, ut copiosius Galenus lib. i. de laboratibus locis capite sexto demonstrat.

De causis morborum. CAP. XLIX.

CAUSA morbi non est nisi affectus præter naturam morbum præcedens, eundemque excitans. Quapropter is affectus suapte ratione, per se, & primo non lædit actionem, sed ex accidenti, vel secundò, nimirum interueniente morbo. Causa autè morbifica, Galeno cap. i. libri de causis morborum, & lib. i. the. metho. cap. 8. & lib. 2. commen. in lib. Hippo. de natura hominis teste, duplex est: Vna quidè externa, sic dicta quòd extrinsec^o adueniat, nec intra corpus animalis consistat, veluti frigus, aut scorpio pungens. Hanc Græci *πρὸς τὰ ἔξω* & *πρὸς τὰ ἔξωθεν*, vulgus medicorum primitiuam appellat. Altera interna, quæ quidem in ipso animalis corpore consistit, ut humorum vitium seu cacoehymia. Eam Græci *πρὸς τὸν ἑαυτοῦ*, Latini antecedentem & præcedentem nominant. Antecedentem itaque causam Galenus vocat omnem causam morbificam quæ in animalis corpore hæret ac consistit, affectuque ipsi functiones lædenti proxima & immediata est, atque inter quam & morbum nihil interuenit. Id quod manifestissimum omnibus fit ex iis quæ ille cap. 88. artis

*Causa morbi.**Causa morbi-
fica duplex.**Externa.**Interna.**Antecedens
quia.*

METHO. PERVENIENDI

„ medicæ scribit inquit, iam factū atque exi-
 „ stentem morbum curare oportet: sed qui nō-
 „ dum quidem est, at futurus est, eum ne fiat ab
 „ illo qui est in corpore affectu, prohibere con-
 „ uenit. Eius autem qui adhuc fit, quod quidem
 „ factum est curare: quod autem futurū est, ne
 „ fiat prohibere. Prohibetur verò sublatione
 „ eius affectus, à quo fieri consuevit. Huiusmo-
 „ di autem affectus, causa antecedens vocatur.

*Causa morbo proxima ante-
cedens Gale-
no nominatur* Hæc ille. Equibus sanè verbis omnibus per-
spicuum fit Galenum proximam affectui qui
actionem lædit, hoc est morbo, causam, ante-
cedentem appellare. Proinde plurimū errant,
& à Galeni sententiâ sunt alienissimi, qui tertium
genus morbificarum causarum, quam

*Nulla causa continens mor-
bifica.* continentem seu coniunctam nominant, sta-
tuere conantur. Nam quum morbus Galeno
non sit nisi affectus præter naturam vitians a-
ctionem, omnem profecto causam continen-
tem respuet. Quippe affectus à quo vitatur
actio, est res permanēs, & cuius essentia à nul-
la alia re cōtinetur, ideòque causam continen-
tem habere nullam potest. Permanētium au-
tem rerum nullam esse causam continentem,
ex eius definitione abunde ostēdi potest. Cau-
sa enim continens est, quæ essentiam rei à se
productæ continet. Proinde necesse est vt hac
ipsa sublata simul etiā quod ab eadem pro-
ductum est, auferatur. Hinc causam cōtinen-
tem autor libri cui titulus est medicus seu in-
troductorius,

Res permanēs actio, est res permanēs, & cuius essentia à nul-
la alia re cōtinetur, ideòque causam continen-
tem habere nullam potest. Permanētium au-
tem rerum nullam esse causam continentem,
ex eius definitione abunde ostēdi potest. Cau-
sa enim continens est, quæ essentiam rei à se
productæ continet. Proinde necesse est vt hac
ipsa sublata simul etiā quod ab eadem pro-
ductum est, auferatur. Hinc causam cōtinen-
tem autor libri cui titulus est medicus seu in-
troductorius,

*Causa conti-
nens quid.* sa enim continens est, quæ essentiam rei à se
productæ continet. Proinde necesse est vt hac
ipsa sublata simul etiā quod ab eadem pro-
ductum est, auferatur. Hinc causam cōtinen-
tem autor libri cui titulus est medicus seu in-
troductorius,

*Autor intro-
ductorij.* ductum est, auferatur. Hinc causam cōtinen-
tem autor libri cui titulus est medicus seu in-
troductorius,

troductorius, & autor libri definitionum, ita
 » definierunt. Causa continens est qua præsen-
 » te, eius quoque effectus adest: & qua desinen-
 » te, etiam eius effectus euanescit. Si itaq; causa
 continens est quæ rei à se productæ, vt nomen
 ipsum satis innuit, essentiam continet, mor-
 bus autem res permanens, hoc est eiusmodi,
 vt sublata etiam vnde natus est causa, perma-
 nere ac subsistere adhuc possit, nullam habeat
 causam coniunctam seu continentem necesse
 est. Nam si causam continentem haberet, nū-
 quam ea sublata consistere posset, sed ita ab
 ea penderet, illique sic connexus esset, vt sine
 ea permanere nulla ratione posset. Morbum
 autem manere sublata etiam causa sua im-
 mediata, notius est quàm vt à me demonstra-
 ri debeat. Nam cōstat plenitudinem morbo-
 rum multorum esse causam, at nequaquam cō-
 tinentem, quòd ea etiam sublata, & minimè
 præsentè, morbi tamen remaneât. Sic obstru-
 ctio, morbus quidem, vt lib. II. the. meth. ca. 9.
 testis est Galenus, instrumentalis, & in cōfor-
 matione, manet sublata etiã plenitudine per
 venæ sectionē, aut humoribus crassis per pur-
 gationem. Hinc Galenus lib. 8. the. metho. ca.
 4. de obstructionis curatione ex professo a-
 gens ita scriptum reliquit. Vbi robur ægro
 » non deest, secunda vena est, etiam si plenitudi-
 » nis signa nō adsunt. Præstat enim vitiosi suc-
 » ci maiore parte emissa ad detergendas obstru-

*Morbum ma-
 nere posse sub-
 lata etiã cau-
 sa proxima
 & immediatā*

METHO. PERVENIENDI

„ ctiones accedere. E quibus verbis omnib⁹ ma-
nifestū fit Galenū sublati etiam iā causis cu-
rare obstructionē: quod fieri nō posset si cau-
sæ continentes essent, quippe cū illis morbus
quoq; , hoc est obstructio ipsa auferretur. Itē
lib. 11, the. metho. cap. 10. disertè ita Galenus
» scribit, At vacuata prius plenitudine ad curā-
» dam obstructionē accedimus. Præterea lib. 8.
the. metho. cap. 1. Galenus docet primū sub-
mouendam quæ febrem accēdit causam, dein
extinguendā quæ ab hac causa accensa est fe-
brem. quod falsissimum quidem esset si causa
aliqua februm continens foret. Quinetiam
lib. 11. the. metho. cap. 10. disertè docet post pu-
tredinem esse curandam febrem, & adiicit pu-
tredinem febris esse antecedentem causam.

*Auicenna er-
ratum asseren-
tis putredinē
esse febris cau-
sam cōiunctā.*

*Cur recētia-
res aliquot me-
dici omnibus
morbis causa
continentē af-
fingant.*

*Morbi sym-
ptomati quæ
functionū læ-
siones. sūt cau-
sæ continētes.*

Vt necesse sit plurimum errare Auicennam,
qui fen. 2. primi Cano. doct. 2. sum. 1. cap. 1. ma-
nifestissimis verbis putredinē febris esse cau-
sam coniunctam asserit. Cæterum sunt etiam
alij inter recentiores, & ij sanè plurimi, qui in
singulis fere morbis causam aliquam coniun-
ctam statuunt. Neque sanè mirum, quòd scilicet
actionem læsam, nō affectum hanc ipsum
lædentem, morbū esse, contra Galeni senten-
tiam, qui actionē læsam inter symptomata re-
censet, putent. Morbum autem functioni in-
commodantem, eiusdē esse causam continen-
tem nunquam negauimus. Sublato enim mor-
bo, statim etiā functionis læsio tollitur, quòd

ab illo functionis essentia tota, quæ in ipso fieri tantum est, pendeat. Quare lubenter concedimus morbos esse causas continentes symptomatum, quæ hos veluti umbra corpus necessario sequuntur: constanter tamen negamus causas morborum esse continentes, quum morbi sint affectus permanentes, & qui causa etiam illa submota durare queat. Ut verò symptomatum, sunt causæ continentes, ita etiam pathematum, quæ alij morbos fientes nominant, & omnium eorum quæ generantur, aut quæ in fieri essentiam suam possident, ut sunt actiones, pulsus, & eiusmodi. Atque hæc de causa continente in præsentia dixisse sufficiat. Cæterum apud Hippocratem *concausa* fit mentio, quæ quidem talis est, ut etsi vi sua non queat generare morbum, alteri tamen, quod illum procreare potest, cohæret. Alio nomine adiutrix causa dicitur, & sub externa vel interna complectitur. Sunt autem *adiutrix causa* medica morborum causa summa per se, quod sine harum cognitione, modò adhuc in corpore maneat, morbus curari nequeat. Primùm itaque causas simplicium morborum in partibus similibus euenientium, calidorum, frigidorum, humidorum & siccorum inquirat. Deinde cõpositorum earundem partiũ calidorũ & siccorũ, calidorũ & humidorum, frigidorum & siccorũ, frigidorum & humidorum, eum affluxu, & ei

*Morbi fientes
habent causas
continentes.*

Concausa.

Adiutrix causa.

*Medica morborum causa
scrutanda.*

METHO. PERVENIENDI

tra materiæ ac humorû affluxû. Post hæc causas etiam simpliciu & compositorû morborû in partibus instrumentalibus natorum, conformationis nimirû, numeri, indecentis magnitudinis & cõpositionis perquirat. Postremû causas eorum morborû qui tam similiarium quàm instrumentalium partium communes sunt scrutetur, quemadmodû Galenus in libro de causis morborum copiosè admodum docet. Ad quem rectè intelligendum plurimum proderunt studiosi tabulæ nostræ in hunc librum editæ. In causis autem morborû inquirendis medicinæ studiosi parum practicarum, vt vocant, scriptoribus fidant, vt qui nõ satis accurate has ipsas tractauerint. Quin eas potius è Galeno, qui illas methodo inquirere docet, discant.

*In causarum
inquisitione
parum practi-
carum scripto-
ribus fidendû.*

De morbis. CAP. L.

Morbus quid

MOrbus, Galeno lib. 2. the. meth. cap. 3. & ca. 1. libri de sympt. disse. teste, est affectus præter naturam à quo primûm vitiatur actio. Est itaque sanitati contrarius, vt quæ sit affectus secundum naturam ad faciendam acti-
Sanitas. nem idoneus. Quum verò morb⁹ sit affectus, sequitur non tantum qualitatem, sed & substantiam Galeno appellari morbum, secus atque Aristoteli, cui morbus qualitas tantum existit. Affectus autem voce idem quod constitutionem,

stitutionē, seu vt Græci dicūt *καταστροφή*, ad cō-
que & qualitatem & substantiam iam factam
significari de Galeni sententia præcedenti ca-
pite exposuimus. Porrò Galenum non tan-
tum qualitatem, sed & substantiam appellare
morbum, notius est quàm vt à me demonstra-
ri debeat. Tamē vt nōnullis hic ora obstrua-
mus, qui nobis Aristotelis sententiam obtru-
dunt, non pigebit quod asseruimus fusius mō
strare. Galenus capite sexto libri de differen-
tiis morborum, lapidem in vesica, pterygion,
ascarides, su fusionem, quæ singula substantiæ
sunt, morbos esse in numero disertè asserit.

*Galenus sub-
stantias etiam
morbos nomi-
nat.*

Ibidem & multis etiam aliis locis obstructio-
nem esse morbum docet. non est autem ob-
struētio (Galeno cap. 5 libri de differē. morb.
teste) nisi crassi & visci di humores meatibus
infixi distributionem remorantes. humores
autem sunt substantiæ, igitur etiam obstru-
ctio, quæ nihil est nisi humores meatibus in-
fixi, vt diximus, & obstruētes. Obstruētes
verò humores esse obstructionem, ex altero
eiusdem Galeni loco demonstratur, qui est li-
bro vndecimo the. metho. cap. 10. vbi ita scri-
ptum reliquit: Obstructionis ipsius quod iam
occupauit sanandum est, quod futurum est
propulsandū. At curabitur quidem quod ob-
structionis iam factum est, per ea quæ obstru-
ctā liberāt. Propulsabitur quod futurum est,
si affluxum obstruētium succorum cōpescas.

*Obstruētio
quid.*

METHO. PERVERNIENDI

His sanè verbis quòd causa obstructionis sit
 affluxus humorum obstruentium, & obstru-
 ctio sint humores obstruentes, manifeste doc-
 cet. Humores itaque crassi & viscosi adhuc af-
 fluentes, causæ rationem obtinent: qui verò
 iam affluerunt, & meatibus infixi sunt, mor-
 bi. Ut iam sole clarius sit Galenum non tantum
 qualitatem, calorem scilicet aut frigus, sed &
 substantiam appellare morbum. Cæterum
 tria sunt in vniuersum prima morborum ge-
 nera: vnum quod in similaribus, alterum quod
 in instrumentariis, tertium quod in vtrisque
 partibus consistit. Quod in similaribus sit,
 Græcis vocatur *δυσκρασία*, Latinis morbosa in-
 temperies dicitur. Hæc accidit vbi qualitates
 primæ, siue elementa ipsa à naturali symme-
 tria commoderatione defleunt. Nec ab-
 re adiectum est morbosa: quippe duplex est,
 Galeno libro secundo de tempera. cap. 5. te-
 ste, intemperies, vna naturalis seu sanitatis, a-
 lia verò morbi. Naturalis siue sanitatis, est
 quæ à media temperie paululum abest, vel in
 qua nulla functio animalis manifeste adhuc
 læsa est. Quapropter sanitatis esse quandam
 latitudinem omnibus perspicuum est. Quan-
 tum enim interuallum est inter id quod per-
 fectissimè functionem obit, & id quod mani-
 feste actionem aliquam oblesam habet, tanta
 est profecto & sanitatis & distemperantiæ
 quæ intra sanitatè consistit latitudo. Proinde
 si sanus

*Tria sunt pri-
 ma morborum
 genera.*

*Morbosa intem-
 peries.*

*Duplex intem-
 peries.*

*Naturalis seu
 sanitatis.*

*Sanitatis qua-
 dam latitudo
 est.*

si sanus quispiam imbecillius altero secunda
 etiam valetudine prædico functiones obeat,
 nondum verò læsas obtineat, intemperatior
 sanè est, sed nõdum ægrotat. Quod si verò ex
 sanis alios temperatos, alios intèperatos sta-
 tuere alicui minus placebit, is alterum duorũ
 fateatur necesse est, vel omnes perpetuo egro-
 tare, vel vnam esse omnium intemperie: quo-
 rum vtrunque absurdum & à veritate alienũ
 existit. Quocirca non absoluta ipsa tantum,
 & quæ inflectilis, simul est & dicitur sanitas,
 sed etiam quæ ab hac deficit, modò vsibus no-
 stris adhuc non sit inepra. Et profecto nisi sic
 de sanitate statuamus, *αἰσθητικῶν*, hoc est perpe-
 tuam in valetudinem inuehemus, quemadmo-
 dum fufius libro primo de tuen. sani. cap. 5. &
 cap. 8. artis medicæ, & in libello de artis con-
 stitutione Galenus monstrauit. Porrò intem-
 peries morbosa est quum animal intempera-
 menti vitio ægrotat. Atque hæc iterum du-
 plex est, æqualis scilicet, & inæqualis. Aequalis
 intemperies est vbi omnes corporis particu-
 læ æquabiliter ad aliquam intèperiem versæ,
 aut calidiores iusto, aut frigidiores sunt red-
 ditæ, aut sicciores, aut humidiores: aut per
 coniugationem, quædam calidiores simul
 & sicciores, quædam humidiores pariter &
 frigidiores, & quædam humidiores & cali-
 diores, quædam sicciores & frigidiores.
 Quũ verò omnes corporis solidæ particulæ

*αἰσθητικῶν**Morbosa.**Æqualis in-
temperies.*

METHO. PERVENIENDI

Hectica febris æqualiter excalectæ perfectè iam sunt, eius-
 modi intemperiem febrem hecticam vocât,
 ceu non amplius iam in humoribus & spiri-
 tibus, sed in corporib^o iis quæ habitus ratio-
 nem habent, comprehensam. Hæc doloris est
 expers, putantque qui ea febricitât, omnino
 se febre carere: neque enim sentiunt eius ca-
 lorem, omnibus scilicet eorum partibus æque
 percalectis. Inæqualis contrâ intemperies
 est, vbi non omnes corporis partes æquabili-
 ter ad aliquam intemperiem versæ sunt. Vel
 est, quæ non omnibus intemperanter affecti
 corporis partibus æqualiter inest. Hæc aliàs
 in toto animalis fit corpore, veluti in ea hy-
 dropis specie, quam Græci *ἀνασάπυον* nominât,
 & febribus iis quas iidem hepialas appellât,
 ferèque reliquis omnib^o, exceptis quas hecti-
 cas vocant. Incidit autem & in vna qualibet
 parte, quum ea vel tumore aliquo præter na-
 turam laborat, vel supra modum aut calefit,
 aut frigeat, aut siccatur, vel humectatur. Est
 igitur inæqualis intemperies duplex. Vna in
 qua simularia corpora solis qualitatibus alte-
 rantur, vt vbi caput à sole plurimum incale-
 scit. Altera, in qua cû qualitatib^o iâ dictis sub-
 stantia quædã fluit ad ipsa, vt accidit in omni-
 bus tumorib^o præter naturã. Primã nostri tẽ-
 poris medici intèperiẽ sine materia, alterã in-
 tèperiẽ cû materia vocât. Prioris generis intè-
 peries duplex est, vna simplex, vbi nimirũ vna
 duntaxat

*Inæqualis
 intèperies.*

*Intemperies
 inæqualis nu-
 da qualitatibus.*

dūtaxat qualitas à modo nature recedit. Altera cōposita, vbi cōplures qualitates à naturali habitu & symmetria aberrāt, vt si particula aliqua similis simul calefit & siccat. Atq; de primo morborum genere satis multa. Alterum morbi genus quod in instrumentariis dūtaxat partibus consistere diximus, à nostræ ætatis medicis mala constitutio seu compositio, & morbus officialis nominatur. Qui itidem duplex est, simplex scilicet, & compositus. Simplex iterum in quatuor digeritur species. Vnus enim in conformatione indecenti spectatur, alter in particularum numero, tertius in quantitate seu magnitudine cuiusque partis obseruatur, & quartus in compositione. Cæterum morbus cōformationis accidit propter indecentem figuram connatam, vel aduentitiam, concavitatem immodice patentem, aut obstructam, asperitatem denique aut leuorem partium. Numeri, quum partes vel abundant, vel deficiunt. Magnitudinis, ob diminutionem vel aucionem cōnatam vel aduentitiam partium. Compositionis, quū vel positura seu situs partium à naturali euariat, vel earundem consensus à natura recedit.

Compositus morbus instrumentalis est vbi complures ex simplicibus iam dictis particulam aliquam simul infestant, vt si in oculo simul sit vnguis & lippitudo. Tertium morbi genus quod similarium & instrumentalium

Mala compositio.

Genera quatuor morborū instrumentaliū.

Conformationis.

Numeri.

Magnitudinis.

Compositionis.

Compositus instrumentalis.

METHO. PERVENIENDI

Solutio unitatis. commune est, solutio unitatis, seu cōtinuitatis diuisio. Hoc etiam genus vt alia duo, simplex & cōpositū existit. Simplicis autem sex sunt præcipue differentiz. Quippe vna cōtinuitatis solutio in osse fit, & Græcis *κλάσμα*, Latinis fractura dicitur. Altera in carnosâ parte fit, atque interdum ex vulneratione, & tum Græcis *τραύμα*, Latinis vulnus appellatur. Nonnunquam verò citra vulnerationem, atque id bifariam: nã vel humorum acrimonia & malitia unitatis solutio perficitur, & Græcis *ἔλκος*, Latinis vlcus appellatur. Aut per diffisionem carnosæ partis, & Græcis *ῥήγμα*, Latinis Ruptio vocatur. Tertia in neruosa accidit parte, & Græcis *σπασμα*, Latinis conuulsio dicitur. Quarta in ligamentis accidit, & Græcis *ἀποσπασμα*, Latinis diuulsio nuncupatur. Quinta in vasis fit, & nominatur Græcis *ἀνοήμιον*, Latinis vasorum apertio. Sexta in vasis & musculis accidere solet ex violèto icu, vel graui casu, ac Græcis *ὄλεση*, Latinis collisio nuncupatur. De quibus omnibus copiosius tractat Galenus lib. 3. the. meth. ca. 1. & lib. 4. the. metho. ca. 1. Et lib. 6. the. metho. ca. 1. & ca. 8. libri de diff. morb. & ca. vlt. de causis morborum. Huius generis etiã cōpositi sunt morbi, vbi scilicet inter se copulatur, vt fractura cū vlcere: aut vbi cū aliis morbis cōplicantur, vt vlcus cū intemperie aliqua, & cum phlegmone. Ex iam dictis tribus primis morborū generibus

neribus nonnulli sunt peracuti, nonnulli acuti, aliqui longi ac diuturni. Peracutus morbus duplex est, nempe exquisitus peracutus, qui ultra quartum non producitur die. hunc recitiores medici barbaram sectantes medicinam perperacutum appellat. Non exquisitus peracutus est, cuius vigor in septimo futurus est. Acutus vero triplex existit. Simpliciter vel exquisitus acutus Hipp. sect. 2. apho. 23. autore, qui ad decimum quartum protenditur die. Acutus non exquisitus, qui ad vigesimum usque progreditur. Acutus in mutata mutatione, hoc est ex mutatioe, qui in quadraginta diebus iudicatur. Hippo. lib. 1. prog. 28. teste. Plerique interpretum hunc acutum ex decidentia vocant. Rectius vero ex mutatione seu degeneratioe acutos nominabis, quod scilicet per imperfectas iudicationes ab una specie in aliam mutatur, ut si pleuritis transit in suppurationem. Longi seu diuturni sunt omnes, qui acutorum terminum transcendunt. Porro ut acuti seu veloces aut breues a calidis magna ex parte humoribus, sanguine nimirum & flava bile: sic diuturni a frigidis, pituita & atra bile, nascuntur. Quod Hippocrates in Epidem. iis innuere, more suo, breuissime verbis voluit, inquit. In Crane ne antiqui dolores frigidi, noui vero calidi. Atque hanc generatim de morbis dixisse sufficiat. Nunc particulatim vniuscuiusque morbi acutij nomen explicabimus, ut scilicet linguarum non admodum periti, Galeni & alio-

Exquisite per acutus.

Non exquisite peracutus.

Exquisite acutus.

Non exquisite acutus.

Acutus ex mutatione.

Longi.

6. Epid. 1. par.

7. apb.

METHO. PERVENIENDI

rum Græcorum de morborū curatione scriptæ facilius assequantur. Sunt enim qui in his intelligendis vocibus hærent, vt necesse sit hoc loco horum imperitiæ succurramus. Ordinemur autem à febris.

Februm brevis & dilucida explicatio.

CAPVT LI.

QUum in hoc capite februm rationem sumus explicaturi, initiò quid sit febris dicamus necesse est. Febris itaq; est calor præter naturam, qui à corde initium sumens, per arterias & venas in vniuersum corpus diffunditur, actionesque eiusdem lædit. Nam quantumuis homo nunc quàm antea calidior sit, nondum tamen febricitat, nisi calor immodice auctus hominem offendat, & actionem lædat. Cæterum vt tria sunt, Hippocrate in Epidemius teste, quæ corpus nostrum constituunt, continentia scilicet, contenta, & impetum facientia: hoc est solidæ partes, humores, & spiritus: sic etiam tria sunt prima simplicium februm genera. Si enim in spiritibus immodicus calor accenditur, Græcis *ἡμέρας*, Latinis diaria nominata febris fit. Hæc similis est vëto calido vtri incluso. Vt enim ille calefacit vtram cui includitur, sic quoque spiritus plus iusto calefactus vniuersum corpus accendit. Est præterea huius primi generis febrü vnica tan-

Febris quid.

*6 Epid. par. 8
aph. 3.*

*Tria prima
simplicium fe-
brum genera.*

*Diaria.
ἡμέρας.*

tantum accessio, vno plurimum die, ex ipsius
 falem natura, circumscrip̄ta, vnde etiam dia-
 r̄ia vocata est. Desistunt enim post primam
 accessionem, nec vltra vnum diem naturalē,
 hoc est viginti quatuor horas, porriguntur, si
 quis eas rectē tractet. Atque hæc verē exquisi-
 te seu simpliciter ac citra adiectionem diaria
 appellatur. Est enim altera quæ cum adiectione
 plurium dierum diaria vocatur, quod sci-
 licet in tertium vsque, & interdum longius,
 Galeno lib. 2. de diff. feb. cap. 11. teste, nempe
 vsque ad quartū, vel quintum, sæpius etiā vsq̄
 ad septimum diem ab eius initio vna accessio
 extendatur. Hæc alio nomine Synochus non
 putrida nuncupatur. Neque est cur quispiam
 miretur hanc febrē dici diariā, quū de substā-
 tia eius diariæ vocabulum non sit: vltra enim
 vnū diē durat. Nam etsi nomē illi aduersetur,
 tamē quia huic eadē est quæ aliis diariis natu-
 ra (vnam enim accessionem ab initio ad finē
 perpetuū manētem in multos porrigit dies)
 ideo quum proprio atque cōuenienti nomi-
 ne careat, clarioris simul breuiorisque doctri-
 nę gratia, diaria rectissime appellatur. Aut igi-
 tur aliud præter tria iam dicta genus esse in
 prima febrium diuisione dicendum est, aut
 appellatiōe pro nihilo habita, diariam ipsam
 nominare oportebit. Alterum febrium ge-
 nus est, vbi in humoribus calor immodicus
 succenditur, & vocatur putrida, non quidem

*Diaria pluriū
dierum.*

*Synochus non
putrida.*

Putrida.

METHO. PERVERNIENDI

alia de causa, quã quòd in ea humores putrescant. Estq; similis aquæ calidæ. vt enim hæc vas frigidũ cui infunditur calefacit, ita etiam humores præter naturã calefacti, corpus. Porro putrescunt humores vel intra, vel extra vasa. Intra vasa verò, vel omnes simul, vel vnus duntaxat putrescit. Si omnes æquabiliter in omnib. maximis potissimũ, vasis putrescunt, synochus seu continens putrida fit. Quippe Græci *σύνεχον* febrem omnem, in qua vna accessio ab initio ad finẽ perpetuò manens in multis dies porrigitur, vt testis est lib. 9. the. metho. ca. 2. Galenus, appellant. Vel eam, quæ omni mutatione magna vsque ad iudicationẽ caret. Hæc Latinis continens dicitur. Cæterũ et si vna sit species eiusmodi febrũ, à qua synochos eas Græci nominãt, natura tamẽ earundem minimẽ simplex vnaq; existit. Quædam enim nullã prorsus habent putredinẽ, quæ ex diariarum febrũ, vt paulo antè monuimus, sunt genere. Quædam verò manifestam obtinẽt putredinis notã. Nos dilucidioris doctrinæ gratia priores synochos non putridas, posteriores autem synochos putridas nominamus. Neq; imitãdi sunt hoc loco barbari huius tẽporis medici, qui hæc synochũ, illã verò synochã & appellant, quũ Græci vtranq; vt iã è Galeno demonstrauius, vno nomine synochon vocauerint. Earũ autem febrũ quæ ferẽtia tres. Synochi appellantur, tres sunt differẽtia. Nã quædã

Bisariam humores putrescunt.

Synochus putrida.

Continens. Synochus duplex.

Nõ putrida.

Putrida.

Barbari medici non imitandi.

Synochorũ differẽtia tres.

quædam illarum à principio ad finem æquali
 magnitudine ac vehementia perdurant, quas
 ob id Græci *ἰσότητους* & *ἀνισοτήτους*, hoc est in eo- *ἰσότητοι.*
 dem robore ac vigore permanentes nuncu-
 pant. Quædam verò semper augentur, & exi-
 guum aliquid adiciunt, quas propterea Græ-
 ci *ἀναβατινούς* & *ἰστανόμενους*, id est, incrementum *ἀναβατινοί.*
 fuscipientes aut inualescentes appellant. Alię
 paulatim imminuuntur & decrescunt, ideò
 que Græcis *ὑποβατινούς*, hoc est, decrescentes *ὑποβατινοί.*
 vocantur. De quibus Fusius Galenus lib. 9.
 the. metho. cap. 4. & lib. 2. de differen. feb. cap.
 2. & lib. 2. de iudiciis cap. 6. Porro si intra va-
 sa vnus dūt taxat humor putrescit, febrem ac-
 cendit quæ Græcis *συνεχὴς*, Latinis verò con- *συνεχὴς.*
 tinua nominatur. Ea verò est quę non desinit *Continua.*
 ad infebrecitationem, remissionem tamen in
 singulis accessionibus obtinet. Differunt
 itaque inter se *συνεχὴς* & *συνεχὴς* febres. Nam in sy *συνεχὴς & συ-*
 nocho seu continente nulla fit feruoris remis- *νεχὴς febres*
 sio, synechys autem siue continua sensilem in *differunt.*
 singulis accessionibus remissionem habet.
 Præterea synochus vnicam duntaxat acces-
 sionem ad finem vsque durātem obtinet, sy-
 nechys verò plures. Cōueniunt autem in eo, *In quo conue-*
 quòd neutra illarum ad infebrecitationem *niant.*
 peruenit, quemadmodum copiosius lib. 2. de
 iudiciis capite 6. explicat Galenus. Vt verò
 Græcorum medici aliquam inter has duas fe-
 bres statuerent differentiam, solœcissimum cō-

METHO. PERVERNIENDI

mittere potius voluerunt, quàm formam ipsarum febrü sine nomine relinquere. Quippe Græce vtraque febris appellanda fuisset *συνεχὴς*, & neutra *ἀνωχὴς*, quòd *συνεχὴς* Græcis idē quod coniungo significet, vt lib. 9. the. meth. Galenus etiam indicauit. Cæterùm februm

Continuarum tres species. Tertia vel ardens.

Quotidiana

Quartana.

Continua idē genus cum intermittentibus obinent.

Continuarum & intermittētium differentia.

quæ Græcis *συνεχὴς*, Latinis continuæ dicuntur, tres sunt species. Si enim flaua bilis intra vasa putrescit, tertiana cōtinua, Græcis *ναύσος*, Latinis ardens nominatur febris. Quòd si vero pituita hac ratione putrescit, quotidiana cōtinua vocatur. Sin atra bilis seu melancholicus humor, quartana continua appellatur. Habent itaque continuæ idem genus cum intermittētibus, de quibus paulo post dicemus. Siquidem tertiana continua cum exquisita tertiana intermittente, quòd perinde atque illa tertio quoq; die accessiōē habet. Quotidiana cōtinua cum quotidiana intermittente, quòd scilicet singulis diebus accessiōem faciat. Quartana continua cum quartana intermittētē, quia quarto quouis die accessiōnem obtineat. Differunt tamen etiam inter se continuæ & intermittentes, non obstante quòd humore qui vtrâsq; efficit, communicent, idque duplici ratione. Primùm, quòd in continuis putrescens humor intra vasa continetur: in intermittētibus autem extra vasa contentus per singulas corporis partes dispersitur. Secundò, quòd intermittentes, eò quòd

quòd delationis impetu ipse per se ipsas expurgentur, ad infebri-
 citationem, *ἀστυψία* Græci *ἀστυψία*.
 vocant, continuæ verò nequaquam desinant.
 Hactenus genera febrium quas humor intra
 vasa putrescens excitat, commemorauimus:
 nunc quas febres humores extra vasa putre-
 scent es accendant, exponemus. Si enim ex-
 tra vasa humores putrescunt, intermittēs sus-
 citatur febris: quæ sanè sic dicta est, quòd eius *Intermittens.*
 accessio non perpetuò duret, sed remissionē
 habeat, & vt comprehensum est, ad infebri-
 citationem desinat. Latinis commodissima
 voce interpolata nominari potest, quòd ni-
 mirum suo tēpore accessiones repetat ac re-
 nouet. Alij deficientem appellant. Huius tres *Deficiens.*
 sunt præcipuæ differētix. vna enim tertiāna,
 altera quotidiana, & tertiā quartana nūcupa-
 tur. Tertiāna dicta, duplex existit, exquisita
 scilicet, & spuria. Tertiāna exquisita fit, quan- *Tertiāna ex-*
 do flaua bilis sincera, nullique alteri humori *quisita.*
 permixta extra vasa putrescit. Tertiāna verò *Tertiāna spu-*
 notha seu spuria fit, vbi bilis maxima ex par- *ria.*
 te pituitæ commixta extra vasa putrescit. Sic
 autem vtraque est dicta, quòd vnum diem in-
 termittant, & tertio redeant. Quotidiana *Quotidiana*
 exquisita, quam *ἀστυψία* Græci appellant, ac- *exquisita.*
 cidit, vbi pituita dulcis extra vasa putrescit.
 Sic verò nominata est, quòd singulis diebus
 reuertatur, & accessionem habeat. Quod si
 verò vitrea vocata pituita modice putrescat,

METHO. PER VENIENDI

Epialos.

febrem Græcis *ἰσπάλων*, Latinis Epialon nuncupatam inducit. Est autem Epialos febris, in qua simul febricitant & vigent, atque eodem tempore per vniuersum corpus, & in omnibus eiusdem partibus, Galeno lib. 2. de diffe. feb. cap. 6. & cap. 10. libri de inæquali intemperie teste, ambo, calorem nempe & frigus immo-

*Epialos cur di
Etā.*

dicum sentiunt. Sic autem Græcis, Paulo lib. 2. cap. 25. autore, dicta est, *καρπὰ τὸ ἰσπάλος ἀδρανίαν*, *ἀκρίπτῃ βραχύναν*, hoc est, quòd blande & leniter calefaciat. Quartana intermittens ab atra bi-

*Quartana in
termittens.*

le extra vasa putrescente oritur. Sic nominata est, quòd duos integros intermittat dies, & quarto reuertatur. Præter iam dictas species sunt etiam quintanæ, sextanæ, septimanæ & nonanæ, quarum Hippocrates lib. 1. Epide. meminit, quæ quinto, sexto, septimo & nono diebus inuadunt. Hæ autem rarissimæ sunt, adeò vt Galenus com. 3. in lib. 1. Epide. disertè scribat, se inde vsque ab ipsa adolescentia septimanam vel nonanum circuitum omnino non vidisse, nec clarè nec obscure: quintanos certè vidisse obscuros, sed non exquisite aut aperte vt quotidianos, tertianos, & quartanos. Inter putridas etiam febris recensetur pestilentialis dicta, quòd scilicet ab inspiratione pestilentis aeris fiat. Hæc enim, vt testis est lib. 1. de diffe. feb. cap. 5. Galenus, ex putredine ortum habet. Quippe ambiens aer à putrescibili euaporatione vitiat, humores etiam corporis

*Pestilentialis
febris.*

putre-

putrescere facit, quemadmodum alibi copio-
sius monstrauius. Porrò non pretereundū *Putridarum*
hoc loco erit, quòd putridarum febrium *februm diffe-*
quæ occasione laborantium quarundam *rentiæ.*
partium, aliquæ humorum tantummodo accen-
duntur. De iis quæ humorum duntaxat, citra
partem aliquam phlegmone laborantem, oc-
casione accenduntur, abunde iam dictum est.

Quæ verò propter phlegmonen internarum
partium ac viscerū excitatur febris, Græcis,
vt lib. 2. progno. commē. 4. testis est Galenus,
λεπυρία appellatur. In ea quidem, vt idem cap. *Lipyrìa.*
10. libri de inæquali intemperie Galenus atte-
statur, intus & in ipsis visceribus calor senti-
tur, in externis verò partib⁹ vniuersis frigus.

Nam inflammationis calor vehemens instar
cucurbitæ ex vniuerso corpore sanguinè ad
se trahit: ideòque iis qui ita se habent, visce-
ra peruruntur, extremæ autem partes pro-
pter sanguinis ad viscera se recipientis defe-
ctum frigescent. Cæterùm febris quæ ex pul-
monis, ventriculi, aut iecoris erysipelatibus
nascitur, autore Galeno lib. 2. de iudiciis ca.
7. *πρὶν δὲ καύσος κακοθύβης, ἢ κακοθύβης καύσος*, hoc est ardēs *καύσος κακοθύ-*
perniciosa, vel perniciosissima vocatur. Est *βης.*
itaque Lipyrìa genus ad omnes quæ ex visce- *Ardens per-*
rum phlegmone excitantur febres, vt facile è *niciosa.*
locis Galeni iam citatis quiuis colligere po-
terit. Quod si deinceps huius generis etiam
species recēdere voles, eā quæ ex capite oritur

METHO. PERVENIENDI

phreniticam, ex mēbrana succingente costas pleuriticā, ex pulmone peripneumonicā, & ita deinceps vocabis. Porrò inter continuas etiā putridas recēsentur febres, q̄ Græcis πυφώδεις & πυφώδεις, id est humidę nominatur. Sunt autē, Galeno lib. 7. apho. cō. 43. & in libro aduersus Lycum teste, in quibus à prima statim die ægri sudant, sudore ipso aut parum, aut nihil iuante. Ex iam dictis febribus putridis aliquæ sunt typicæ, aliquæ verò errabundæ seu inordinatæ. Typicæ sunt, in quibus accessio & remissio statis accidunt vicibus. Erraticæ nunc dictis planè contrariæ sunt. neque enim statum tempus, neque vllum ordinem accessionum & remissionum seruant, vt sunt quæ ex atra bile, in quibusdam partibus mota, in quibusdam verò immota manente, in aliis putrescente, aut feruere incipiente, Galeno lib. 3. progn. commē. 29. teste, oriuntur.

Tertiū primariū febriū genus fit, quādo in solidis humani corporis partib⁹ calor præter naturam accenditur, Græcisque & Latinis Hæctica, quòd nimirum totum corporis habitum corripit, appellatur. Hæc calido vasi assimilis est. vt enim hoc aquam illi infusam calefacit, ita etiam hæctica solidis inhærens partibus, ac quasi infixæ, omnes corporis humores calefacit. Quòd si febris illa sic increuerit, vt vniuersum corpus, omnesque eiusdē solidas partes colliquet atque consumat, tum hæctica

τυφώδεις febris.

*Typicæ.
Erraticæ.*

Hæctica.

hectica marasmodes, aut simpliciter maras- *Marasmus.*
 sinus nominatur. Hæc certè, Galeno lib. 10.
 the. metho. cap. 10. attestante, omnem cura-
 tionem respuit. Etsi enim calorem eius extin-
 guis, attamen siccitas quæ relinquitur, sene-
 ctutis ritu hominem conficiet. Hactenus sim-
 plicium febrium genera connumerauimus,
 reliquum est igitur vt compositas & mixtas
 breuiter etiam explicemus. Bisariam autem *Compositarū*
 compositæ febres *constituuntur.* Primùm, *febrū ratio.*
 quando tertiana, quotidiana, & quartana, ci-
 tra partem aliquam laborātem, inuicem cō-
 miscentur. Secundò, quando febres ob partiū
 inflāmationes accensæ inter se miscentur. Nā
 in vtraque harum differentiarum alterā rur-
 sus sectionem fieri contingit. Quæ citra ali-
 cuius partis inflammationem consistunt fe-
 bres, dupliciter commiscentur. vel enim com-
 plicantur, vel per se in totum confunduntur.
 Priorem mixtionem Græci *ἰπιπλοῦν*, Latini *ἰπιπλοῦν*.
 complicationem, alteram verò *ἡράσειν* Græci, *ἡράσειν*.
 confusionem Latini nominant. Est autem *ἰπι-*
πλοῦν seu complicatio, Galeno lib. 2. de differē. *Complicatio.*
 feb. cap. 8. aurore, quando horis diuersis fe-
 bres commixtæ inuadunt. *ἡράσειν* verò siue con- *Confusio.*
 fusio, quando eodem incipiunt tempore.

Porrò febris tertianæ & quotidianæ, eodē *Tertiana &*
 Galeno lib. 2. de differen. feb. cap. 7. & lib. 2. *quotidianæ*
 de iudiciis cap. 9. teste, quatuor sunt compli- *complicatiōes.*
 cationes. Vna, quando tertiana & quotidia-

METHO. PERVENIENDI

na commiscetur. Altera, quum tertiana intermittens quotidianæ continuæ coniungitur. Hæc quidem peculiari nomine Græcis *ἡμιτρίαιος*, & Latinis Semitertiana vocatur, quæ scilicet tota eius natura dimidia parte tertianam, altera verò dimidia quotidianam continuam habeat. Qua quidem ratione veteres etiam Semideum appellarunt eum, qui dimidia parte deus, altera verò homo esset. Semiafinum, ad cuius generationem pro altera parte asinus, pro altera equus concurreret. Tertia complicatio, quâdo quotidiana intermittens tertianæ continuæ miscetur. Quarta, ubi quotidiana continua tertianæ continuæ coniungitur. Non solum autem febres differentes specie, ut quotidiana tertianæ, & huic quartana, aut etiam genere, ut intermittentes cum continuis, miscentur, sed etiâ febres eiusdem tum generis tum speciei complicantur, ut continuæ cum continuis, intermittentes cum intermittentibus: item tertiana cum alia tertiana, quartana cum alia quartana.

Porro sicuti febres, ita etiam laborantia loca mixtionem recipiunt, vel quia diuersæ propriam singulæ febrem accendunt, veluti lien, si ita contingat, & iecur: vel quia affectus unde oriuntur, mixtus est, ut phlegmone erysipelatosâ, aut erysipelas phlegmonosum. Quum itaque multifariam componantur febres, in omnibus iis mixtionibus dignoscendis medicum

ἡμιτρίαιος.
Semitertiana.

ἡμιθεός

ἡμιἄσινος

Mixtiones febrium ut cognoscenda.

dicum exercitari oportet: quod fiet si primū accurata diligentia simplicium februm species perdiscat. Nam nisi prius illas exquisite teneat, fieri non potest vt vnquam compositas probe assequatur. Atqui quum compositarum cognitio sit difficillima, adeò vt in iis rectè diiudicandis non rarò etiam periti fallantur medici: præstat vt medicinæ studiosus diligenter quæ de februi differentiis duobus in libris à Galeno scripta sunt, perlegat. sic enim facillime quod cupit consequetur, quando constet à nullo alio vnquam hanc re exactius ac copiosius esse tractatam. Nos vt memoriam studiosorum iuuaemus, simplicium februm genera sequenti schemate complexi sumus.

x iij

METHO. PERVENIENDI

Spiritibus, & si sequas, locessida
 ria. Et hoc duplex ex his, sicut
 Febrū simpli-
 cum tria sunt
 prima genera.
 Vel enim calor
 praeter naturā
 accenditur in
 Hamoribus, et
 si puritia Pu
 trefiant autem
 bisaria, vel eni
 Intra vasa, id
 que bisariam,
 vel enim
 Extra vasa, &
 si intermētēs Si
 enim purifia:
 Hēctica.
 Solidis, & tū
 si quidem vel
 Marasmos.

Ephemera, seu Diaria simpliciter &
 circa adiectionem dicta.
 Diaria plurimum duram, alio nomi-
 ne Synochus non putrida vocata.
 Omnes aequaliter putrefiant, & si
 Synochus putrida. Atque haec triplex est
 Vnus tantum, & si erit
 continua, & sequi dicta.
 Si enim putrefiat
 Plana bilis, vel
 Pituita, vel
 Atra, quartana intermittens.

Bilis flava, si tertiana contine-
 na, Graecis ναύροια, Latinis
 Aetius appellata.
 Pituita, quondam continua.
 Atra bilis, quartana continua.
 Synochus & pura, si tertiana exquissita,
 Pituita mixta, tertiana notha.
 Dulcis quondam intermittens.
 Pituita, si Epidiolo.

2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100

Vitiorum capitis brevis quædam enarratio.

CAP. LII.

Aλωπικία Græcis vitiū est capitis, in quo de-
 ciduus capillus areas efficit. Hoc etiā La-
 tini, destituti ppria appellatione, instar Græ-
 corum Alopeciam vocant. Sic autem malum
 hoc nominatum est, quòd vulpi, quæ Græcis
 ἀλώπηξ dicitur, crebro accidat. Barbari, vt fre-
 quenter aliàs, vnus literæ immutatione vo-
 cem deprauantes, alopiciā appellant. ὀφθαλμοὶ ὀφθαλμοί.
 Græcorum medicis vitiū existit, quod læsam
 capitis partem serpētis modo, quæ ὄφις illis di-
 citur, glabram ostēdit. Latini itidem vt Græ-
 ci Ophiafin vocare solent. Arabicam autem
 sectantes medicinam barbari ac recentiores
 Tyriā nominant. Tyri enim voce omnes ser-
 pentes, potissimum verò vipersas intelligunt.
φαλάγγριμα vel φαλάγγρισι malū est in quo vni-
 uersi caluæ pili defluunt, ideòq; Latinis calui-
 ties & caluitiū dictum. πιτυρίασι vitium Græ-
 cis est, in quo tenues ac furfuraceæ squamulæ
 ex capitis cute citra exulcerationē decidunt.
 Latinis porrigo, barbaris verò medicis fur-
 fur nominatur. φθειρίασι pediculorum in ca-
 pite aceruatim facta generatio est. Latini pe-
 diculationem, & morbum pedicularem nun-
 cupant. ἄχρησι Græcis vlcuscula sunt capitis,
 tenuissimis foraminibus cutem perforantia,
 è quibus glutinosa excernitur sanies. Plinius

METHO. PERVENIENDI

Tinea. manantia capitis vlcera vocat. Noſtra ætas à tinearū in veſtib⁹ ſimilitudine, capitis tineaſ appellat. Vt enim hæ multo eoque tenui morſu ac eroſione veſtes perforāt, ſic etiā capitis cutē achores. Auicenna Saphatum hoc nominavit malū. Pueris plerunque accidere ſolet.

nuglos.
Fauus. Simile huic figura & aſpectu vitiū eſt quod Græcis *nuglos*, Latinis fauus nūcupatur, maiora tantum foramina habēs, in quibus humor melli ſimilis continetur, perinde atq; in fauis apum, vnde nomē etiā ſuum traxit. *κεφαλαλγία* Græcis capitis dolor eſt haud diuturnus & inueteratus, non curando an per ſe accidat, aut alterius affectus ſymptoma & comes ſit. **Qui** barbarā ſeſtantur medicinam, Sodam vocāt.

Soda. *κεφαλαλγία* verò diuturnus & egre cedens, ac cōrumax capitis dolor Græcis appellatur medicis.

ἡμιπρωία. *ἡμιπρωία* vitium eſt dolorem inferens in dimidia capitis parte, nunc dextra, nūc ſiniſtra, quòd futura ſecundum cranij longitudinem extenſa diſtinguitur. *ἐνδοτωμα* malum eſt Græcis in quo obtenebrationes hebetudinēſque oculis obuertiſatur, & omnia circumagi & rotari videntur. Latinis vertigo dicitur. **Qui** barbaram excolunt medicinam, Scotomiam deprauata voce nomināt.

Vertigo. *ὑπναοσις* eſt vſtio circa caput perſeuerās à ſole facta. *διπλασις*, vt Paulus lib. i. cap. 13. atteſtatur, phlegmone eſt partii quæ circa cerebrū & eius mēbranas ſunt, adeoque à phrenitide nihil diſtat. *επιβίσις* enim

επιβίσις.

επιβίσις.

επιβίσις. Galeno

Galeno lib. 2. de sympt. causis cap. II. teste, cerebri & eius membranarum est phlegmone.

Λήθαργος vitiū est phrenitidi contrariū, nēpe *λήθαργος.*
marcor, & inexpugnabilis penē dormiēdi necessitas. Latinis *Veternus.* veterinus dici potest. Lethargus autem appellatur ideo, quod eo correptis omnium rerū obliuio accidit, vt verbis nulla suppeditetur materia. *λήθη* nanque obliuio est

Græcis, *ἀργη* verò captura, vel poti⁹ *ἀργη* iners. Vt *λήθαργος* non sit nisi iners obliuio, aut malū inducēs obliuionē. *κάρως* vitiū est quod sensuū, *κάρως.*
vniuersarūque motionū priuatio, spirandi tamen facultate manente illæsa, consequitur.

Arabib⁹ & aliis barbaris Subeth nominatur. *Subeth.*

κατοχή & *κατάληψις* Græcis est subita detentio *κατοχή.*
& occupatio tum mentis, tum corporis sensu *κατάληψις.*

ac motū priuati, ægro in ea corporis permanente figura in qua fuit correptus, siue federit, siue iacuerit, siue clausis siue apertis oculis perfliterit. Latini malū hoc detentionē ac deprehensionē nominare possūt. Iuniores ac recentiores congelationem vocant, propterea

quod hoc vitio laborātes prorsus aquę instar cōcretæ & cōgelatæ, sint imobiles. *κώμα* Græ- *κώμα.*
cis nō simpliciter est lōg⁹ somn⁹, Galeno lib. 3

Epide. cō. 3. & sect. 2. aph. cōm. 2. teste, sed is à quo quis ægre & difficulter excitatur. Latinis *Sopor.*
nō ineptè sopor, aut pfundus somn⁹ dicitur.

Nā vt lib. 3. Epide. cō. 1. idē Galen⁹ attestatur, coma simpliciter & sine adiectione, vel etiā cū

METHO. PERVENIENDI

adiectione illa ὑπνώδης, est vitium in quo ægri vigilare nequeunt, nec apertos habent oculos, sed conniuentes, alioque somno detinentur. Cum hac verò adiectione ἀγρυπνῶν ὑπνός, eodem Galeno lib. 3. Epide comm. 3. teste, malum est in quo ægri apertis oculis vigilare nequeunt, sed conniuent spe somni conciliandi, & vigilantes tamen manent. Latinis vigilans sopor dici potest. Ἐφιάλτης Græcis vitium est, ubi aliquis nocte se grâdi mole opprimi, inuadique ab alio credit. Themisoni πνιγῶν à suffocando nuncupatur, quòd in eo malo ægrotantes suffocari videantur. Latini incubum & incuboné appellant. Ἐπιληψία nihil aliud Græcis, vt lib. 3. de laboran. locis cap. 5. autor est Galenus, quàm vniuersarum corporis partiũ, non quidem perpetua, sed quæ ex temporũ fit interuallis, cum mētis & sensuum obliuione, est conuulsio. Sic dictum est hoc malũ, quòd sensum capitis, atque mentem pariter apprehendat. Latini morbum comitiale[m] vocat, quòd ea correpti in comitiis maximè infestabatur, & quòd comitia quo die aliquis concidisset, interrumpentur. Alio nomine Sacrum appellat morbum, propter eius magnitudinem & grauitatem, quòd homo eo correptus subito concidat. Quippe Græci ἱερὸν, hoc est sacrũ pro magno vsurpant, vt dum sacrum os & pifcè pro magno dicunt. Nominatur etiã Hercules, vel quòd Herculi familiaris fuit, vel quòd

ὑπνός ἀγρυπνῶν.

Ἐφιάλτης.

πνιγῶν.

Incubus.
Ἐπιληψία.

Morbus comitialis.

Sacer.

Herculeus.

quòd instar Herculis immēsus & magnus sit.
 Lunaticum quoque hunc nonnulli appellāt, *Lunaticus.*
 quòd eum qui interlunio natus est, hoc malo
 ferè affici compertum sit. Puerorum denique *Puerorum.*
 nomināt morbū, & illis quousque ad puber-
 tatem accedant, peculiaris sit. ἀποπληξία ma-
 lum est, vbi laborante communi neruorum
 principio, subito omnes corporis particulæ
 motum simul & sensum amittunt. Vel est pri-
 uatio sensus & motus in vniuerso corpore, cū
 functionum à voluntatis imperio prodeun-
 tium læsione subito superueniēs. Attonitū
 morbum Latini nuncupant. παράλυσις & πέρ-
 σις malum est, vbi alterum duntaxat latus, aut
 dextrum aut sinistrum, sensum simul & motū
 amittit. Alio nomine, & propriè quidem, ἡμι-
 πληγία & παραπληγία dicitur. Nā vt Galenus lib. *παραπληγία.*
 4. viēt. acut. com. 23. attestatur, παραπληγία hæc
 tantum resolutio quæ sequitur apoplexiā, vo-
 catur. Quocirca παράλυσις interdū generatim
 pro omni resolutione & ex quacunque occa-
 sione facta sumitur. Σπασμὸς Græcis vitiū est, *σπασμὸς.*
 in quo nerui atque muscoli præter voluntatē
 conuelluntur, in eūque affectum veniunt, *Conuulsio.*
 quem in motibus secundum arbitrium factis
 assumpserunt. Vel, vt definit Galenus lib. 2. de
 sympt. causis cap. 2. est malum quod neruos
 musculósque ad eundē cogit affectum, in quē
 ab animali facultate, quum naturalem habitū
 seruarent, ducebantur. Latini conuulsionem

METHO. PERVENIENDI

Species cōiul- appellat. Eius autem tres sunt species seu dif-
 fereniæ. Vna Græcis *τίτανος*, Latinis nonnul-
 lis distensio, Cornelio Celsō rigor dicitur.
 Hæc fit quando ceruix vnà cum reliquo cor-
 pore immobilis manet, & in neutram partem
 inflectitur, sed iuxtà in vtrâque partem rectà
ἑμπροδόντος intenditur. Altera *ἑμπροδόντος* Græcis, tensio
 ad anteriora Latinis nominatur. Accidit quā-
 do caput, ceruix, & reliquum corpus in pectus
 & anteriora contrahitur. Tertia Græcis
ἀπιδόντος. *ἀπιδόντος*, Latinis tensio ad posteriora nuncu-
 patur. In ea enim fit, vt caput in dorsum & sca-
 pulas conuellatur. *μανία* malum est quod La-
 tini insaniam & furorem vocant. Hoc enim
 correpti ferarū modo redduntur effrenes, &
 furiunt, adeo vt eos qui imprudētius illis oc-
 currunt, male tractēt. Distat à phrenitide hac
 lege, quòd in ea sit febris, mania verò citra fe-
 bre est. *μελαγχολία* Græcis est mētis alienatio
 seu desipientia sine febre, ex melancholico hu-
 more cerebrū occupante, ac temperaturā suā
παραιρροσύνη immutante, nata. *παραιρροσύνη* autem iisdem de-
 liriū dicitur, quod ob cōsēsūm cerebri, acutis
 nimirū vaporib⁹ sursum elatis, accidit. *λύκαν-
 θρωπία* malū est, quo correpti sese in lupos esse
 cōuersos imaginantur. Proinde noctu domo
 egressi, lupos per omnia imitantur, & donec
 dies illucescat, circa defunctorū monumenta
 vagātur. Quo circa minimè fabulosum videri
 debet, quod Plinius lib. 8. cap. 22. homines in
 lupos

lupos mutari tradit. Est præterea furor qui
 Græcis *ἰσχυρὸς* appellatur, ex amore nimirum *ἰσχυρὸς*.
 ortus. Quo sanè omnes propemodū per ado-
 leſcentiã corripuntur. Furorem verò quem
 Musæ & literarum studia pariunt, Græcis *πρὸς*
πρῶτον nominatur. *Τρόμος* vitium est Græcis quod *πρὸς*
τρίμω.
 ex duobus perficitur motib⁹, vno quidè, dum
 cogitur membrum ob morbum atque graui-
 tatè ad inferiora reperere: altero, dum sursum à
 facultate fertur. Latini tremorem appellant.
κράσπυρος & *ναράσπυρος* cōtractè Græcis malū est, *ναράσπυρος*.
 vbi ex capite humor ad os & asperā arteriam,
 atque per eandè ad pulmonem, Galeno lib. 3.
 de sympt. causis cap. 11. teste, defertur. Latinis *Destillatio*.
 destillatio dicitur, *κόρυφα* vitium est in quo hu-
κόρυφα.
 mor ad nares decumbit. Latinis Grauedo vo-
Grauedo.
 catur. *βράγχος* malum est vbi ad guttur & fau-
βράγχος.
 ces humor destillat. Latinis Raucitas, nōnul-
Raucitas.
 lus etiam Raucedo nominatur.

Vitiorum oculi succincta explicatio.

CAP. LIII.

IN explicãdis oculorum vitis eū quem in ta-
 bella de his ipsis edita obseruauimus ordinē
 sequemur. Principiò enim ea quæ ad totū o-
 culū, deinde quæ ad partes ei⁹ spectāt expone-
 mus. Quæ ad totū oculū ptinēt, hæc sunt. *Ατρο-* *Oculi totius*
φία vitium est Græcis quod totū oculū minorē *vitia*.
 depressiorémq; reddit. Celsus iminutū oculū *ατροφία*.
 lib. 6. vocat, Auicē, verò fen. 3. can. 3. pfūdita-

METHO. PERVERNIENDI

ἐπιπρισμός.

tem oculi. ἐπιπρισμός contrarium priori malum est. in eo enim oculi sic exprimuntur, vt exerti perseueret. Auicēna exitū oculi appellat. Latinis expressio oculi nominatur. Στραβισμός conuulsorius est musculorum oculum mouentiū affectus, per quē aut sursum, aut deorsum, aut in obliquum torquentur oculi. Latinis distortio oculi, & obliquus aspectus, Auicennæ strabofitas appellatur. Qui hoc vitio laborant, Strabones Latinis vocantur.

στραβισμός.

Strabones.

μυωπίασις.

μυωπίασις ἢ μυωπία malū est per quod accidit, vt ab ineunte ætate pusilla quidē propē videantur, remota verò etiam si magna fuerint, non item. Hoc malo correpti Latinis Lusciosi dicuntur.

Lusciosi.

νυκταλωπία.

Nocturna cæcitas.

Nuscitiosi.

ἀμβλυωπία.

νυκταλωπία vitium est quo quis interdū quidem videt, sole autem occidēte obscurius, noctū verò penitus nihil: Latinis nocturna cæcitas nūcupatur. Eo autem laborantes malo, Nuscitiosi nominantur. ἀμβλυωπία est visus obscuritas. Latinis hebetudo appellatur. Fit vbi spiritus crassescunt, vel tunicæ densantur, vel

ἐπιφορά.

oculorum humores lentiores fiunt. ἐπιφορά est omnium humorum ad oculos impetuosior influxus. Celsus pituitæ cursum seu impetū, vultus autem medicorum lachrymā vocat. ἔρξις est ruptura ab ictu, vel alia quapiancā causa in alto subinde integras membranas diuidēs, vt etiam humores quibus videndi facultas administratur, effundat.

ἔρξις.

παράλυσις.

παράλυσις est vbi oblique motiones, & quæ sursum ac deorsum fiūt, expediti

pediri nō possunt. Latinis oculi resolutio no-
 minatur. Atq; hæc de vitis ad vniuersum per-
 tinentibus oculum dixisse sufficiat. Reliquum *Adnatæ mem-*
 est vt de iis malis quæ priuatim in eiusdē mem- *brane mala.*
 branis accidunt, agamus, ac primū quidē de
 iis quæ in adnata fiūt. *Τάραξις* est humiditas o- *τάραξις.*
 culi cum rubore & calore præter naturā, non
 ex corpore, sed forinsecus adueniente causa
 aliqua, fumo verbi gratia, puluere, aut oleo
 oborta. Latinis perturbatio oculi, Auicennæ *Perturbatio*
 cōturbatio & vacillatio, item ophthalmia le- *oculi.*
 uis, vel non vera dicitur. *Οφθαλμία* membranæ *οφθαλμία.*
 tunicæve adnatæ inflammatio est, quæ Lati- *Lippitudo.*
 nis lippitudo, Auicennæ autem vera ophthal-
 mia appellatur. *Χήμωσις* est vbi vtraq; palpebra *χήμωσις.*
 ex vehemēti inflammatione distorquetur, vt
 vix oculos operiant, & albū oculi nigro subli-
 mius fit, & rubrum, ac multam nigri partē oc-
 cupat. Auicenna Alguardenegi vocat. *Πτερόγιον* *πτερόγιον.*
 neruosa est adnatæ membranæ eminētia, quæ
 ab angulo maiore quidem orta, vsq; ad coro-
 nam seu irim oculi progreditur. Vbi verò au-
 gescit, pupillam etiam obtegit. Celsus vnguē, *Vnguis.*
 barbaram verò sectātes medicinam vngulam
 appellant. Quæ in cornea tunica fiunt mala, *Cornea vitia.*
 hæc sunt. *Φλύντανας* priuatim exiguæ sunt pu- *φλύντανας.*
 stulæ, veluti quædam bullæ supra corneam
 eminentes, quales iis potissimum accidūt qui
 exanthematis laborant. Sic dicit̃ *ἀπό τοῦ φλύνειν*,
 hoc est ab ebullitione & feruore. Celsus pu-

METHO. PERVENIENDI

βόθριον.

Fossula.

κοίλωμα.

ἀργμα.

ἰπινομα.

ἀχλὺς.

νεφελιον.

Nubecula.

πυσις.

ὑπόπυσις.

καρμίνωμα.

ῥυεα mala.

προπτώσις.

stulas, Auicenna vesicas nominat. βόθριον cauū, angustum, purumque vlcus in cornea natum existit. Latini fossulā, Auicēnæ interpres anulū vocat. κοίλωμα Latinis est Bothrio vlcus, sed min^o altū. Cavitas latine appellari potest. Auicēnæ Liliimæ dicitur. ἀργμα & ἀργμιον vlcus est quod in iridis circulo nascitur, vndiquaq; occupās, sic vt circa exteriorē iridis partē rubicundum, circa verò interiorē album appareat. ἰπινομα vlcus est sordidum, impurum, & crustosum. Latinis nō admodum inepte Inustio dici posset. Ab interprete Auicēnæ vlcus adustium nuncupatur. ἀχλὺς vlcus est superficialiū in nigro oculi apparēs cæruleū, caliginoso aëri simile, nigri maximā partē occupans. Caligo Latinis appellatur. νεφελιον eiusdē generis vlcus est, sed caligine profundius & angustius, colore candicans. Latinis nubecula dicitur. πυσις & ὑπόπυσις est, vbi pus sub cornea nunc altius, nūc in summa superficie coaceruatur, humani vnguis specie. Hinc est quod idē malum Græcis etiā ὄνη nominetur. Auicēnæ interpres saniē in siphac vocat. καρμίνωμα priuatim vitium est corneæ tunicæ, imensum dolorē & ruborem, punctoriūque cruciatū ad tēpora vsq; protēsum, excitās. Latini cæcrū nomināt. Atq; hæc corneæ sunt vitia. In vuea vocata tunica hæc accidere solēt mala. προπτώσις vueæ est procidentia, ab erosione ruptioneue corneæ accidens. Hęc si exigua adhuc

adhuc fuerit, vt muscæ capitis formam præ
 se ferat, *μυσιφαλον* Græcis nuncupatur. Auicē- *μυσιφαλον*.
 næ interpres formicalem rupturam vocauit.
 Vbi verò amplius, & eousq; succreuerit, vt a-
 cinū vuz repræsentet, Græcis *σαφύλωμα* appel- *σαφύλωμα*
 latur. Latinis Vuatio dici potest. Auicēnæ in-
 terpres vucam nominat. Si autē sic augetur vt
 extra palpebras emineat, *αἴλον* Græcis, Auicē- *αἴλον*.
 næ interpreti vesicalis ruptio vocatur. Vbi ve-
 rò obdūta cicatrice obduruerit ac occal-
 luerit, Græcis *ἄλος*, Latinis clauus, Auicennæ *ἄλος*.
 interpreti claualis ruptio appellatur. Forami-
 nis vuz, quod Latini pupillam nomināt, hæc *Pupilla vitæ.*
 vitia fiunt. *μυδρίασις* malum est in quo pupilla *μυδρίασις.*
 colore quidem nihil euariat, sed multo quàm
 consuevit latior fit, adeo vt interdum iridis
 circulo appropinquet. Latinis pupillæ dila-
 ratio & effusio, Auicennæ Alintifar vocatur.
φθίσις priuatim contrarium priori malum est. *φθίσις.*
 in eo enim pupilla angustior, obscurior, ru-
 gosiórque fit. Latinis tabes & imminutio pu-
 pillæ dicitur, interpreti Auicennæ constri-
 ctio pupillæ. *ὑπέχρσις* & *ὑπέχρωμα* est vbi humor *ὑπέχρσις.*
 lentus & glaci modo inter corneam & cry-
 stalloidem cōcretus circa pupillam subit. La-
 tini suffusionem, Auicennæ interpres aquam, *Suffusio.*
 vulgus medicorum cataractam vocat. *γλαυκίωμα* *γλαυκίωμα.*
 est crystallini humoris vitium, vbi nimirum *Angulorum*
 is ex humiditate in glaucum colorem muta- *oculi mala.*
 tur. Angulorum oculi hæc sunt mala. *αἰγίλωψ* *αἰγίλωψ.*

METHO. PERVENIENDI

est abscessus inter maiorem oculi angulū, & nasum factus, qui ruptus si negligatur, in fistulam ad os vsque progredientem abit. Nostri fistulam lachrymalium angulorum vocant.

ἀγγίλωνψ. ἀγγίλωνψ idem est abscessus, sed priusquā disruptus in vlcus abit. Vtrunque Auicēna Garab nominat. *ιγναυθίε* est naturalis circa maiorem oculi angulum caruncule supra iustum modū excrefcentia. Auicēnæ interpres additionem carnis lachrymalium appellat. *Ροίε* vel potius *ῥύε* eiusdē caruncule imminutio & decrementum est. Auicēna diminutionē carnis lachrymalium vocat. Epinyctis Plinio lib. 20. cap. 6. autore, vlcus est acie hebetans, & in oculi angulo perpetuò humor emanās. Porrò palpebrarū vitia sunt huiusmodi. *ιμφύσημα* palpebræ tumor est laxus, & dolore vacās, ad cōq; œdematodes. Latini inflationem palpebræ nominant: quo certè nomine Auicēnæ etiā interpres vsus est. *Σκληροφθαλμία* durities est, & difficilis cū dolore ac rubore citra humiditatem oculi & palpebrarum motus. Auicenna gessic appellat. *Ξηροφθαλμία* est pruriginos⁹ sine fluore palpebrarum affectus. Latinis ariditas & siccitas oculi & palpebrarū, rectiūsque arida lippitudo vocatur. *Ψωροφθαλμία* pruriginosa palpebrarum scabies est Auicēnæ interpres scabiē & pruritū nominat. *Πτίλλωσις* crassities est palpebrarū callosa, rubicunda, quibus accidit sēpe etiā pilorū defluuium. Auicennæ Silac nūcupatur

ἀγγίλωνψ.

ιγναυθίε.

ῥοίε.

Epinyctis.

Palpebrarum

vitia.

ιμφύσημα.

σκληροφθαλμία.

Ξηροφθαλμία.

Ψωροφθαλμία

πτίλλωσις.

cupatur. ^{ιετρόπιον} palpebræ est inuersio, pro- ^{ιετρόπιον.}
 pter cicatricē, aut carnis excrescētīā nata. A-
 uicēnē interpres inuersionē palpebrę appel-
 lauit. ^{αγνύλωσις & αγνωλοβλήφαρος} est vbi palpebræ ^{αγνύλωσις.}
 cum albo, vel nigro, vel sibi inuicem ita coa- ^{αγνωλοβλήφα-}
 lesūt & conglutinātur, vt aperiri oculus ne- ^{ρος.}
 queat. Latinis agglutinatio palpebrarum di-
 ci potest. Auicēnæ interpreti inuiscatio pal-
 pebrarum dicta est. ^{λαγωφθαλμοί} Græcis sunt qui ^{λαγωφθαλμοί.}
 sursum retracta superiori palpebra, oculis aper-
 tis perinde atque lepores dormiūt. Interpres
 Auicēnē leporinos oculos vocauit. ^{τράχημοι} in- ^{τράχημοι.}
 terna est palpebrarum scabrities & asperitas.
 Celsus aspritudinē appellat. Sūt verò eius duæ
 species. Nā vbi sic augetur & intēditur, vt ve-
 luti incisuras habeat, ^{σύνωσις} Græcis, quòd scili ^{σύνωσις.}
 cet granorū ficus similitudinē referat, nūcu-
 patur. Latini ficosā palpebrā nomināt. Quā-
 do verò inueterata iā in callū abierit, Græcis
^{τύλωσις,} Latinis callosa palpebra dicitur. ^{ιδάσις} ^{τύλωσις.}
 pinguis quædā superioris palpebræ substātia ^{ιδάσις.}
 est, pōdere suo sic grauās, vt vix attollere ocu-
 lū sinat, eòq; assiduas fluxiones excitat, palpe-
 bræq; in hoc malo aquā inter cutē repræsen-
 tāt. Hinc est quòd nōnullis palpebrarū aquo-
 sitas appellatur. Auicēnæ Alſarnac. ^{καλάσιον} ro- ^{καλάσιον.}
 tundū & translucidū, huc atq; illuc mobile in
 palpebris est tuberculū. Latini grandinē vo-
 cāt. ^{κρίδον} abscessus exigu^o & oblongus est iuxta ^{κρίδον.}
 palpebræ cilium marginēve ortus. Latinis

METHO. PERVENIENDI

πεδία. hordeolū nominatur, quòd figura grano hor-
 dei similis sit. Græcis alio nomine *πρόδιον* dici-
 tur, quòd preputio, quod iisdē *πρόδιον* vocatur,
 similis sit. *φθειρίασις* est vbi palpebrarū pilos exi-
 gui pediculi infestāt. Pediculationē nonnulli
φθειρίασις. appellāt. *τριχίασις* est vbi pili inutiles, & oculos
μαδάρωσις. pungentes in palpebris enascūtur. *μαδάρωσις* &
μύληφωσις. *μύληφωσις* pilorū palpebræ est defluuium. Latinis
διστριχίασις. glabricies palpebrarū, Auicennæ interpreti
 casus capillorum nominatur. *διστριχίασις* est vbi
 sub naturali pilorū palpebræ ordine, ali^o suc-
 crescit ordo. Latinis prauitas aut turbatio or-
 dinis dici posset. Auicennæ interpres additos
φαλάγγυσις. pilos vocauit. *φαλάγγυσις* vitiū est in quo pilorū
 duplex triplēq; acies, vel in superiore, vel in-
 feriore palpebra prouenit. Fit hoc quādo ci-
 liū intro spectat, pilorum acie simul cū eo in-
 uersa. Phalangolis etiā interdū dicitur in pal-
 pebris relaxatis, vbi naturales pili bulbū oculo
λιθίασις. cōpungūt. *λιθίασις* est vbi in palpebris gignū-
 tur candicantia quædā & aspera lapidis instar
ίππις. oculū prementia. *ίππις* est vitium ab ortu ipso
 nascens, propter quod instabiles semper sunt
Nerui visorij palpebræ. Nerui visorij mala hæc sūt. *ἀμωίρωσις,*
mala. nerui visorij obstructio est, in qua omnimoda
ἀμωίρωσις. vel maxima ex parte visus interceptio, absq;
 vlla manifesta causa circa oculū apparēte, ac-
 cidit. Pura enim & incolumis vndiq; pupilla
 cōspicitur. Latinis obfuscatio, aut obscuritas
ἀπὸ τῆς ἕξις. visus appellari potest. *ἀπὸ τῆς ἕξις* est quādo meatus
 tus

tus à cerebro in oculū descendens, ex ictu ca-
 pitis, vel casu ex alto disruptus est. *παρημπτισ* *παρημπτισ*.
 est vbi in meatum qui in oculū videndi facul-
 tatem defert, humor aliquis aperto vel rupto
 vase incidit, eūdēque obturat. Latine Co-
 incidētia dici non inepte posset. *σύμπτισ* est *σύμπτισ*.
 quum meatus ille ex tabe vel imbecillitate ar-
 etior fit, ac concidit. Latinis Concidētia no-
 minari potest. Adnatā & corneā simul hęc in-
 festāt mala. *ὑπόσφαγμα* & *ὑπέπνον* vitii est, in quo
 propter ictū quendam fractis aut cōtulis va-
 sis, intra tunicas oculorū s̄anguis coaceruatur,
 & in extima oculi parte veluti sanguinis pun-
 cta apparēt. Latini suggillationē & suggillata *Suggillatio*.
 recentiores oculi maculā, Auicēna verò Al-
 tarfati vocat. *ὕλα*, hoc est cicatrices oculi sūt *ὕλα*.
 duplices. Nā quæ in summa oculi consistūt su-
 perficie, Græcis *νεφιλια*, Latinis albugines te-
 nues nominari possūt. Auicēnē interpres sim-
 pliciter nebulas dixit. Quæ alti⁹ radices agūt,
 Græcis *ληνίματα*, Latinis albugines crassæ nū-
 cupantur. Interpres Auicennæ simpliciter al-
 bugines appellauit.

Vitiorum auris breuis enarratio.

CAP. LIII.

ὀταλγία aurii in vniuersum dolor est, qui vel ex
 inflāmatione, vel vlcere, vel abscessu, vel alia *ὀταλγία*.
 quadā occasione fit. *δυσηκία* & *βαρνηκία* est diffi-
 cilis auditus. *ἤχος* & *συρισμός* Græcis aurium *δυσηκία*.
 sonitum significat, qui recentioribus tinni-
συρισμός.

y iiij

METHO. PER VENIENDI

κάρφωσις.

σηωληνήντα
ἴτα.

πρωτότις.
φύρα.

κνυφίλις.

Marmorata.
Cerumina.
Θλάσις.

cus appellatur. κάρφωσις malum est, in quo æger non solum grauius, sed prorsus nihil audit. Latinis Surditas dicitur. Σηωληνήντα ἴτα Græci vocant aures vermiculatas. Fit enim in auribus tam terrū malū, vt haud sec^o quàm ex corrupto cadauere illic prodeūtes vermes videre liceat, πρωτότις phlegmone est quæ in glādulis prope aurē constitutis accidit. φύρα sunt prominentes & oblōgæ in glandulis quæ circa aures sunt eminentiæ, quemadmodum in commentariis nostris in sextum Hippocratis Epide. librum conscriptis fusius demonstrauimus. κνυφίλις & κνυφίλις sordes aurium, quæ grauiorem auditū reddit. Has auriū sordes Latini marmorata vacant, iuniores Cerumina. Θλάσις priuatim contusio & compressio foraminum quæ in auribus sunt, nominatur.

Vitiorum narium explicatio.

C A P. LV.

ὄσθαινα.

πρόνυονε.

σάρρωμα.
μύξα.

ἰμμοξέσθαινα.

ὄσθαινα vlcus est narium profundū & putridum, ex quo ingratus & fœtidus exhalat odor. Sic autē à graueolentia & fœtore dictū est. πρόνυονε tumor est præter naturā in narib^o ort^o polypodis carni iuxta substātię proprietatē assimilis. σάρρωμα est carnis præter naturā in naribus incrementum. μύξα humor è naribus fluens. Latinis mucus & pituita narium appellatur. ἰμμοξέσθαινα simpliciter & sine

ne adiectione alicuius partis posita, sanguinis ex naribus profluuium Græcis significat. Aliàs enim semper cum partium vnde sanguis promanat nomenclaturis cohæret.

κίρυστα, vide supra cap. 52.

κίρυστα.

Vitiorum faciei enarratio. CAP. LVI.

Ephelis est aspreo & nigrities in facie, ex ardore solis pronata. *φάκας*: macula est faciei nigra, lentis similitudinem obtinens. Latini lentiginem nuncupant. *ἰορθοί* tumores in facie sunt exigui & duri. Sic sanè dicti, quòd instar *ἰόντων*, id est fimi, faciem conspurcèt, ac maculis foedent. Latinis Vari vocantur.

ἰφελίς.

φάκας.

Lentigo.

ἰορθοί.

Vari.

Vitiorum dentium succincta explicatio.

CAPVT LVII.

Oδονταλγία omnem dentium dolorem Græcis significat. *ὀδονταλγία* est pruritus is qui conceptis iam intra gingiuas dentibus, & erumpere festinantibus sentitur, quo solent infantes relatis ad os digitis identidem eos morderi, & ipsi gingiuas suas confricare. *ὀδονταλγία* puerorù est detitio, vbi scilicet iam è gingiuis prorumpunt dentes. *Αἰμοδία* stupor est dentium, malum sane quotidianum, in quo acerbitate aut aciditate cibi alicuius, præsertim nondù maturi pomi, stupent dentes, nec alios cibos sine dolore commanducare ac cõficere possunt. *πνευμὴς* est phlegmone partis alicuius, Aëtio lib. 8. cap. 24. attestante, gingi

ὀδονταλγία.

ὀδονταλγία.

ὀδονταλγία.

αἰμοδία.

πνευμὴς.

METHO. PERVERNIENDI

ἰπυλλίε.

uarum, quæ nõ soluta suppurat. Ἐπυλλίε est carnis excrescentia à phlegmone iuxta intimum dentem molarem facta.

Vitiorum oris enarratio. C A P. LVIII.

βάρραχος.

Ranula.

ἄρπια.

Bάρραχος tumor est phlegmonodes sub lingua cõsistens, pueris potissimũ accidens. Ranulã hodie vocant. Ἀρπια ulcera sunt oris non adeo profunda, sed in eius superficie potius cõsistentia, igneæ caliditatis quippiã obtinentia. Barbaram sectantes medicinam Alcolã nominant. παρλοδμια Græcis sunt tumores ac phlegmones eorũ, Galeno sect. 3. apho. cõ. 26. teste, quæ iuxta isthmum sunt locorũ. Latini Tonõillas appellant. Isthmus autẽ, Galeno ibidem attestante, pars est quæ os & gulã interiaceret. Sic verò per metaphoram nuncupatus est, ab iis qui propriè isthmi dicuntur: ac terræ inter duo maria sitæ angusti quidam transitus sunt. Αντιόδεις glandium quæ in fine oris vtrinque linguæ appositæ sunt, è defluxu ex capite nati tumores & phlegmones sunt. Adeoq; inter se differũt paristhmia & antiades, vt lib. 3. de sympt. causis ca. 11. diserte Galenus etiam in hunc scribens modum docet. Si in glandulas quæ in, fine oris vtrinque sibi inuicem apponũtur. fluxio deriuatur, αντιόδεις efficit. Si verò in partes illi adiacentes, παρλοδμια. Σταφυλίε, eodem Galeno lib. 6. de compo. medi. localium cap. 3. teste, non columellam

Tonõilla.

Isthmus.

αντιόδεις.

σταφυλίε.

signi-

significat, neque eiusdem inflammationem, ut nonnulli putant, sed quoddam illius vitiū, ī quo tota columella laxata, extrema sui parte maior est & liuida, superna verò tenuis, ut similitudinem fructus vuæ, vnde nomen accepit, præ se ferat. Latini vuam vocant. *Vta.*

Συνάγγη & συνάγγη, Græcis propriè loquendo *συνάγγη*. non est nisi phlegmone quæ in faucibus vel gutture fit. Sic dicta *ἀπὸ τοῦ συνάγγησθαι* aut *συνάγγησθαι*, hoc est, à suffocando, quod nimirum exitiosum & acutissimum malum sit, strangulatu præsentaneum vitæ discrimen inferens. Latinis Angina, barbaris Squinantia nominatur. Hippocrates tamen & alij veteres omnia mala quæ in locis iam dictis accidunt, & quæ spirandi comitatur difficultas, anginae nomine complectuntur. Anginae autem quatuor *Angina quatuor differentiæ.*

sunt differentiæ. Vna, quum fauces phlegmone afficiuntur. Altera, vbi neque fauces, neque reliquæ oris partes, neque etiam extremarum partium vlla phlegmone laborare videtur, æger tamè suffocationis periculum in gutture sentit. Tertia, quando gutturis partes tum internæ tum externæ iuxtà phlegmone infestantur. Quarta, vbi ad anteriore cervicis regionem vertebræ luxantur, indè que cauus apparet locus, ac dolorem quum extra tangitur æger sentit. Recentiores Græci aliquot, ut Paulus Aegineta, inter synanchen & cynanchen, item parasynanchen &

Angina quatuor differentiæ.

Recentiorū Græcorum sententia.

METHO. PERVENIENDI

paracynanchen discrimen faciunt. Synanchē enim phlegmonem quæ in interioribus faucium musculis oritur, appellant. Quæ verò in exterioribus eorundem musculis fit, *παρασυνάγχην*. Phlegmonem verò quæ in interioribus gutturis musculis accedit, *κυνάγχην* nominant. Eam autem quæ in exterioribus eiusdem musculis accedit, *παρασυνάγχην* vocant. Verùm anatomes peritus facilè istud discrimen temere esse excogitatū animaduertet. Accedit quòd Galenus lib. 4. de laborantibus locis cap. 5. & 3. prognost. commen. 20. hanc differentiam manifestè conuellit. *κυνήδες σπασμίδες* non est nisi oris resolutio, quam in vtranlibet partem faciei deprauatio sequitur. Nostræ tempestatis medici oris torturam appellant, quòd scilicet in hoc malo os cum quodam motu peruertatur. *Αγινυλόγλωσσον* vitium est quod interdum in vtero adhuc materno degentibus accedit, mèbranis nimirum linguam continentibus, durioribus & breuioribus statim à prima origine factis. Interdum ex acquisito, ob quampiam cicatricem duriorē sub ipsā ex vlcere contractam. Qui hoc malo infestantur, tarde sermonem explicare incipiunt. *Τραυλιέτις* Latinis est blæfitas, ideòque qui hoc vitio correpti sunt, Græcis *τραυλοί*, Latinis blæsi dicuntur. Sunt verò qui certam aliquam literam nō valent exprimerē. *ψιλλοί* verò sunt, qui pronunciando literam vel syllabam prætermittunt.

Latinis

κυνήδες σπασμίδες.

Tortura oris.

ἀγινυλόγλωσσον

τραυλιέτις.

Blæsi.

ψιλλοί.

Latinis balbi appellatur. *κατάρροε* vide ca. 52. *Balbi.*
κατάρροε.

Vitiorum thoracis explicatio.

CAPVT LIX.

A^{ἀδμα} malum est in quo ægrotantes citra fe^{ἀδμα.}
 brem crebro respirant, vt solent qui cita-
 tiore cursu fatigati sunt. Hoc laborantes Græ-
 cis *ἀδματινοι*, anhelosi & suspiriosi Latinis ap- *Anhelosi.*
 pellantur. *ὀρθόπνοια* malum est in quo non ni- *ὀρθόπνοια.*
 fi recta ceruice, propter suffocationis pericu-
 lum ægrotantes spirare nequeunt. *Δύσπνοια* *δύσπνοια.*
 omnis spirandi est difficultas: propriè tamen
 vt lib. 7. de compo. medi. localium cap. vlt. Ga-
 lenus testis est, ea spirandi difficultas: quæ pro-
 pter crassos & lètos humores pulmonis brō-
 chia obstruètes accidit, dicitur. *πλωρίτις* pro *πλωρίτις.*
 priè mēbranę costas & latera intrinsecus suc-
 cingentis phlegmone est. Latinis lateris do- *Lateris dolor.*
 lor interdum appellatur. Neque temerè adie-
 cta est vox propriè, quia, vt Aëtius lib. 8. cap.
 68. attestatur, nonnunquã etiã ex crudis, cras-
 sis & lentis humoribus oritur, qui se repente
 in vacuum thoracis locum ingerunt, atq; sua
 multitudine latera succingentem membranã
 distendentes, dolorem inferunt. *Πεπρανευμονία* *περιπνευμονία*
 pulmonis phlegmone est cum febre acuta.
Αιμοπύσις, vel rectius *ἀιμοπύσις*, nihil aliud Græ- *ἀιμοπύσις.*
 cis, quàm sanguinis reiectionem, aut cruē-
 tam spuitionem significat. Latini sputum san- *Sputum san-*
 guinis, & cruentum sputũ appellat. *Ερρωίμα* *ερρωίμα.*

METHO. PERVENIENDI

Suppuratio.

Græcis purulentâ excreationem denotat. Latini suppurationem nominant. In hoc enim malo in vacuo inter thoracem & pulmonem spatio pus consistit. Qui eo laborant, Græcis ἕμψυοι & ἕμψυοὶ, Latinis suppurati & purulenti vocantur. φθίσις etsi Græcis omnem corporis maciem & diminutionem significet, tamen Hippocrati & aliis medicis eam tantum extenuationem denotat, quæ pulmonis insanabilia comitatur ulcera, quam propriè Athenienses, Galeno sect. 7. apho. commen. 16. attestante, φθῖσιν appellant. Latinis tabes dicitur.

ἕμψυοι.
φθίσις.

φθῖσις.
Tabes.
καρδία.

παλῆσις Græcis, cordis palpitatio & tremor Latinis, motus est cordis deprauatus. Recentiores medici haud rectè cardiacam nominant. Nam καρδία Græcis ad stomachum, quem veteres καρδίαν, ut multis in locis Galenus testatur, vocarunt, pertinet, nec aliud quàm eiusdem erosio ac morsus existit.

καρδία.

συμπλή.

Συμπλή, Galeno lib. 12. the. metho. cap. 5. autore, non est nisi præceps virium lapsus.

σπαργάνωσις.

Σπαργάνωσις malum est in quo propter lactis redundantiam mammæ tumefactæ ita distendantur, ut copiam hanc vix ferre queant.

θρίμβωσις.
Grumescencia
lactis.

Θρίμβωσις vitium est in quo lac in mammis grumescit, & in casei formam transiit. Latinis grumescencia lactis interdum dicitur.

Vitiolorum uentriculi enarratio.

CAPVT LX.

καρδία

Ἀρδίακὴ, & καρδιαγία Græcis oris ventri- καρδιαγία.
 K culi dolor, morsus, & punctio existit. καρδία.
 Siquidem prisca os ventriculi, vt sect. 4.
 aphorif. commen. 17. & lib. 5. de laborantibus
 locis cap. 5. & lib. 2. de placitis Hippo. & Pla-
 tonis, multisque aliis locis Galenus testatur,
καρδία, hoc est cor nominarunt. Hippocrati
 alio nomine καρδιωγμία, id est cordis morsus di- καρδιωγμία.
 citur. Quare plurimum errant, vt antea quo-
 que monuimus, medici recentiores ac bar-
 bari, qui pro cordis tremore, qui παλμὸς no-
 minatur, vsurpant. ὄξυρρυμία Græcis acidū ὄξυρρυμία.
 ructum significat. Acidus autem ructus est Acidus ru-
 qui acidum præ se fert saporem. fit, vt libro ctus.
 3. de sympto. causis cap. 1. testatur Galenus,
 quando cibi à frigore aut pituitosis humori-
 bus in ventriculo corrumpuntur. Ἐγμανσις ἔγκαστρι τοῦ
τοῦ στομάχου est ardor stomachi, qui Germanice στομάχου.
 der fode appellatur. Sentit nanque is qui hoc Ardor stoma-
 malo laborat, Galeno libro 8. de compositio. chi. Sodr.
 medi. localium cap. 3. teste, multum ardorem
 & calorem in ore ventriculi. Καῦμα Galeno καῦμα.
 sect. 4. apho. commento. 17. autore, æstus est
 ventriculi. Accidit vbi flaua bilis in ventri-
 culi tunicis efferuescit. Differt itaque ab ar-
 dore, quòd is ad os ventriculi, illud autem ad
 ventriculum pertineat. Ἀνορεξία ciborum est ἀνορεξία.
 omnimoda auersio, quam Latini appeten-
 tiæ amissionem & abolitam appetentiam no-
 minant. Hippocrati alio nomine ἀποστίτη νο- ἀποστίτη.

METHO. PERVENIENDI

κυνόδουσ ὀρεξίς. catur. *κυνόδουσ ὀρεξίς* contrarium est abolitæ
 appetentiæ malum. eo enim laborantes appe-
 tentiam cohibere nequeunt, quapropter in
 cibis ingerendis modum excedentes, eorum
 copia grauari, illos paulo post euomunt, atq;
 sic leuati rursus se explent, ac iterum ad vo-
 mitum perinde atque canes reuertuntur, vn-
 de Latinis haud secus atq; Græcis canina ap-
 petentia appellatur. *βούλιμος* Græcis nihil al-
 liud quàm ingentem vehemētēque famem
 significat. *βου* enim particula aliis adiecta vo-
 cibus, earum significationem auget. *κίτλη* ma-
 lum est quod mulieres vitiosis refertas hu-
 moribus infestare consuevit, grauidas præ-
 fertim. Appetunt autem maxime per hoc aci-
 da & acerba, nonnunquam etiam acria, in-
 terdum cimoliam terrâ, testas, extinctos car-
 bones, aut alios vehementer absurdos cibos.
Πικά. Latini Picam nominant, à varietate pluma-
 rum huius auis: vel quòd hæc ipsa sæpenume-
 ro hoc vitio laboret. *Απειψία* Græcis vitium
 est in quo nulla penitus ciborū fit alteratio,
 sed secundum omnes qualitates tales perman-
 ent, quales assumpti sunt. Latini Cruditatē
 nuncupant. *Δυσπειψία* fit vbi in alienam qua-
 litatem cibi permutantur. Deprauatam alte-
 rationem & concoctionem Latini vocant.
Σπαστυψία. *Σπαστυψία* est quando cibi in qualitatem ani-
 manti familiarem, sed longiori tempore &
 vix permutantur. Latinis tarda cōcoctio di-
 citur.

*Canina ap-
 petentia.
 βούλιμος.*

κίτλη.

Pica.

απειψία.

Cruditas.

δυσπειψία.

*Deprauata cō-
 coctio.*

σπαστυψία.

*Tarda conco-
 ctio.*

citur. *Nauſta* irritus ad vomitiones conatus *Nauſta.*
 exiſtit. Latinis nauſea appellatur. *Δυγμὸς* motus *Nauſca.*
 ventriculi deprauatus, qui eſt veluti eius con- *Δυγμὸς.*
 uulſio, ab expultrice facultate noxia extrude-
 re volentis excitatus. Latinis ſingultus nomi- *Singultus.*
 natur. *συνοπὴ σωματικὴ* animi eſt deliquium, aut *Syncope ſtoma-*
 virium potius lapſus, vitio oris ventriculi e- *chica.*
 ueniens. *χολίρα* immodica eſt ventriculi pertur- *Χολίρα.*
 batio, ſupra infráque erumpens. Latinis cho-
 lera dicitur. Barbaram ſectantes medicinam
 cholericam, & *cholericā* paſſionem vocant.
 Qui hoc afficiuntur malo, Græcis *χολεϊκόντις*,
 Latinis autem cholericis appellantur. Ne-
 quaquam igitur per cholericos, vt vulgus
 medicorum ſolet, bilioſos, ſed eos potius
 qui iam diſto malo laborāt, intelligere oportet.
κοιλιακὸν non omnis ventris fluxio propriè
 Græcis appellatur. neq; enim ſi crudi cibi in-
 ferne prodeunt, neque ſi cōrupti in alienam
 qualitatem mutati ſunt, cœliacus affectus no-
 minatur, ſed tunc ſolum, quum leuia liquidá-
 que admodum egerūtur, ventriculo præ im-
 becillitate ipſa cibos concoquere & diſtri-
 buere nequeūte. Cornelius tamen Celfus lib.
 4. cap. 12. ſecus atque Græci hanc vocem v-
 ſurpare videtur, dum in cœliaco affectu ven-
 trem indurari, doloribúſque premi tradit,
 aluúmq; ipſam adeò nihil reddere, vt ne ſpi-
 ritum quidem tranſmittat.

METHO. PERVENIENDI

Vitiorum intestinorum explicatio.

CAPVT LXI.

Διάρρημα.

ἰσχυρὰ Græcis copiosus est sine exulce-

ratione & inflammatione alui fluor.

Latini Diarrhœam, à Græcis mutuato nomine, vocant. Sunt etiam interpretes Latini qui profluuium alui simpliciter dicant. *Δυσωρεπία* Græcis, vt nomen ipsum satis indicat, malum est in quo propter leuorem intestinorū cibi non retinentur, sed antequam permutationem & perfectam concoctionem admittant, dilabuntur, eaque qua assumpti fuerunt forma eiiciuntur. Hinc Latinis rectissimè le-

Leuor intestinorum.

Δυσωρεπία.

Difficultas intestinorum.

Quatuor cruentæ dysenteriae species.

uor intestinorum nominatur. *Δυσωρεπία* Græcis propriè intestinorum exulceratio est. Latini difficultatem intestinorum, & tormina, quòd in eo malo intestina vehementissimo torqueantur dolore, appellant. Galenus lib. 3. de symp. causis cap. 8. quatuor cruentæ dysenteriae species recenset. Prima est in qua sanguis propter aliquam partem corporis præcisam, aut prioris vitæ exercitatione intermissam, per quosdā excernitur circuitus. Altera, in qua sanguis aquosus, hoc est aquæ in qua cruentæ & recens mactatæ carnes sunt ablutæ, similis, deiicitur. Tertia, in qua & nigrrior & splendidior eo. qui naturalis est excernitur sanguis. Quarta, est in qua paulatim & breuib. interuallis, nonnunquam syncerus, non-

nonnunquam etiam grumosus cum pure fan-
 guis, vel ramentis intestinorum, sæpenu-
 ro etiam densum stercus cruentis guttis re-
 spersum, deiicitur. Et est ea quæ propriè dys-
 enteriam vocari paulò antè diximus. *τεινσμός τεινσμός*
 assidua est, & quæ differri ac curari non po-
 test, desidendi seu egerendi cupiditas, qua ta-
 men nihil, præter modica cruenta, vel mu-
 cosa, egeritur. Sic dicta *ἀπὸ τοῦ τείνειν*, quod *τεινέσθαι*.
 Latinis conari significat. Tenesmus Lati-
 ni, barbari autem nostri temporis medici
 tenasium appellant. *κωληνὸν ἰδύνην* Græcis do-
 lor est qui in laxiore intestino, quod illis *κω-
 ληνόν* dicitur, accidere solet. *ἐίλησθαι* malum est
 tenuium intestinorum, grauissimos & leta-
 les dolores inferens. Sic vocatum à doloris
 circumactione. *εἰλεῖσθαι* enim Græcis est cir-
 cumuolui & circumagi. Hinc rectissimè La-
 tinis conuoluulus & voluulus nominatur. *Conuoluulus*
 Alio nomine Græcis *χέρδα* dicitur, quod *χέρδα*.
 ad chordæ similitudinem in hoc malo inte-
 stina conuolui videantur. Barbaram sectan-
 tes medicinam Iliacam passionem vocant.
 Lumbricorum, quos Græci *ἐλμινθας* appel-
 lant, tres in vniuersum sunt differentiæ, vna *Lumbricorum*
 teretum seu rotundorum, altera latorum, *tria genera*.
 & tertia eorum quos ascaridas nuncupant.
 Teretes seu rotundi lumbrici à forma, quæ *Rotundi*.
 omnibus perspicua est, dicti sunt. Nam se-
 cundum crassitudinem rotundi sunt, longitu-

METHO. PERVENIENDI

dine verò palmares, & nonnunquam longiores, aliisque sunt frequentiores. Græcis *αμυβρις* & *προγυλαί* nominantur. In gracilibus plerunque intestinis consistunt, & ventriculū subeunt, ideòque crebrò per os reiciuntur: quibusdam etiam è naribus redduntur. Et hoc sanè genus mali infantibus & pueris, atq; his qui ad pubertatem accedunt, peculiare est. Latini, qui Græcis *νέριαι* & *ταίνιαι*, quòd scilicet instar institarum & fasciarum lati & longi sint, appellantur, Latinis *Institæ* & *Fasciæ*. Incredibilis verò longitudinis sunt. Plinio enim lib. II. cap. 33. teste, tricenū aliquando pedum visæ sunt, aliquando etiam plurium.

ἀσπίδες. *ἀσπίδες* tenues ac breves, vermibusque similes lumbrici sunt. In recto intestino, & in ani extremo magna ex parte inveniuntur.

αιμορροΐδες. *αιμορροΐδες* venarum in sede partim à porta, partim à caua vena ortarum explicationes ac dilatationes sunt, à crebro sanguinis defluxu sic nominatæ. Harum quidem aliæ sunt cæcæ, quæ nimirum intumescunt, & nihil aut parum admodum sanguinis excernunt.

Απέρτα. Aliæ apertæ, quæ scilicet certis quibusdam temporibus panduntur, & sanguinem emittunt. *σφαιδές* scissuræ sunt quæ in musculo anum claudente, *σφιγντήρα* Græci vocant, aut in circulo & extrema ani corona fiunt, similes iis quæ in labiis ob Boreæ asperiozem flatum accidunt. Latinis rimæ sedis dicuntur.

νεκδυσήματα

Lati.
νέριαι.
ταίνιαι
Institæ. Fasciæ

ἀσπίδες.

αιμορροΐδες.

Cæcæ.

Απέρτα.

Rimæ sedis.

κενδύλωματα sunt nodi & callosæ excretiones, κενδύλωματα
 vel eminentiæ seu excreſcentiæ ſedis in cal-
 lum coactæ: vel ſunt rugæ circa anum intumefcētes. Reduplicatis enim ani corpusculis,
 ruga quædam præter naturam infurgit & intumefcit. Quî enim ſinuofus ſit anus, rugas
 annexas habeat neceſſe eſt. Σίνουρ tuberculum σίνουρ.
 in ano eſt vlcerofum, rotundum, ſubædurum,
 rubicundum, & quod dolor comitatur. Latinis ficus & marifca vocatur. Iuuenalis nan- Ficus.
 que ait. Cæduntur tumidæ medico ridente Marifca.
 marifcæ. Errât itaque qui hæmorrhoidas marifcas interpretantur.

Vitiorum iecoris enarratio. CAP. LXII.

NOtandum initid̄ ήπατιδος, Galeno lib. 5. ήπατιδος.
 de laborantib. locis cap. 7. teſte, dici quibus iecoris facultates imbecillæ ſunt. Latini Iecineroſi.
 iecinoroſos appellare poſſunt. Non ſunt igitur hepatici aut iecinoroſi niſi quibus iecur
 amiſſa aut languente facultate ſua irritas proprias functiones obtinet, etiamſi nullus
 neque dolor neque tumor a deſt. ναχιξία non ναχιξία.
 aliud ſonat quàm malus habitus corporis, in quo nimirum alimentum corporis cor-
 rumpitur. Is certe aquarum cutem ſubeuntium principium eſſe ſolet. υπερδος bilis modò υπερδος.
 flauæ, modò atræ per vniuerſum corpus effuſio eſt. Sic verò Græcis hoc malum dictum eſt
 ab aue, quæ illis υπερδος, Latinis verò galbula vo-

METHO. PER VENIENDI

caur. Hæc enim si spectetur, malum sanari,
 & auem mori tradunt. Vel, vt aliis placet, ab
 aue quæ *ἰντῖς* Græcis, miluus Latinis appel-
 latur. Quippe oculi hoc vitio laborantium
 miluini oculis similes, hoc est, auricolores,
 videntur. Vel à mustela syluestri, quæ itidem
 auricolores habet oculos, & Græcis *ἰντῖς*, La-
 tinis viueria nominatur. Verùm parū refert
 vnde icteri appellatio deducta sit, modò de
 re ipsa & malo constet, hoc ipsum esse bilis
 suffusionem. Latinis regius dicitur morbus,
 quoniam mulso, quod genus potionis in re-
 gum deliciis erat, curabatur. Vel quòd eo ma-
 lo affectos, & lecto & conclau cultiore, ludis
 & lasciuia vti perutile sit, per quæ mens æ-
 grotantis exhilaratur. A Cornelio Cello au-
 rigo vocatur, ab auri colore, quem bilis per
 vniuersum corpus diffusa refert. Sunt quibus
 etiam arcuatus nuncupatur, quòd cœlestis
 arcus similitudinem, si colorem eius respi-
 cias, habeat. *ἰδρωψ* malum est quod Latini a-
 quam inter cutem nominant. Eius autem tres
 sunt species. Vna Græcis *ἀσπιτῖς* appellatur, &
 fit quum inter membranam peritonæum vo-
 catam, & intestina, plurimus aquosus humor
 coaceruatur. Sic autē Græcis dicta est, quòd
ἀσπιτῖς, id est vtris modo locus prædictus qui in-
 ter peritonæum & intestina est, aquoso hu-
 more impletus videatur. Latini vtricularem
 nuncupare possent. Barbari corrupta vnius
 literæ

ἰντῖς.
Viueria.

*Regius mor-
 bus.*

Aurigo.

ἰδρωψ.
*Species aquæ
 inter cutem.*
ἀσπιτῖς.
Aspites.

Vtricularis.

literæ adiectione voce, Ascitem appellant. ^o
 Altera *τυμπανίτης* Græcis, & *τυμπανία* dicitur. *τυμπανία.*
 Accidit autem quando flatus ac spiritus su-
 peruacuus plurimus in prædicto ventris loco
 coaceruatur. Hoc autè modo à tympano o-
 mnibus notissimo instrumento nominata
 est. Si enim venter pulsetur, tympani instar so-
 num edit. Tertia Græcis *ἀνασάρκωσις, σαρκίτης, ὑπο-ἀνασάρκωσις.*
σάρκωσις, & λυμοφλεγμονία vocatur. *λυμοφλεγμονία.*
 Fit quoties per
 vniuersam corporis molem humor pituito-
 sus disseminatur, adè vt instar spongiarum
 aut papyri, vniuersa caro permadida & laxa
 appareat. In ea itaq; totum corpus intume-
 scit, ac mortuo simile euadit. *σπλωμόν* Græcis
 propriè nominantur, quibus lien obstructo *σπλωμόν.*
 obseptóque in eo melancholico excremento,
 aut propter inflammationem induruit. Latini
 lienofi vocantur. *Lienofi.*

Vitiorum renum & vesicæ explicatio.

CAPVT LXIII.

N^{*νεφρίτης*} *νεφρίτης* vox Græcis bifariam accipitur. *νεφρίτης.*
 Vno modo generatim pro quouis renū
 vitio. Altero priuatim pro renum phlegmone
 cum vehementi dolore, quandoque verò
 etiam difficili vrinæ transitu, in qua fibrosa
 & arenosa cū modico sanguine excernuntur.
 Sic quoque nephritici sunt vel qui ex renibus *Nephritici.*
 quomodolibet laborant: vel qui phlegmone
 renum afficiuntur. *διαβήτης* diuturnum est cir- *διαβήτης.*

z iiij

METHO. PER VENIENDI

Ca renes consistens malum, in quo supra modum ægrotantes sitiunt, atque subinde bibunt, exuberanter id quod biberunt, à sua qualitate non mutatū per vrinam reddentes. Alio nomine ab inexhausta siti Græcis *διψασις* dicitur. Aliis *ιδρωσις* & *ιδρωσις εις αιμαδα*, id est, aqua inter cutem ad matulam, nonnullis verò *διαρροια εις ουρα*, hoc est, vrinæ suor profuuiumve appellatur. Latini instar Græcorum diabetem vocant. *Διβησις* priuatim renum aut vesicæ calculum Græcis significat. *σπαγγουρια* malum est in quo paulatim & guttatim vrina destillat, atque assiduam ad mingendum irritationem excitat. Latinis stillicidium vrinæ nuncupatur. *Δυσουρια* vitium est in quo vrina ægre & difficulter excernitur. Latini difficultatem vrinæ nominant. *ισχυρια* malum est in quo ægris in totum vrina supprimitur ac cohibetur. Latinis suppressio vrinæ vocatur.

Vitiorum genitalium enarratio. CAP. LXIII.

ιμωσις & *φιμωσις* vitium est quoddam in masculis, Celfo lib. 7. cap. 25. autore, in quo colis glans ita cutis tegmine contexta est, vt nudari non queat. Contrarium huic malum, quando videlicet propter cutem curtam, aut retro abactam glans regi haud potest. Græcis *περιφιμωσις*, imò rectius *παρωφιμωσις* vocatur. *περιουρισμος*, Galeno libro sexto de laborantibus locis capite sexto teste, est quum genitale

διψασις.
ιδρωσις seu *ιδρωσις εις αιμαδα*.
διαρροια εις ουρα.

διβησις.
σπαγγουρια.

Stillicidium
vrinæ.
δυσουρια
Difficultas
vrinæ.
ισχυρια.
Suppressio v-
rinæ.

ιμωσις.

περιφιμωσις.
παρωφιμωσις.

genitale membrum & in longitudine, & in latitudine augetur, nullo stimulante ad libidinem aut desiderio, aut acquisito calore. Deducta verò est denominatio à Priapo, quem suapte natura huiusmodi pudédum habentem finxerunt & pinxerunt homines.

στυριασμός & *στυριασμός* varie à Græcis medicis usurpatur. Primò pro elephâtia. quippe hoc malo correpti Satyris similes sunt, quemadmodum cap. 5. libri de causis morbo. testatur Galenus, ita scribens. In elephantia nasus si-

mus, labra crassa, aures extenuatæ: atq; in totum qui sic laborant, Satyris similes existunt.

Quod multo clarius in fine libri de tumoribus præter naturâ, iis significauit verbis. Hoc malum, ait, quum incipit: (elephâtiam intelligit) satyriasmum vocat, quia Satyris similes facie redduntur. Secûdò satyriasmus, Galeno loco iam citato autore, Græcis pudendi tensionem haud remittentem, accedente quadam palpitatione, denotat. Hoc autem malû, ut præcedens, à Satyris in venerem pronis nomen suum obtinuit. Tertio satyriasmus, Galeno ibidem teste, Græcis pro ossium circa tempora excessu & eminentia sumitur. Galenus etiam in libello de interpretatione antiquarum vocum Hippocratis, satyriasmum prominentem glandularû iuxta aures tumorem esse tradit. *γυναιξίολα* est feminis præter voluntatem, citràque pudendi tentiginem ex-

στυριασμός.
στυριασμός.

γυναιξίολα.

METHO. PERVERNIENDI

cretio. Vulgus medicorum deprauata & ridicula admodū voce Gomorrhœam appellat. Latinis seminis profluuiū vocatur. *δνερωγμῖς* libidinis & reuenerē in somno imaginatio, seminisque per somnū profusio est. *μῆλη* Græcis, ramex & hernia Latinis, barbaris medicinæ autoribus ruptura dicitur. Variis autē fit modis, p̄rque adiectiones rerum opplētium, varias etiā appellationes accipit. Si enim peritonæo rupto intestina in scrotum deuoluuntur, *ἐντερονήλη* Græcis, intestinorū ramex Latinis nominatur. Vbi verò intestina suprā inguinib⁹ hærent, *βουβωνοήλη* Græcis, inguinalis ramex Latinis vocatur. Quod si ociosus & aquosus humor in parte aliqua membranarum scrotum implicantiū colligitur, *ὑδροήλη* Græcis, aquosus ramex Latinis nūcupatur. Quum verò intra testium tunicas dura increfcit caro, *σαρκοήλη* Græcis, carnosus ramex Latinis appellatur. Si autem omentum in scrotum delabatur, *ἐπιπλοήλη*, hoc est omēti ramex nominatur. Si simul cum omento intestinum quoque descendat, *ἐπιπλοεντερονήλη* Græcis, omenti & intestini ramex Latinis nūcupatur. Vbi venæ quæ testiculos nutriunt, varicū modo repletę glomerātur, Græcis *κυρσοήλη*, Latinis varicosus ramex vocatur.

Vitiorum uteri explicatio.

C A P. LXV.

P ὄσις γυναικεία Græcè, fluor muliebris latine, ὄσις γυναικεία
 totius corporis sese per vterum expurgan-
 tis diurnus est defluxus. Talem verò speciè
 id quod per eum vacuatur, repræsentat, qual-
 em humor ipse in corpore superâs. πνίξις ὑστερική
 vteri ad superiora retractio est. Latinis stran-
 gulat⁹ seu præfocatio vteri dicitur. μύλη Aë- μύλη.
 tio & Paulo induratus est tumor, interim in
 vteri ostiolo, interim in ipso vtero promi-
 nens, ad tactum ferè lapidosus. Galeno autem
 lib. 14. the. metho. cap. 13. caro informis in v-
 tero consistens appellatur. Latini molam vo-
 cant. μύσις ὑστερική malum est in quo margines Mola.
 ostij muliebris coeût, inuicemq; cõnuët. μύσις ὑστερική.
 Latinis vteri præclusio nūcupatur. πρίσις & φίμωσις Præclusio vte- πρίσις & φίμωσις.
σις osculi aut ceruicis vteri obturatio, coarcta-
 tio, compactiove est, ab exulceratione vel
 phlegmone indurata præcedente eueniens,
 qua ea loca tam angusta redduntur, vt semen
 virile amplius non admittant, vel si admise-
 rint, tamē nō retineant. Præter ea quæ iam
 commemorauimus, multa alia sunt vteri vi-
 tia, vt phlegmone, cancer, scirrhi, thymi, con-
 dylomata, & rhagades: de quibus non est cur
 hoc dicamus loco, quòd nimirum alia tum
 quoq; partium communia sint. Quapropter
 de iis suis locis aut supra tractauimus, aut sal-
 tem deinceps in capite de tumoribus præter
 naturam, differemus.

METHO. PERVERNIENDI

Vitiorum quæ in articulis accidunt, enarratio.

CAP. LXVI.

ἀρθρίτις.

Aρθρίτις propriè Græcis est vbi imbecillitas in omnibus corporis articulis consistit, humórque à natura alienus ad eosdè cõfluit. Generatim tamen pro omni articulorum dolore vsurpatur. *πὸ ἀργρα* est vbi imbecillitas ac humoris à natura alieni defluxio pedes occupant. *ἰσχίαι* grauisissimus est dolor qui iuxta articulum Græcis *ἰσχίον*, Latinis verò coxam vocatam, accidit. Latinis malum hoc Ischias dicitur. Idem tamen vna coxèdicis appellatione interdum & locum & dolorem nominât. Barbari Sciaticam vocant, & hoc vitio laborantes Sciaticos, quum tamen rectius Ischiadicos appellarent. *κνέφυλοι* sunt nodi & callosæ concretiones in digitis manuum ac pedû euenientes, vt testis est in cõmentariis super Hippo. librum de fracturis Galenus.

πὸ ἀργρα.

ἰσχίαι.

ἰσχίον.

Ischias.

Coxendix.

Ischiadici.

κνέφυλοι.

Tumorum præter naturam, & ulcerum explicatio. CAP. LXVII.

Phlegmone.

Generatum.

Πλεγμωνή vox Græcis bifariâ sumitur. Generatim pro omni calido & dolorifico cum feruore tumore. Qua quidem in significatione idem Græcis quod *φλέγωσις* denotat, quam latine licet inflammationem aut efferuescentiâ appelles. Hac sanè ratione erysipelas, herpes, & carbûculus, phlegmones dici

ci possunt. Atq; in ea certè significatione ab
 Hippocrate & aliis veteribus hanc vocè esse
 vsurpatam constat. Propriè autem phlegmo- *Propriè.*
 ne supra efferuescentiam ac inflammationè,
 tumor est rubens, dolens, tendens, & tactui re-
 nitens, quemadmodum copiosius lib. 13. the-
 metho. capite. 1. Galenus monstrat. Vt autem
 latini hanc differentiam certius exprimant,
 præstat *φλὴγμων* inflammationem appellare: &
 alterum tumorem, à Græcis mutuato nomi-
 ne, phlegmonen vocare. *ἔρπης* malum est ubi *ἔρπης.*
 flaua bilis sola & pura, nullòque infecta alio
 humore, excreta in aliquam particulam decū-
 bit. Latinis etiam Herpes nominatur. Quòd
 si bilis hæc substantia crassior acriórque fue- *Herpes.*
 rit, totam cutem ad subiectam vsque carnem
 exulcerat, appellaturque Græcis *ἔρπης ἰσθμίου*, *ἔρπης ἰσθμίου*.
 Latinis herpes exedens. Si verò tenuis, & mi-
 nus acris calidàq; fuerit, exiguas pustulas mi- *Exedens.*
 lio similes per summam cutè excitat, ob eam-
 que similitudinem Græcis *μυρτιάς ἔρπης*, Latinis *Miliaris her-*
 herpes miliaris dicitur. *ἔρπης μιλιαρῆς*, Galeno lib. 2. *pes.*
 ad Glauco. teste, tumor est ex feruente tenui- *Erysipelas.*
 que sanguine conflatus. Vel est ex sanguine &
 flaua bile calidioribus quàm oporteat, mixta
 fluxio. Latinis sacer ignis nuncupatur. Quòd *Sacer ignis.*
 si parum infestet, ac per solà cutem diffusum *Exquisitum*
 fuerit malum, nihil subiectam carnem mole- *erysipelas.*
 stans, quod quidem sæpius euenire solet, ex-
 quisitum erysipelas nominatur. Quod verò

METHO. PERVERNIENDI

subiectam carnem attingit, neque ex verè tenui bile consistit, non tantum erysipelas, sed iam affectus permixtus ex erysipelate & phlegmone existit, atque ab eo quod in mixtura exuperat, nomen accipit. Si enim propria erysipelatis symptomata in eo exuperat, *ἔρυσιπέλας φλεγμονώδης*, hoc est erysipelas phlegmonosum nominatur. Si verò phlegmones symptomata superat, *φλεγμονὴ ἔρυσιπέλας τῶδης*, id est phlegmone erysipelacea vocatur. Quòd si neutri^o symptomata exuperauerint, sed æqualia fuerint, tunc erysipelas & inflammatio mixta esse dicuntur. *ἀνθραξ* est ubi sanguis crassus & feruescens in aliquam corporis particulam decumbens, cutim exusserit. Latinis carbunculus appellatur. Errant igitur plurimum recentiores ac barbari medici, qui anthracem & carbunculum diuersa esse mala tradunt, vt lib. 2. paradox. cap. 18. copiose admodum diximus. Arabum placita sectantes, idem malum prunam & ignem persicū nūcupant. Incipit hoc vitium plerunque à pustula, interdū verò & sine hac. Qui eo corripuntur, particulam laboratē omnino scabunt, vnde mox orta pustula quædam rumpitur, eaque rupta vlcus cum crusta gignitur. *βουβών* tumor seu phlegmone est adenum & glandularū, Galeno lib. 2. ad Glau. ca. 1. teste. Perperā igitur quidam Galeni interpretes vocem bubonum ad inguinum tantū adenas tumefactas ac phlegmone affectas cōtra-

ἔρυσιπέλας φλεγμονώδης.
φλεγμονὴ ἔρυσιπέλας τῶδης.

ἀνθραξ.

Carbunculus.
Error recentium medicorum.

Pruna.
Ignis persicus

βουβών.

Interpretum latinorū Galeni erratum.

tra-

trahunt. Latini malū hoc bubonem etiā appellāt. Vacat periculo, vbi propter ictum, aut vlcus quod in ceruice, capite, man^o aut pedis digitis, vel vicina aliqua pte natū est, oritur. Periculosum verò, si per pestilentia ingruit.

^{φύμα} Græcis, tuberculū Latinis vocatū, ^{φύμα.} *Tuberculum.* ^{Generatim.} *Generatim.* bi-
fariam accipitur. Primò generatim pro o-
mnibus præter naturā è quacunque corporis
parte erupētibus tumoribus, vt lib. 6. Epide.
par. 1. cō. 12. Galen^o attestatur. Hoc quidē mo-
do à Paulo lib. 4. ca. 22. vsurpata etiā vox est.

Secūddò ^{Speciatim.} *Speciatim.* pro phlegmone glādularū
& adenū, quæ statim augetur & suppuratur.

^{Qua} in significatione Galenus lib. 2. ad Glau-
co. ca. 1. vltus est. ^{φύγηθλον} vt Corneli^o Cel. au-
tor est, Græcis tumor glādularū nō altus, sed

latus dicitur, in quo quiddā pustulæ simile est,
panis similitudinem habēs. Hinc est q̄ Latini
hoc malū Panū vocauerint. Galenus autē lo-
co paulò antè citato phygethlon in glandulis

phlegmonodes erysipelas, aut phlegmonē ery-
sipelatosā esse scribit. ^{Γάγγραινα} malū est ī quo
pars laborās ppter magnā phlegmonē emor-
ritur, nōdum tamen prorsus mortificata est.

Latini instar Græcorum gangrænam nomi-
nant. ^{Σπασμός} Spasmodis autem Græcis malū dicitur in
quo pars laborans ob phlegmones magnitu-
dinē in totū & pfecte emortua, ac sensu vitāq;
destituta existit. Latini Syderationē vocant.

^{Sphacelos.} *Sphacelos.* ^{Syderatio.} *Syderatio.* Præterea, vt ī libello de tumorib^o præter natu

METHO. PERVENIENDI

rā Galen^o testatur, sphacelos seu syderatio solidarum partium est corruptela, vt etiam ossibus innascatur, nedum carni & vasis. Gangrana verò solidorum corporum mortificatio est, sed neque ossibus aduenit. *ἰοδίνυ* phlegmonosus est tumor è crassis humoribus in carnosis partibus consistens: mitis quidē, quū in sola cute coierit: malign^o autem, vbi in altum radices fixerit. Latinis furunculus dicitur. *ἀπὸ βήματος* & *ἀπὸ βήματος* est affectus in quo abinuicem distant quæ prius se contingebāt corpora. Spacium igitur vacuum in medio fieri oportet, quod aliquam flatusosam vel humidam substantiam, aut ex vtriusq; compositam comprehendat. Excoriat enim hæc circumposita corpora, spacium videlicet sibi molies vel inter duas tunicas, vel sub certis mēbranis. Excoriat autem omnino ipsa copia distēdens. Latini abscessum vocant. Sanè inueniuntur in abscessibus, vbi aliquandiu perdurauerint, quum scalpello diuiduntur, proprietates quædam non pauca nō humorum modò, sed etiam solidorum quorundam corporum. Si quidem vnguibus, pilis, ossibus, testis, lapidibus, carbonibus, arenis, lignis, pororum fragmentis, limo, & forditici balnei, fœci & amurcæ similia inuenta in iis corpora sunt. Quod vulgus ignorans, incantamentorum vi ac potentia hæc omnia esse facta iudicant. Abscessus autem duplex genus est. Vnum, quū phlegmone

ἰοδίνυ.

Furunculus.
ἀπὸ βήματος
ἀπὸ βήματος.

Abscessus.

Abscessus duplex genus.

gmonie in pus cōuerſa, pus ipſum tanquam in ſinu aliquo eſt collectum. Alterum, quum nulla præcedente phlegmone humor aliquis ſtatim in itio in parte aliqua coaceruatur. *ἀπὸ ἀπὸ τῶν ὑμῶν*
συνεμα eſt quando humores loco què prius in-
 feſtabant, relicto, ad alterum cōfluunt. Latini interdū decubitus, interim etiā illapſum *Decubitus.*
 humorum ab vno loco in alium appellāt. *Αἰθρημα* tumor ſeu abſceſſus eſt cōcolor & indo- *Atheroma.*
 lens, in membrana, ſeu neruoſa tunica lentū
 humorem puli ſimilem continens. Neque enim *ἀθήρα* vox Græcis aliud quàm pultem què *ἀθήρα.*
 ex farina decocta cōficitur, ſignificat. *μελιερῖς* *Meliceris.*
 abſceſſus eſt in quo humor tenuis, & mellis
 referens ſubſtantiam reperitur. Latinis non-
 nullis mellifauium appellatur. *μελιερῖς* abſceſ- *Mellifauium.*
 ſus eſt, in quo humor ſeuo perſimilis, mēbra- *μελιερῖς*
 na incluſus, ſub eſt. *ὀδῶμα* propriè laxus quidā
 mollis & dolore vacans tumor eſt, ex pitui-
 toſo humore in particulam aliquam influente
 exurgēs. Latinis pariter cum Græcis œdema *ὀδῶμα.*
 dicitur. Barbari corrupta, vt ſolent, voce
 Vndimiam appellāt. Hac quidem in ſignifica- *Vndimiam.*
 tione à Galeno, & aliis hunc ſecutiſ medicis
 Græcis uſurpatur. Hippocrates tamē, vt mul-
 tis locis ſuorum commentariorum teſtatur
 Galenus, per *ὀδῶματα* generatim omnes præ-
 ter naturam tumores intelligit. Adeoque illi
ὀδῶμα idem quod *ὄγκος* denotat. *ὄγκος* eſt *ὄγκος*
 vbi flatuſus ſpiritus aliās ſub cute, aliās ſub

A

METHO. PERVENIENDI

Inflatio. μέμβρανις quæ ossibus circumfunduntur, aut musculos, viscerumque aliquod ambientibus coaceruatur. Porro colligitur aliquando non parum etiam in ventriculo & intestinis, itemque in medio spatio horum & peritonæi. Latini inflationem, vulgus medicorum apostema ventosum vocant. Γάγγλιον est nervorum concretio seu tumor, ex icu aut lassitudine, in pluribus quidem corporis partibus, præsertim motui dicatis, nempe summis manibus & pedibus, obortus. Avicenna glandulam nominat. Χοιράδης nihil aliud sunt quam indurata glandula. Galenus lib. 13. the. metho. ca. 5. duriores glandularum phlegmonas esse tradit. In collo, alis, & inguinibus præcipue consistunt, vbi glandulae vasis substratae collo cantur. Latini strumas vocant. Barbaram sectantes medicinam Scrofulas, à suibus multiparis animantibus (numerosæ enim sobolis existunt, vt sues) & eo malo frequenter laborantibus, mutato nomine appellant. Scrofa etenim, id est, sues, colla habent glandulosa, & magna ex parte strumosa. Σηψίβηξ, Galeno attestante, duplex est. Exquisitus, verus seu legitimus, tumor est durus, sensus & doloris omnino expers. Non exquisitus tumor quidem est prædurus, non tamen omnino sensus expers. Καρκίνος & καρκίνωμα, in æquali, liuescens, aspectu teter, & perpetuo ferè dolore affligens tumor est. Latinis cancer dicitur.

Inflatio.

γάγγλιον.

χοιράδης.

Strumas.

σηψίβηξ.

Exquisitus.

Non exquisitus.

Cancer.

καρκίνος.

eitur. Hanc autem appellationem huic malo
 tā Græci quàm Latini à cancro fluuiatili in-
 diderunt, quoniam in eo implentur & inten-
 duntur venæ cancerorū pedibus, à glomere
 illo corporis descendētib; , persimiles. Nō
 nulli verò inde sic nūcuparunt, quòd difficilli-
 mē ab iis partib; quas obsedit, euellatur, quē
 admodum cancer fluuiatile animal. Hic enim
 loco quem semel apprehēderit, pertinaciter
 hæret. Fit interdum in partibus corporis in
 conspectu positis, mammis præsertim fœmi-
 narum, quòd laxæ sint, ac crassissimam atræ
 bilis materiam promptè excipiant. Euidētē
 cancerum appellāt medici. Nonnunquam in
 penitioribus & latētibus corporis partibus,
 sede nimirum, palato, & sinu muliebri. *Ελα-
 φια*
 φια & ἑλεφαντίασις, vniuersi corporis cancer est.
 Latini Elephantiam vocant. Sic verò malum *Elephantia.*
 hoc dictum est, quòd in eo cutis corio elephā-
 ti persimilis videatur. Nam maculis quibusdā
 ad atrum colorem vergentibus inficitur, in-
 æqualitèrque aspera, crassa, & veluti squamis
 fœda, liuens, ferināque redditur. Vnde omni-
 bus perspicuum fit, elephātiāsim ab Arabum *Lepra Ara-
 bum.*
 lepra nihil differre, vt copiosè admodum lib.
 2. paradox. ca. 16. demōstrauim;. *Λίπρα* Græ- *Lepra Græco-
 rum.*
 corum, & *ψώρα*, vtrunque malū cutis est aspe- *ψώρα.*
 ritudo, cū pruritu, & corporis absorptione.
 Vt cūque verò affectus inter se admodum affi-
 nes sunt, tamen in hoc differunt, quòd lepra

A ij

METHO. PERVENIENDI

Scabies.
λεχθν.

Impetigo.

Mētagra Plinij
Fera impetigo
eadem cumē
tagra.
Morbus gal.
licus à menta
gra diuersus.

profundius circularibusque erosionibus cutē depascitur, & piscium modo squamulas ex se remittit. Psora verò superficiē tātum, & summam corporis cutem variis figuris exedit, & furfuracea magis ex se corpuscula edit. Latini scabiem nominant. *Λεχθν* vitium cutis est, quod celeriter in leprā & scabiem, Paulo attestante, transit, asperitudinem in ea quandā pariens. Latinis impetigo vocatur. Germanis fleche. Cornelius tamen Celsus lichenas papulas, & lepram impetiginem cōuertit, vt lib. 2. paradox. cap. 17. copiosius demonstrauimus: quod cuitandæ confusionis gratia hoc loco monendum erat. Cæterum Galenus lib. 5. de compo. medica. localium cap. 7. foedissimæ cuiusdam menti impetiginis meminit, quæ pruritū excitat, & laborates affligit, atq; in discrimen non mediocre adducit. Nam interdū per vniuersam faciem serpit, & ad oculos usque procedit, & ferè supremæ deformitatis causa efficitur. Quæ quidem impetiginis descriptio per omnia mentagræ Plinij conuenire videtur. Vt hinc constet feram impetiginem à mentagra nō esse diuersam, quæ tamen à mitiore impetigine plurimum difert. Errāt autem vehementer, qui foedissimam hęc impetiginem, mentagram à Plinio appellatam, morbum eū esse existimant, quem hodie vulgò quidam Gallicum, alij Neapolitanum, alij Hispanum, nonnulli citra nationum odiū & iniuriam

iniuriam Venereū nomināt, vt abunde lib. 2. paradox. cap. 17. docuimus. Vitiligo fœdus *Vitiligo.* cutis color est, ex malo particulæ alicuius habitu proueniens, quæ nutrimentum sibi probe assimilare nequit. Huius quidem duæ sunt species. Vna Græcis λευκή dicitur, quod scilicet λευκή in ea color cutis ad candidius mutetur. Hæc non tantum cutim inficit, sed altius descēdit, adeo vt carnem quoque ipsam contingat, ac pilos coloret, qui in ea cani & lanugini similes enascuntur. Latinis leuce & alba vitiligo *Alba vitiligo* nominatur. Quare nō rectè interpretes Græca Latina faciētes, λευκήν speciem passim per generis nomen vitiliginem conuertunt. Auicennæ & aliis Punicis ferè omnibus hæc species Alboras vocatur. Altera vitiliginis species Græcis αλφίς appellatur, cuius quidē generatio etsi eiusdem cum leuce modi est, tamen carnem non attingit, nec in profundum descendit, sed summam tātum cutem inficit, cui veluti squamulæ quædam vitiligines ipsæ infixæ adherent. Latinis Alphos dicitur. Sunt autem alphi duplices: albi, qui ex pituita: & nigri, qui ex melancholico humore oriūtur. Sic autem appellarunt hoc vitium Græci, quod cutis colorem immutet. Quippe αλφαίνειν iis αλφαίνειν. dem immutare significat. Hinc rectè à Phaurino scriptū est, αλφόν πίνθος, παρὰ τὸ ἰναλλέσθαι τὴν χροίαν, id est, alphum vitium à coloris immutatione dici. Auicenna & cæteri Arabes hoc

METHO. PER VENIENDI

Morphæa.
σιγματα.

Vermicata.
ιμιμυριδε.

ἰδρωα.
σιδamina.

mali genus Morphæam nominant. *Σιγματα*
Græcis inter cutis vitia annumerantur, & il-
lis quidem non puncta, sed maculæ punctorū
quantitate & forma, hominis cutem & super-
ficiem decolorantes ac variantes dicuntur.
Vermicata vulgo nuncupantur. *Ἐπιμυριδες*,
Paulo lib. 4. ca. 9. teste, sunt vlcuscula sua spō-
te erumpētia, pustularum specie & subrubra,
quib⁹ apertis cruēta fanies defluit, per diēmq;
non magnopere excruciant: per noctem verò
gravi magis quàm pro ratione vlceris, dolo-
re torquent. Celsus lib. 5. cap. 28. Epinyctides,
inquit, pustule sunt pessimæ, colore vel subli-
uido, vel subnigro, vel albo, sabæ magnitudi-
nem non excedentes, in eminentib⁹ partibus,
vt tibiis & pedibus, maximè, nascentes. Circa
has vehemens inflāmatio est, & quum adaper-
tæ sunt, reperitur intus exulceratio mucosa:
color est humori suo similis, dolor verò ex eis
supra magnitudinem earum est. Nomen acce-
perunt à nocte, vel quòd interdium non multū,
noctū verò grauiore dolore torquēat: vel, vt
Celsus voluit, quòd noctū ferè oriātur. *ἰδρωα*
Græcis, Sudamina Latinis, Plinio papulæ su-
dorum, Galeno sect. 3. apho. cōm. 21. teste, ex
genere sunt pustularum in summa corporis
parte hærentium, quæ instar vlcerum cutem
exasperant: proueniuntque, vt & nomen ip-
sum indicat, ob multos sudores, vel biliosio-
res, vel mordaciores, qui cutem mordent, &
prurigi-

pruriginosam reddunt, ac per modum vlce-
 rum exasperant. *φλύκταιναι & φλυκτιδαι* genera- *φλύκταιναι.*
 tim exiguæ sunt pustulæ, veluti bullæ, similes
 iis quæ in corpore à feruida aqua torrefacto
 cõtینگunt. Hippocrati *φλύσεις* dicuntur. Sin- *φλύσεις.*
 gulari verò appellationes *ἀπὸ τοῦ φλύγειν*, hoc est
 ab ebullitione & feruore sunt factæ. *ὑδρανο* *ὑδρανο*
 & *ὑδρῶναι* pustulæ sunt parum supra summam
 cutem eminentes, bullis quæ ab igne excitantur,
 persimiles. Hæ in capite præcipue nascuntur.
Ἐξανθήματα. Græcis sunt tumores aut pu- *Exanthemata*
 stulæ spontè in cute florentes, sic dicta, quòd
 turgentium ad florem gēmarum in stirpibus
 modo tumeant. Hippocrates. 3. Epid. libro.
ὑδρήματα, ἀπὸ τοῦ ὑδρῆναι, hoc est ab erumpendo, *ὑδρήματα.*
 quòd scilicet sua sponte è cute erūpant, in eā-
 que floreāt, vocauit, Plinius papulas, & inter- *Papule.*
 dum pituitæ eruptiones nominat. Interpre- *Pituitæ eru-*
 tes aliquot Latini pustulas appellant. Sunt au- *ptiones.*
 tem duplicia exanthemata. præstat enim Græ- *Pustule.*
 ca vti nomenclatura. quædam enim sublimia, *Exanthemata.*
 quædã verò lata. Sublimia à calidiore & te- *Sublimia.*
 nuiori humore fiūt, pruritūmq; excitāt. vulgo
 & barbarâ scētibus medicinâ Morbilli nū- *Morbilli.*
 cupātur. Germanice Kinds blattern. Lata & *Lata.*
 humiliora à frigidiore ac crassiore humore
 oriūtur, neq; puritū concitāt. Vulgo & barba- *Variolæ.*
 ris Variolæ dicūtur. Germanis die Kinds flec- *Variolæ.*
 Ken. *τίμιμβος* tumor est præter naturā, seu ena- *τίμιμβος.*
 scētia nigri coloris, in tibiis maximè cōsistēs.

A iij

METHO. PERVERNIENDI

Terminthus.

diap.

*seu humiles
ἀνεροχορδῶν.*

Sic autē Græci hoc malū appellarūt, & in figura, colore ac magnitudine cū terebinthi fructibus similitudinē habeat. Paulus ex Orisibus sententia Terminthum tuberculi speciem esse asserit, cui pustula nigra supra infrāq; adiacet, qua rupta, id quod subiacet, desquamato simile apparet, quo quidē dissecto, pus deprehenditur. Dioscorides autem Alexādreus ait terminthum esse eminentiam in cute consistentem, rotundam, nigrouiridem, terebinthi fructum referentē. *diap.* *diap.* turgida quædam est ex crescētia, aspera, subrubra, oblonga, nūc in glande, nunc in præputio, nunc in ipsa sede consistens. Sic autem Græcis vitium hoc dictū est, quod Thymi corymbis simile sit. Celsus Thymion appellat, & sic nominari scribit quod super corpus quasi verrucula eminet, ad cutem tenue, supra latius, subdurum, & in summo perasperū. Idque summum colorē floris Thymi repræsentare, & ei inde nomen esse tradit. Thymorum autem alij mites, alij maligni. Mites exiguæ sunt carnes, inæquales, eminentis sensum latentibus, scabræ, colore candidæ, aut subrubæ, dolore carentes. Feri autē duriores, scabriores amplioresque sunt, feculentis, huidi, dolorē inferentes, manuum præsertim tactu. De quibus omnib⁹ Aetius lib. 14. cap. 4. copiose admodū tractat. *Μυρμυρία & ἀνεροχορδῶν* tumores sunt exigui, seu humiles ex crescētia, callosæ, & magna ex parte rotundæ, quæ

quæ instar monticulorum quorundam in cute eminentes conspiciuntur. Latini appositè verrucas appellant. Verruca enim propriè *Verruca.* editiorem montis partem significat. *Murramia* verò propriè verruca quæ latiore est basi, & quasi sefsilis, similem vellicantis formicæ sensum dum atrectatur inducens, dicitur. Latinis Formica nuncupatur. *ἀνροχρόδον* autem pen *Formica.* filis, & angustiore basi verruca est, vt chordæ nexu suspensa esse videatur. Hoc est, rotunda quædā in cute eminentia seu excreſcentia, quæ basim, id est partē imam ad cutem angustā habet. Latini hanc verrucā pensilem, vt priorē *Verruca pens-* sefsilē vocant. *ἥλας* Græcis verruca est rotū- *filis.* da, alba, clauorum capiti similis. Latinis Clauus appellatur, Germanis hunceraug. In calca- *ἥλας.* neis & pedum plantis maximè nascitur, in gradiendo dolorem afferens ac impedimentum. A clavis non magnopere differunt calli, quos Græci *τῆλλος* nominant, nisi quòd per *τῆλλος.* se dolore vacant, eodem quo cutis colore, neque sponte, sed ex labore obdurata cute gignuntur. *παρὶνχιον* carnis iuxta vngues tum *παρὶνχιον.* manuum, tum pedum, partem eorundem operiens incrementum est. *παρορυχία* tumor *παρορυχία.* circa vnguium radices consistens existit, quæ barbari nostri temporis medici corrupta voce, vt alia multa, panaritum, Latini verò redu *Redunia.* uias vocāt. *κίρσος* & *ἰξία* tumor seu dilatatio *κίρσος.* venarum à crasso sanguine facta, Latinis va- *ἰξία.*

METHO. PERVENIENDI

Variæ. rix appellatur. fit aliquando in tēporibus: nō-
nunquam in ima ventris parte sub vmbilico,
θλάσμα. interdū etiam circa testes, frequentissime au-
tem in cruribus. *θλάσμα* fit quū caro, vel of-
fium aliquod molle, sub irruente extrinsecus
aliquo violento, valido & duro corpore ita
colliditur, vt partis læsæ externa facies inte-
gra permaneat, & in profundo sint multæ ac
Contusio. parvæ diuisiones. Latini contusionē & colli-
sionē vocāt. Quod si verò cōcauitas aliqua à
collidentis corporis ictu inducta appareat, *ἑ-
κχυμωσις.* hoc est illisio nominatur. *ἑκχυμωσις* & *ἑ-
κχυμωσις* est sanguinis subter cutē effusio & coi-
Effusio. tus. Latini effusionem appellare possunt. Plu-
rimum vnà eū cōtusione & ruptione incidit.
ἑκχυμωσις. Ecchymomatis species sunt *ἑκχυμωσις*, q̄ Latini
Suggillata. suggillata vocāt, & liuores ex ictu proueniē-
ἑκχυμωσις tes, Græcis *ὑποσφάγματα* nuncupata, Latinis
Vibices. propriè vibices dicuntur. *Ανύρισμος* tumor
ἀνύρισμος. blandus tactu est, digitisque cedens, sangui-
ne & spiritu contractus. vel, vt Galenus ait,
tumor est ex vulnere arteriæ tum oriens, quū
incumbens ipsi arteriæ cutis ad cicatricē per-
uenerit, verū arteriæ vlcus neq; cōcreuit, ne-
que cicatricē recepit, neq; carne obductū est.
Barbaris deprauata admodū voce Emborif-
Mater san- sma, & mater sanguinis nuncupatur. Apud
guinis. Græcos nomē ab arteriæ dilatatione accepit.
χειμῶνα. *χειμῶνα* vlcera sunt quæ hyberno tēpore in
manuū pedūq; digitis, nec minus in postero-
re

re calcaneo oriuntur. Latinis perniones nuncupantur. *Νόμον* vlcus est cuius malitia adeo increfcit, vt nō modo vlceratas atq; corruptas

carnes, fed etiā fanas absumat depopuletur ve.

Latinis depascēs vlcus appellatur. *φάγιδαινα* vl-

cus est qđ huc atq; illuc serpēdo cutim ac sub-

iectā illi carnē, fed extimam tantū & in super-

ficie cōstitutā depascitur ac rodit. *κακονόβη* &

gre fanabilia, dolosa, malefica, contumacia

rebelliāve Græcis nominantur vlcera. Hæc si

inueterata fuerint, & vix curationē receperint,

cicatricēque difficillime cōtraxerint, Græcis *χερῶνια*,

cecu Chirone medicinæ peritissimo indigentia, dicuntur: *Τελίγια* iisdem

vlcera sunt tantæ malignitatis, vt salutare Achillis manū requirant. Telephus enim

Misiorum rex huiuscemodi vlcere cōsensuit, nec nisi, noua medicinæ ratione, ab autore mali

Achille sanari poterat. Id quod Ouidius pulchre iis expressit carminibus.

Vulnus Achillæo quæ quōdam fecerat hosti, Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

Θεριάδην Græcis vlcera sunt quæ asperius sa-

uiunt. Latinis ferina, à feritate nominantur. *κόλπος* vlcus est profundū & cauernosum,

quod Latinis Sinus appellatur. Fit autem quū adiacens vlceribus cutis multo spatio à subiectis corporib⁹ separatur, vt coalescere ei nequeat. *Σίγλη*, arctus, oblongus, & callosus sinus existit. Latinis fistula nominatur. Sic verò

Perniones.
νόμον.

Depascens vl-
cus.
φάγιδαινα.

κακονόβη &
ουκουόβη.

χερῶνια,
τελίγια.

Veridia

Θεριάδην.

κόλπος.

Sinus.

σίγλη
Fistula.

METHO. PERVERNIENDI

per translationem à fistulis ex arundine aut alia quapiam materia confectis appellatur. Siquidè in ea cavitata quèdam deprehenditur, arudinū cavitati similis. Magna verò ex parte accidit quādo pus in abscessibus sic particulā excoriat, vt cōtinētia à subiectis separet & diducat. Ἰπὶνόμενα vlcera sunt quę pluribus transuersisq; itinerib⁹ quasi canalib⁹ per latitudinē putrescūt. Latini cuniculosa vocant. Παρὰτριμματα, q̄ Plini⁹ attrita vocat, sunt atterentibus & vrentibus in itinere pedes angustis calceis, confricatisque longa equi vectio- ne feminibus, & in summa ex mutuo partium inter se affricū nascūtur. Latini itertrigines nomināt. Atq; hæc de altera re præter naturam, morbo nimirū, dixisse satis sit. Nunc ad tertiā, symptomata scilicet ipsa p̄grediemur.

De symptomatis. CAPVT LXVIII.

Symptomatis vox, Galeno in lib. de sympto. differētis autore, bifariam apud medicos sumitur, generatim scilicet & speciatim. Generatim pro omni eo quod præter naturam animanti accidit. Quo quidem pacto & morbus, & morbi causa interna, symptoma rectè dici possunt. Speciatim verò quicquid præter naturam se habet, exceptis morbo & causa, symptoma vocatur. Atque hoc modo sumptū symptoma nihil aliud est quā affectus præter naturam, qui morbos, veluti umbra

Ἰπὶνόμενα.

Cuniculosa.

παρὰτριμματα.

τα.

Attrita.

Itertrigines.

Symptoma.

Generatim.

Speciatim.

umbra corpus, necessario sequitur, illisque succedit. Hinc est quod à nonnullis Græcorum *ἰατρικῆ*, hoc est succedens nominatur. *ἰατρικῆ*.

Symptomata autem speciatim dicta trifaria *Symptomata triplicia.*

distinguuntur. Alia enim functionum noxæ sunt, alia corporis nostri affectus, alia quæ ad utraque per immodicas excretiones & retentiones sequuntur. Tertij enim huius generis symptomata promiscua sunt, ut quæ modò ad functionum vitia consequantur, modò ad

affectus. Porro noxæ functionum duæ primæ sunt differentia. *Noxæ functionum.*

vel enim animalium, vel naturalium sunt actionum. Rursus animalium functionum noxæ trifariam secantur. Vel enim sunt sensilium, ut est visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus prorsus amissus, hebes, vel deprauatus. Vel sunt motricum actionum, ut est immobilitas partis, & difficilis motus. Vel principum actionum, verbi gratia imaginationis, cogitationis, & memoriæ abolitæ, deficientis, vel deprauatæ. Naturalium actionum noxæ sunt, appetentia, cōcoctio, distributio, pulsus, attractio, alteratio, retentio, & pulsio abolita, imbecilla, vel deprauata. *Affectus nostri corporis.*

Affectus nostri corporis, hoc est qui de genere permanentium & constantium sunt, neq; amplius in fieri ipso suâ ipsorum essentiâ possident, atq; adeò verè subsistunt, quadruplici genere complectuntur. Sunt enim visiles affectus, ut colores præter naturam totum corpus, partem vnâ

METHO. PERVERNIENDI

vel plures occupantes, vt est color in morbo regio, in vitiligine, & id genus aliis malis. Si quidem ij manent, & diuiculter interdum amouentur. Olfactiles affectus, vt foetores aurium, narium, axillarum, & aliarum partium putrescentium, rufus fumosi, & foetidi. Gustatiles, sapores praeter naturam. Tactiles, vt durities, tensio, ariditas, flacciditas, & rugositas cutis. Caeterum ea quae praeter naturam vel excernuntur a corpore, vel in eo detinentur, per tres differentias prima sectione diuiduntur. Vel enim tota substantia praeter naturam sunt, vt haemorrhagia: vel qualitate a naturali habitu aberrant, vt mensium profluuium: vel quantitate a naturali habitu recedunt, vt urinae & sudoris excretio vel detentio. Quae sane singula Galenus in libro de differentis symptomatum copiosissime profecquitur. Hunc nos in tabulam quondam, quae tertia ordine est, digessimus, quae memoriam studiosorum mirifice iuuabit.

Quae praeter naturam excernuntur vel retinentur.

De ea parte medicinae quae Graecis *συναγωγική* dicitur. CAP. LXIX.

HAtenus pro compendij lege eam medicinae partem quae res praeter naturam appellatas inquirat, & a Graecis *αιτιολογική* vocatur, expediemus. Nunc itaque ordinis ratio exposcit, vt eam quam iidem *συναγωγική* nominant, breui-

συναγωγική.

breuiter attingamus. Sic verò appellatur, vt supra commemorauimus, quæ præteritorum cognitionem, præsentium inspectionem, & futurorum prædictiones continet. In qua sanè medicinæ parte perdiscenda medicus strenuam nauare operam debet, quòd nimirum inde plures ad hunc commoditates redeant. Principiò enim hæc ipsa medicinæ pars singulorum corporis nostri morborum ac vitiorum notas tradit, quæ subinde medicum quasi in rem præsentem ducunt, adeoque morbos ipsos veluti ob oculos ponunt. Quum verò malo, nisi id ipsum primum cognoscas, mederi nequeas, summo certe studio & indefesso labore anniti debes vt eam partem medicinæ quæ signa & notas vitiorum corporis docet, rectè perdiscas. Vix autem rectius aliunde ista cognoscas, quàm ex Galeni libris quos de laborantibus locis inscripuit. In iis enim hanc rem absolutissime tradit, & qua ratione cuiusque corporis partis, eius potissimum quæ intus in corpore latet, adeoque sensum effugit, mala promptissime dignoscantur, methodo certa & ratione edocet. Quare medicinæ studiosum hos non solum excutere, sed & deuorare totos oportet. Atque hæc prima eius partis medicinæ quæ signa tradit, commoditas existit. Altera, quòd præfagiendi scientiam, quæ medico non tantum est necessaria, sed & hunc ipsum non parum ornat, plurimum

*Prædictionis
commoditates
Prima.*

*Libri Galeni
de laborantibus
locis.*

*de intercipi
-modis & mod
-distingui ab*

Altera.

METHO. PERVENIENDI

iuuet. Notis enim diligenter cognitis & expensis, promptum admodum erit ex iis præterita, præsentia & futura prædicere. Qui verò hoc ipsum potest, huic ægrotantes libentius parent, eique audentius sese committunt, adeoque strenue subinde illum in oppugnando ac proligando morbo iuuant. Quòd si verò ægrotantes vnà cum medico morbis fortiter reluctantur, fieri haud potest quin salutaris consequatur curatio, atque è corpore prorsus morbus propulsetur. Tertia commoditas, quòd è signis prænoscendo quæ ægrotantibus futura sunt, multo antè tempore vt iis omnibus obuiam eat se parabit medicus. Hac itaque ratione quosdam affectus ne prorsus accidant, prohibebit: nonnullorum autem magnitudinem arcebit, adeoque singulis malis & periculis perinde atque peritus nauta futura tempestate, rectissime prospicet.

Tertia.

*Quarta.
Deploratis nõ
sunt ahibenda
remedia.*

Quarta, quòd morituros ægros prænoscens, deploratis temere medicamenta haud admo uebit. Quippe, vt Galenus lib. ii. the. metho. ca. 9. ait, i quo desperata omnino salus est, imprudentis consilij fuerit apud vulgum infamare præsidia quæ multis fuere salutis. Et sect. 2. apho. commen. 29. monet deploratos nõ esse curandos, sed ab iis potius abstinendum, & morbi finem prædicendum. Quinta, quòd morituros ægros prædicens, mortis crimine penitus vacabit. Quod sanè crimè eo maiori studio

Quinta.

studio ac diligētia curabit medicus, quo plures hodie sunt qui hoc nomine male audiunt. Iam dictis & hæc accedit commoditas, quod ad consequendam laudem atque admirationem eorum qui nostra vtuntur opera, nihil æque ac ipsa providentia præfagiendique scientia conducatur, quemadmodum Galenus lib. 5. de laboratib. locis cap. 7. è Glauco eleganti historia docet. Quæ quū ita se habeant, prudētissime certe Hippocrate dixisse constat, optimum esse vt medicus providentiā ac prædicē di scientiā sectetur. Et sapienter quoq; Galenum in libello de cōstitutione medicæ artis statuisse clarū est, dū præfagia medicū à mortis crimine vindicare, ægrōsq; reddere obtēperantes scripsit. Quocirca quum tot ac tantæ sint huius partis medicinæ utilitates, optimum certè erit vt in illam perdiscēdam totis viribus incumbat medicus. Non discet autē feliciter ac rectius quàm ex Hippocrate, & Galeno nostro, qui hanc medicinæ partem post Hippocratem ita excoluit, & ampliavit, vt omnes reliquos multis interuallis post se reliquisse videatur. Quanquam verò in multis suorum monumentorum hanc tractauerit, nusquam tamen copiosius, meliorique methodo & ordine, quàm in iis libris quos de crisis seu iudiciis inscripsit. Atque hinc est quod lib. 3. prognost. commē. 1. ita scriptū reliquerit, Cui liber, inquit, exquisita ratione

*Sexta.**1. progn. 1.**Libri Galeni
de iudiciis.*

B

METHO. PERVENIENDI

præsentire futura, huic commentarij de iudicijs reuoluendi sunt. Quum itaque in libris de iudicijs quicquid ferè ad vniuersam prædicendi artem spectat, complexus sit Galenus, operæ precium me facturum putauit, si quæ ille in iis libris diffuse docuit, hoc loco breuiter percenterem.

Quid crisis, & quot illius differentiæ.

CAPVT LXX.

Plus Græce non sonat nisi iudicium

K Latinis, varièque à Græcis medicis, bifariam tamè à Galeno vsurpatur.

*apud.
Iudicium bifariam à Galeno vsurpatur.*

Primò pro repentina & subita in morbo mutatione, qualiter sanè lib. 3. prog. cõ. 1. & sect. 2. apho. com. 13. & 14. & lib. 1. Epid. com. 3. accipitur. Quapropter mutationes eas quæ paulatim fiunt, vel virtute debilitata scilicet, aut morbo, nõ crises seu iudicia, sed potius *λύσεις*, id est solutiones esse de Galeni sentetia appellandas liquet. Secundò pro turbatione quæ antecedit excretiones & abscessus. Priusquàm enim morbus per excretiones aut abscessus finiatur, nõ mediocris in corpore ægri fit turbatio. Quippe subito spiritum difficilius trahit, vel delirat, vel caliginè, vel splêdores ob oculos sibi versari putat, vel lachrymas fudit, vel oculos rubètes, vel tẽpora grauiam habet, vel in ceruice dolores percipit, interim vel caput dolet, vel nigra quædam oculis offundi queritur, vel stomacho laborat, vel inferius labrum quasi tremu-

Turbatio.

Signa iudiciorum.

tremulum ac intro contractum obtinet, vel rigore vehementi concutitur. Hanc quidem turbationem subitâ Galenus lib. 1. de dieb. iudicatoriis cap. 2. *crisis* seu iudicium vocavit. Translata autem vox est à iudicali foro. Nâ vt in illo inter eum qui accusat, & alterû qui accusatur, atrocissima existit pugna, vnûsque tandem vincit, alter verò vincitur: sic etiâ in iudicio seu crisi morbus & natura corporis acerrime inter se pugnat, vt ægro nihil aliud quàm illis qui in iudicio de morte aut vita audiunt sententiam, sit expectandum. Cæterum iudicij, vt lib. 1. de diebus iudicatoriis attestatur Galenus, plures sunt differentiæ. Absolutû seu simpliciter iudiciû, quod in morbo nihil reliqui facit, sed subito ab eo ægrum liberat.

Differentia iudicij.
Absolutum.

Græcis *κρίσις τελεία* vocatur. Imperfectû siue deficiens, quod ex morbo quippiâ relinquit, vel quod effatu dignâ i melius mutatione efficit, non tamê integre morbû soluit. Græcis *ἀτελής* & *ἑλάττω* nominatur. Fidû, firmum, securû siue certû, quod nûquâ reuertitur. Græcis *πιστός* & *ἀσφαλής* dicitur. Infidû seu incertum, quod cum morbi recidiua accidit. Græci *ἀπίστος* appellât. Periculosum, quod cum vehemētib⁹ ac grauib. symptomatis cōtingit. Græcis *κινδυνώδης* nuncupatur. Tutû, quod sine periculo isis symptomatis accidit. Græci *ἀνιδυνώδης* vocant. Manifestû, quod excretionem aliqua, aut cōspicuo abscessu sit. Græcis *σαφής* nominatur.

κρίσις τελεία.
Imperfectum seu deficiens.

ἀτελής.
Fidum, firmû.

πιστός.
ἑλάττω.
Infidum.
ἀπίστος.
Periculosum.

κινδυνώδης.
Tutum.

ἀνιδυνώδης.
Manifestum.

METHO. PERVENIENDI

Obscurum.

ἀσάφης.

ἄσθητος.

ἀσθητος.

Bonum.

ἀγαθόν.

Malum.

Obscurum, quod citra excretionem, aut abcessum quempiam euentem euenit. Græcis ἀσάφης appellatur. Cum bonis signis accidens, Græcis ἄσθητος dicitur, quod à contemplatio prius est indicatum die. Sine signis accidens, ἀσθητος Græci nominant, quod à nullo priore die indicatum est Bonum, quod ad sanitatem definit. Græcis ἀγαθόν nuncupatur. Malum, quod in ægri omnino perniciem definit. Græcis κακόν dicitur. Hippocrates lib. 1. Epidem. sect. 3. has omnes quaternario numero complexus est, dum ait: *δὲ ἐπιπροσέχον τὸν νόσον καὶ ἀδυνατεῖν τοῖσι χρονοῖσι τοῖσις ἡγούσας ἰσχυροῦσας καὶ σαφῆσιν, ἢ ἄσθητον, ἢ ἴσως αἰσ ἑπὶ τὸ ἄμεινον, ἢ χεῖρον.* Quod est Animaduertere ac cognoscere oportet quæ iis temporibus futura sint iudicia ad salutem, aut perniciem, aut mutationes ad melius, vel deterius. Atque hæcenus quid crisis, quæq; eius sint differentia, exposuimus. Nunc quæ ad iudiciorum prædictionem sint necessaria, indicabimus.

De quatuor morborum temporibus.

CAPVT LXXI.

Quum ad crifum seu iudiciorū prædictionem in primis quatuor morborū temporum, vigoris potissimū cognitio necessaria sit, vt de iis hoc loco agam⁹, ordinis ratio postulare videtur. Tēpora autem morborū appellamus eorundē ætates, quæ successione vicissi-

Tempora morborum.

vicissitudine mutatur, metaphora ab animantibus sumpta. Vt enim hæc postquam genita sunt, ad vigorem usque augetur, deinde autem tabescentia ad extremam usque corruptionem perueniunt: sic etiam morbi iuxta primam eorundem generationis constitutionem, via quadam ad vigorem usque progrediuntur & crescunt, donec pro incrementi prioris portione decrescetes in totum dissoluantur. Vt verò non omnia animantia ad extremam ac constitutam usque senectutem perueniunt, adeoque omnes ætates pertransiunt: ita nec omnes morbi, propter suam malitiam, ac ægrotantium imbecillitatem, singula tempora attingere possunt. Sunt enim morbi qui duo tantum tempora obtinent, ut qui incrementi tempore hominem interficiunt. Sunt etiam qui tria habent tantum tempora, ut qui in vigore iugulant. Vniuersa autem morborum tempora numero quatuor existunt, principium, incrementum, vigor, & declinatio. Hæc à quibusdam vniuersalia vocantur, ut scilicet hac ratione à particularibus discernentur, in quæ singulæ accessiones diuiduntur. Principium itaque trifariam medicis dicitur. Primum proprie, primus exquisitus insultus, seu prima inuasio quæ simplex est, & omni latitudine caret. Secundò id quod latitudinem obtinet, & ad tertium usque extenditur, à nonnullis appellatur. Neutro horum modo hoc loco accipitur. Tertio

Non omnes morbi singula tempora attingunt.

Tempora morborum quatuor vniuersalia.

Principium.

METHO. PERVENIENDI

principium est totius morbi pars, quæ signis
 concoctionis definitur. Hac quidè lege à me-
 dicis maximè vsurpatur. Finis itaque princi-
 pij morbi tum certò adest, vbi concoctionis
 manifestæ notæ apparent. Alterum tempus
 quod statim principium excipit, & ad vigore
 vsque durat, Græcis ἀναξουσις, πιδουσις, & ἀνάβασις, La-
 tinis augmentum, incrementum, & ascensus
 dicitur. Tertium, quod vehementissima mor-
 bi pars est, Græcis ἀκμή, Latinis vigor & status
 appellatur. Quartum & vltimum quod vigo-
 rem sequitur, Græcis παραμυή, Latinis declina-
 tio & inclinatio nominatur. Atque hæc vni-
 uersalia sunt morborum vocata tempora. Cæ-
 terùm particularia tempora sunt in quæ sin-
 gulæ accessiones diuiduntur. Accessio autem
 quæ Græcis παραξουσις dicitur, non est nisi tem-
 pus quod à prima inuasionem vsq; ad intermis-
 sionem existit. Hoc autem quatuor partibus
 seu temporibus particularibus, principio ni-
 mirum, incremento, vigore, & declinatione
 definitur: quod febrilis accessions exemplo
 declarabimus. Huius equidem principium est,
 quod extremis partibus refrigerationis sen-
 sum præbet. Incrementum, vbi frigus desinit,
 corpus verò incalescit, non tamen exquisito
 calore. Vigor, vbi calor æqualiter in totum
 diffunditur corpus, minimasque eius obsidet
 particulas. Declinatio, vbi calor imminuitur.
 Hæc quidè Græcis nō tātū παραμυή, sed & ἀναξουσις.

Latinis

Finis principij morbi.
 Incrementum.

ἀναξουσις.
 πιδουσις
 ἀνάβασις.
 Vigor.
 ἀκμή.

Declinatio.
 παραμυή.

Tempora par-
 ticularia.
 Accessio.
 παραξουσις.

ἀναξουσις.

Latinis autem remissio vocatur, & ab intermissione, quæ Græcis *διάλειμμα* dicitur, differt. *διάλειμμα*.
Nam hæc est, quâdo in quietem febre vacan-
tem, *ἀπυρεξία* Græci nominât, accessio desit. *ἀπυρεξία*.

Tempora morborum ut dignoscenda.

C A P. LXXII.

Quatuor temporum vniuersalium morbi cognitionem ad iudiciorû prædictionem vnice conferre antea quoq; monuimus.

Quapropter nunc quomodo quis horum notitiam quoad fieri potest exquisitam cõsequi possit, à principio morbi exorssi, dicem⁹. Prin-

cipij morbi finis adhuc futurus, quinq; deprehenditur modis. Primò ex morbi ipsius natura & differêtia. Siquidè febres ardentes, pleuritis, viscerum phlegmones, & id genus alij morbi acuti, breuis tẽporis principiũ habêt.

Nam vt ipsi nõ sunt diuturni, ita neq; principium longo tempore durans obtinebũt. Contra epilepsia siue morbus comitialis, coxèdicum & renũ dolores, quartana, & similes morbi diuturni, longioris tẽporis principia obtinent.

Secundò è tẽporib. anni in quib⁹ morbi oriuntur. Morbi. n. æstate accidêtes breuius, hyeme verò inuadêtes longius principiũ habent. Quod Hippo. iis innuere verbis voluit, dicês. Aestiuę quartanæ magna ex pte breues sunt, autumnales verò longæ, præsertim quæ hyemem attingunt. Quippe quanto morbus

Principium morbi vt dignoscendum. Ex morbi natura.

E temporibus anni.

B iiij

METHO. PER VENIENDI

Ex aetate & natura laborantis.

breuior, tanto etiã breuius principiu habet. Tertio ex aetate & natura laborantis. Nam si calidã fuerint, morbi eas inuadentes breuius principium habebunt. Citius enim in iis concoctionis signa apparent. Contra si frigidã fuerint, longius principij tempus obtinebunt.

E regione.

Quarto è regione in qua eger decumbit. Hęc enim perinde atq; aetas & natura ægrotantis, vel breuius, vel longius principij tempus efficiet. Quinto ex ratione victus q̄ antecessit.

Ex ratione victus.

Is enim si calidior & siccior fuerit, biliosius adeoq; calidius & siccius corpus efficiet. Sin cõtra frigidior & humidior, pituitosum corpus reddet. In corpore autem bilioso calidos abũdare morbos, & in pituitoso frigidos, nemo est qui nesciat. Habent autem calidi morbi breuius, vt contra frigidi longius, principium. Ceterum perfecti & iam planè absoluti principij manifestum & firmum signum, concoctio manifesta existit. Atque hæc hactenus de principij notitia.

Augmenti cognitio è tribus.

Augmentum morbi ex tribus dignoscitur rebus, nempe hora in qua fit accessio, eiusdem longitudine, & magnitudine. Nihil autem refert si etiam vehementiam dixeris: duo siquidem hæc nomina magnitudo & vehementia, vt sect. prima apho. commen. 12. testis est Galenus, apud medicos vsitata, sæpius de vna eadẽq; re pronunciantur. Ex hora quidẽ, in qua fit accessio. si enim accessio plus q̄ proportio exigit anteuerat, certissi-

Vehementia Magnitudo.

certissimum hinc augmenti indicium colligimus. Ex longitudine. si enim accessio antevertendo in longius exteditur tempus, augmenti indicium esse nemo non videt. Ex magnitudine seu vehementia. si enim accessio vehementius affligerit, manifestum est morbi augmentum. Quid multa? Accessio plurimo tempore anticipans, hoc est, consuetam inuadendi horam antevertens, & longius, & multo etiam vehementius affligens, citatu dignum ac certum indicabit morbi incrementum. Vigore *Vigoris indicia.* autem indicant, si hæc omnia in vtrisque accessioibus æqualia, & sibiipsis perquam simillima fuerint, ac in eodem statu manserint perseverauerintque. Porro *Declinationis* declinatio contrariis augmento signis agnoscitur, nempe si tardius quam consueuerit antea, accessio inuadit, si breuiori tempore durat, & si prior mitior fuerit, minusque affligerit.

Vigor morbi in prædicendis iudiciis potissimum dignoscendus. CAP. LXXIII.

HAtenus quo pacto vniuersalia morbi tempora sint dignoscenda, & quod illorum notitia ad futuram crism prænoscedam sit necessaria, ostendimus. Nunc verò quod præ omnibus aliis temporibus vigor potissimum medico sit in iudiciis tribus de causis prænoscedus, docebimus. Primū quidem, quod *Vigor morbi in iudiciis tribus de causis cognoscendus.* sine vigoris præcognitione vtrum iudicium

METHO. PERVENIENDI

futurum sit nec ne, & quum sit, quale sit, sciri nequeat. Nā quum futurum bonum iudiciū, nisi ex præcedentibus exquisitis cōcoctionibus præcognosci non possit, & hæc quidē non nisi vigoris tempore appareant, consequitur hunc veluti normam quandam esse iudiciorū, adeoque vt præcognoscatur medico summe esse necessarium. Secundo vigor hoc maxime nomine medico præcognoscendus, quia nisi in vigore iudicium morbi obtinuerint, vt in declinatione habeāt, fieri nequit. Quicumque enim morbi vigoris tēpus semel præterierint, hi certē sine iudicio perseverant, & paulatim soluuntur. Nullum præterea vigore elapso mortis est periculum, quandoquidem experientia testetur, nullum vnquam in declinatione vi morbi periisse. Sed magis ratio, ne que enim accidit vt simul atque morboſæ causæ iam coctæ sunt, ac natura superavit, æger moriatur. Quapropter si qui sunt quos in declinatione interiisse constat, ij certē vel suis ipsorū vel medicorū errorib⁹ mortui sunt. Tertio vigoris tempus medico ideo præcognoscendum, quòd si moriturus est æger aut non, nemo sciet, nisi vigoris tempus præcognouerit. Tunc enim primum mori egrotantem est necessariū, vbi vires præ morbi violentia succubuerint. Vtrum verò prius superabitur, sciri non potest, si vigoris tēpus futurum incertum fuerit. Nam si iudiciū in-

tra

Nullus vnquam in declinatione mortuus est.

tra vnum diem esse debeat, seruabitur æger antequàm à morbo vires prosterntur. Si verò ante viginti dies, si sic accidat, nequeat aduenire iudicium, fieri potest vt interim natura fatigetur, adeo vt si iidem appareat ægrotautes, alter quidem seruetur, alter ob futuri vigoris tempus moriatur. Quare quum ex vigoris tempore medicus sciat nunquid ægri vires sufficiant necne, non potest etiam conueniens victus ratio adhiberi, nisi quales vires ægrotantis sint, præcognoscatur. Neque enim temere dictum est ab Hippocrate.

„ Coniicere oportet num æger possit cum vi-
 „ Ætu ad vigorem vsque perdurare, & nunquid
 „ ille prius deficiat, nec cum victu illo durare
 „ queat, aut morbus antea deficiat, ac retun-

datur. Duo enim sunt à quibus potissimum cibandi consilia petuntur, morbi vigor, & ægrotantis vires. Ratio itaque ipsa cogit in nullo sic medico esse exercitandum, atque in futuri vigoris præcognitione, vt copiosius lib. 3. de iudiciis cap. 5. Galenus docet.

*Duo à quibus
 cibandi consilia
 petuntur.*

De signorum differentia & natura.

CAP. LXXIIII.

QUum ad futuri iudicij præcognitionem signis sit opus, vt eorundem hoc loco differentiam & naturam explicemus necesse est. Triplex autem omnium signorum natura

Triplex signorum natura & differentia.

METHO. PERVENIENDI

& differentia existit, quòd nonnulla crudita-
 tis & coctionis, quædã mortis ac salutis, & ali-
 qua iudicatoria sint. Primi generis seu diferē-
 tiæ signa, nempe cruditatis & concoctionis
 sunt alui excrementa, vrinæ & sputa. Excre-
 menta quidem alui, inferioris ventris vel con-
 coctionem vel cruditatem significant, quem-
 admodum lib. 1. de iudiciis cap. 11. Galenus co-
 piose docet. Vrinæ verò, venosi generis cru-
 ditatem ac concoctionem indicat, vt loco ci-
 tato cap. 12. Galenus abundè monstrat. Sputa
 & excreationes, instrumentorum respiratio-
 ni feruentium cruditatem & concoctionem
 ostendunt, vt eodem loco cap. 18. Galenus sa-
 tis demonstrat. Iam dicta autem signa semper
 stabilem propriam potestatem habent, quo-
 cunque morbi tempore apparuerint. Conco-
 ctionis enim signa, semper salutem: cruditatis
 verò vel omnino nullum iudicium futurum,
 aut prauum, aut dolores, aut diuturnitatem,
 aut recidiuã, Hippocrate primo Epide. sect. 2.
 constitu. 3. teste, portendunt. Alterius gener-
 is, nempe salutis & mortis signa, sunt quæ cū
 vrinis, alui excrementis, & sputis excernun-
 tur, facilis item spiratio, leuis tolerantia, bo-
 nitas pulsuum, facilis somn^o, facies simillima
 sanis, decens decubitus, sudor, & iis cōtraria,
 quæ singula in præfagiis Hippocrates cōme-
 morat. Tertij generis signa iudicatoria dicū-
 tur, quorum vtique duplex natura est. aliqua
 enim

*Cruditatis &
 concoct. onis.*

*Salutis &
 mortis.*

Indicatoria.

enim tanquã causæ & signa sunt, vt vomitus, alui excremeta, multitudo vrinarũ, sanguinis è naribus profluuiũ, sudores, parotides, decubitus sine illapsus humorũ ex vno loco in aliũ.

Ἀποσπόμενα Græci vocãt. Aliqua verò tanquã ^{ἀποσπόμενα} _{τα.} signa sola habetur, vt deliriũ, vigiliã, comata

seu sopores, inquietudines, difficilis spiratio, obtenebrationes, difficilis sensus, dolores capitis, colli, & stomachi, aurium sonitus, splendor, lachrymæ inuoluntariæ, nox absq; ratione molesta, labrum inferius agitatũ, obliuio, astantium ignorantia, vehemens rigor, accessio anticipans, facies vnã cum oculis & naso rubescens, hypochondriorum retractio, nausea sufficiens, æstus, & fitis vehemens. Omnia hæc

iam commemorata, quatenus subitam mutationem ac turbationem ostendunt, signa iudicatoria, Græcis ^{κρίσιμα} _{κρίσιμα.} appellantur. Secundum

verò propriam eorum substantiam considerata, quatenus scilicet morbos sequuntur, symptomata iudicatoria nominantur. Habent ^{Symptomata} _{iudicatoria.} autem hæc signa non semper stabilem ac firmam, vt concoctionis & cruditatis, potestatem, quocũque morbi tempore apparuerint.

Quippe bona sunt vbi post concoctionem, hoc est in vigore apparent. Mala verò, quum in principio morbi, & ante concoctionem. Atq; hæc de signorum natura dixisse satis sit.

Dierum decretoriorum & indicum explicatio.

C A P. LXXV.

METHO. PERVERNIENDI

Quum de signis quibus futurum iudicium præcognoscitur, nisi dierum tum indicum tum decretoriorū ratio teneatur, re-
 èdifferere nemo possit, hoc loco naturam eorundem dierum de Hippocratis & Galeni sententia breuiter admodum explicabimus.

Decretoriorū dierum & indicū per quaternarios ac septenarios digestio. Septimana ut sunt nūmērandā.

Animaduertendum itaque Hippocratem & Galenum rationem & naturam dierum decretoriorum & indicum per quaternarios ac septenarios digessisse. Et quod ad septimanas ipsas attinet, sciendum eos tres quidem statuisse, quarum duæ priores à se inuicem ducuntur & separantur. Alterius enim septimanæ initiū octauus est dies. Tertia verò secundæ copulatur septimanæ: ideóque postrema secundæ septimanæ dies, tertiæ quoque initium existit, adeóque instar duarum priorum integra non est. Atque hanc esse rationē & ordinem septimanarum Hippocrates diser-

te sect. 2. apho. 24. iis verbis docet. Quartus dies septenorum est index. Octauus alterius septimanæ principium existit. Est verò & vndecimus cōtemplabilis: ipse enim quartus est alterius septimanæ. Cōtemplabilis rursus decimus septimus, quippe quartus est à quarto decimo, septim⁹ verò ab vndecimo. Galenus quoque lib. 3 progno. cōm. primo hoc modo septimanas esse digerendas clare admodū docet. Hinc perspicuum fit primam septimanā quartum diem in duo æqua partiri, ac ostendere

dere quid in septimo futurū sit. Quaternarij itaque Hippocrati & aliis Græcis medicis *καθημερι* & *διαπρηται*, id est indices & contēplabiles nominatur, quod scilicet hi sequētes dies de- *καθημερι* *διαπρηται* *Indices.* *Contemplabiles.* teriores seu iudicatorios indicent, & quod in iis quales illi futuri sunt, medicus contem- plari possit. Ex iis præterea quæ diximus, pa- larum, quod alteram septimanam, quæ perinde atque prima integra est, cuiusque initiū octa- uus existit dies, vndecimus itidē in duo æqua diuidat, & quid in decimoquarto futurum sit monstret. Ipse enim quartus est alteri⁹ septi- manæ, adeoque contēplabilis. Quocirca ita se habet ad postremū secundæ septimanæ diē, qui est decimusquartus, vt quartus ad vltimā primæ septimanæ. Palàm denique fit tertiam *Tertia septi- mana sex iatū integros dies habet.* septimanam sex tantum integros dies à prio- ris septimanæ diebus diductos & separatos cōtinere. Nō est itaq; per se integra, sed secū- dæ, vt cōprehensum est, copulanda erit: idque ni fiat, per quaternarios, vt priore, digeri haud potest. Vt enim i prima septimana quar- tus est index septimi, & in altera vndecimus decimiquarti: ita decimusseptimus, q̄ est quar- tus à decimoquarto, index erit vigesimi, qui est tertiz septimanæ vltimus dies. Hac etiam ratione ceteri indices & decretorij dies vsq; ad centesimū digeri possunt. Nā vt vigesimus dies tertij septenarij nouissimus est, ita sexti septenarij quadragesimus, noni sexagesimus,

METHO. PERVENIENDI.

duodecimi octuagesimus, & decimi quinti ceteris, vt ex tabella quam paulò post subiiciemus, palàm fiet. Atque eius rei ratione aliquam è lunari cursu lib. 3. de diebus decretoriis Galenus reddere conatur, hãc scilicet. Luna vnuersum zodiacum percurrit diebus vicenis septenis & triente, hoc est tertia vnus diei parte, quæ horis cõstat octo. *Quod quidè spatium, mēsis medius, & criticus à nonnullis vocatur.* Sic verò, q̄ vtriusq; parētis, nēpe illuminationis & reuolutionis mēsis facultates fortit⁹ sit, appellatus est. Hic sanè mēsis quatuor in se septimanas complectitur, quarū neutra integros septem dies habet, sed vnique defunt quatuor horæ, hoc est sextans diei. Singulæ itaque senos dies cum horis viginti habet. Atque hac quidem ratione tres septimanæ pariūt dies viginti cum horis duodecim, nec vigesimum primum attingūt. Iudicatio itaque in vigesimū, qui est tertiæ septimanæ postremus, incidet. Pari modo in vigesimum septimū, qui est quartæ septimanæ postremus dies, iudicatio quoque deriuabitur, vt ex tabella subiicienda luculenter apparebit. Hãc rationem dierum indicum & decretoriorum Hippocratis in primis, & aliorum veterum testimoniis atq; experientia certò esse deprehensam & comprobatam cõstat. Quam quidem experientiã in diebus iudicatoriis obseruandis & inueniendis Galenus lógè pluris facit, quam

*Ratio decreto-
riorum dierū
è lunari cursu
desumpta.*

*Mēsis medius
& criticus.*

Sextans diei.

*Ratio è lunari
cursu sumpta
nō satis firma.*

quàm eam rationem quæ è lunari cursu sumitur. Præstat itaque Hippocratis obseruationi & experiētix fidem habere, quàm vanis astrologorū commentis præbere, quæ Hippocratis obseruationes peruertunt, & in iis ordinem omnem perturbant, medicumq; ad vanissimas ac superstitione plenas suppurationes à certissima obseruatione & experientia traducunt. Vnice igitur sibi caueant medicinæ studiosi ab iis qui astrologica superstitione præclarissimam ac purissimam artem nostram contaminare & fœdare contendunt. Nihil enim est in doctrina Hippocratis de iudicatoriis diebus, quod in astrologorū vanissima dogmata referri vel debeat vel possit, quum euidentissimum sit illorum decreta per Hippocratis obseruationes fundit⁹ tolli & extirpari. Sed nunc tandem tabellam antea pollicitam subiiciemus, ex qua septimanarū, quaternionum seu indicum & dierum decretorum rationem quiuis facillè deprehēdet.

*Astrologorū
de iudicatoriis diebus cō
mentis fugien
da.*

C

Tabella dierum iudicatoriorum, quaternionum, & septimanarum
partitionem luculenter complectens.

Indices.	Decretory.	Indices	Decretory.	Indices.	Decretory.
4.	7.	11.	14.	17.	20.
24.	27.	31.	34.	37.	40.
44.	47.	51.	54.	57.	60.
64.	67.	71.	74.	77.	80.
84.	87.	91.	94.	97.	100.
1.	2.	3.	4.	5.	6.
7.	8.	9.	10.	11.	12.
13.	14.	15.	16.	17.	18.
19.	20.	21.	22.	23.	24.
25.	26.	27.	28.	29.	30.
<i>Septimæ tres.</i>					
<i>Secunda.</i>			III.	<i>Tertia.</i>	
<i>Prima.</i>			III.	III.	III.
4.	7.	10.	13.	16.	19.
13.	16.	19.	22.	25.	28.
22.	25.	28.	31.	34.	37.
31.	34.	37.	40.	43.	46.
40.	43.	46.	49.	52.	55.
49.	52.	55.	58.	61.	64.
58.	61.	64.	67.	70.	73.
67.	70.	73.	76.	79.	82.
76.	79.	82.	85.	88.	91.
85.	88.	91.	94.	97.	100.

Quaterna
ty.

1.
7.
13.
19.
25.

IIII.

Prima.
III.

IIII.
Secunda.

III.

III.
Tertia.
III.

4.
7.
10.
13.

5.
8.
11.
14.

6.
9.
12.
15.

Præter indices & decretorios sunt dies ^{Intercidētes} inter-
 cidētes vocati medicis, quòd scilicet inter ^{dies.}
 indices ac decretorios intercidant, & in hos
 nō nisi erratis quibusdā interuenientibus iu-
 dicationes trāsferantur. Differūt itaque à de-
 cretorijs natura & vsu intercidētes. Natura,
 quòd decretorij naturæ suæ ratione sint per-
 fecti, & quòd omnibus rectè factis solius natu-
 ræ motu, nullòque alio impellēte in iis iudicia
 fiāt. Proinde decretorij dies, qui per quater-
 narios ac septenarios digerūtur, maximā vim
 habēt. Cōtrā intercidētes min⁹ perfecti sunt,
 & in iis nō naturæ motu & impulsu, sed mor-
 bi malitia, aut extraneo aliquo impellente iu-
 dicationes accidunt. Hinc est quod à nōnullis
 prouocatorij, quòd nimirum in iis natura nō ^{Prouocatorij}
 sua sponte, sed prouocata pugnam aduersus
 noxios humores adoriatur & instituat. Mul-
 to itaq; minorē quàm decretorij vim habēt.
 Vsū etiā differunt inter se, quòd ad futuri vi-
 goris & iudicij cognitionē quaternionū cir-
 cuitus cōferūt. Ad iudicium verò iam factum
 discernendum, num scilicet fidum aut infi-
 dum fuerit, intercidentium cognitio condu-
 cit. Scire autem fidum aut infidum fuisse iudi-
 cium, ad victus rationem iis qui iam iudicati
 sunt probè præscribendam non parū momēti
 habet. Quū igitur natura & vsu prædicti dies
 inter se differat, factū est vt etiā Hippocrates
 duplicem de iis doctrinam instituerit. Siquidē

METHO. PERVENIENDI

in aphorismorum & prognosticorum libris, decretoriorum tantum, & eorū qui per quaterniones & hebdomadas septenariosve in vicem cōnexi sunt, mentionem facit. In Epidemiorum verò libris, primo præsertim, sect. tertia, non horum modo, sed & intercidentium omnium aliorum meminit.

Quæ sunt iudicij boni iam instantis notæ.

CAP. LXXVI.

Signorum & dierum natura ac differentia expedita, reliquū est vt de notis quibus bonum iudicium iam instans præcognoscatur, pro cōpendij ratione breuiter dicamus. Sunt autē boni iudicij quod iam instat, præcipua signa quatuor. Primum & maximum, sunt cōcoctiones. Nā vt Galenus quoque lib. 3. de iudiciis cap. 3. attestatur, nemo vnquā qui præcedentibus cōcoctionibus iudicatus est, interisse visus est. Cōcoctiones autē ex vrinis, egestionibus, & sputis, de quibus suo latius dicemus loco, cōsiderandæ sunt. Non est tamē omnibus concoctionis signis eadem dignitas. In morbis enim thoracis, atq; pulmonis præcipue, sputa, vt antea quoq; dictū est, animaduertēda sunt: neque tamē vrinarū cōtēplatio negligēda, sed & egestiones inspiciēdæ. Si verò tantū febricitēr sine alicuius visceris affectu, aut phlegmone iecoris, vel renū vel vesicę vel lienis, vrinis potissimū animū adhibere oportet. si autē circa vētriculū sit, primum alui excrementis

*Boni iudicij
signa quatuor*

excremētis: sed neq; subinde negligēdæ sunt
 vrinæ. Sēper enim quum febris affuerit, vel ex
 sola humorū putredine accēsa, vel ex parte la-
 borante phlegmone, vrinæ præcipuè sunt in-
 spiciēdæ, atque ex iis cōcoctiōnes cognoscen-
 dæ. Secūdū boni iudicij signum est, vt ab ali-
 quo indice die indicetur. Tertium, vt in ali-
 quo die iudicatorio fiat. Quartum, vt iudiciū
 fiat per modū seu excretionem morbo cōuen-
 nientem. Conueniens autē erit, si in febre ar-
 dente vel sanguis è naribus profluat, vel post
 vehementē rigorem sudor multus & calidus
 per vniuersum corpus emanet, aut per vomit-
 um aut per aluū aliquid biliosum excernat
 æger. Sic sanè & tertiana vomitib⁹, & egestio-
 nibus biliosis, ac sudorib⁹ è toto corpore ma-
 nantibus iudicari debet. Plurimū verò pitui-
 tæ in quotidianis febrib⁹ excernatur, & mul-
 ti in toto corpore sudores fiant. Iudicat autē
 & phrenitidem sudor multus, præsertim vbi
 ex capite multus & calidus fluxerit, sudāte si-
 mul reliquo corpore. Contingit verò inter-
 dū quoddam etiam per sanguinem è naribus pro-
 manantē phrenitis firmiter iudicetur. Neque
 tamen lethargus, neque peripneumonia pro-
 fluuium sanguinis amant. Inter prædicta ve-
 rò mala pleuritis medium obtinet locum. mi-
 nus enim quàm febris ardēs & phrenitis, ma-
 gis verò quàm peripneumonia & lethargus
 profluuiio sâguinis soluitur. Soluit autē abū-

*Quibus: excre-
 tionibus singu-
 li indicentur
 morbi.*

METHO. PERVENIENDI

de lienis & iecoris phlegmone sanguis è naribus profluens, præsertim quum hæc viscera vnâ cum acutis febribus phlegmone laborauerint. Omnes deniq; quæ in hypochondriis fiunt calidæ & acutæ inflammationes, profluio sanguinis iudicâtur. Oportet autem è directo effluere sanguinem, ex dextra quidè nare iecore laborante, vel locis sub dextro hypochondrio sitis. Iuuat verò & bonus sudor omnes quæ sunt in hypochondriis phlegmone calidas & acutas. Iecoris autè gibbæ partes laborâtes trib^o præcipuè excretionis modis obediūt, profluuiis sanguinis è dextra nare, sudoribus bonis, & copiosis vrinis. Cauæ autem eiusdem partes, egestionibus biliosis, & sudoribus, nõnunquã verò & vomitibus. Magis verò expetunt per vrinas expurgari quàm gibbæ iecoris partes, omnia ea quæ vel in partibus renum vel vesicæ laborant: sicuti loca quæ ad pulmonem petinent, sputis. Sudores autem omnibus febribus proprii sunt, præsertim ardentibus. Iudicant verò etiam quotidianas febres, adiunctis tamen vomitibus^o & egestionibus^o pituitosis. Quartanas quoque, si atra simul & varia egerantur. Semiterianas autè, si biliosa simul & pituitosa. Iudicant autè parotides, lethargos, & reliqua omnia capitis mala. Alij decubitus, *ἢ πρὸς τὴν μύτην* Græci vocant, omnes diurnas febres secure iudicare cõsueuerunt. Porrò vt rectius iudicij

dicij modū morbo conuenire intelligamus, præter hæc quæ dicta sunt, ægrotantis etiam ætas & natura, necnon præcedens victus ratio, locūque in quo ægrotat, item tēpus anni, & præsens temporis constitutio, cōsideranda erūt. Si enim quemadmodū morbus est biliofus, hæc etiā singula biliofa sint, bilē in iudicationibus expurgari oportet: sicut si pituitosa fuerint, pituitam vacuari cōuenit. Variis autē humoribus redūdantibus, variā quoq; vacuationē esse oportet. Quū verò hæc vniuersa medico fuerint explorata, tunc ex eūctū reliqua sunt assequenda. Si enim æger qui iudicatus est, à febre, aliisq; symptomatis liberatur, & meliuscule ꝑ vacuationis ratione fuerit coloratus, cū melioribus pulsib⁹, & ad surgendum robore, haud dubie optimum iudicium erit. Si verò ex iā dictis aliquid desit, tantum ab optimo deficit, quāta eius quod deest vis & potentia fuerit.

Futurum iudicium quibus notis præcognoscendum.

C A P. L X X V I I.

HAtenus quomodo sit præcognoscenda iudicatio iam imminēs, demōstrauimus: nunc verò futura vt sit præcognoscenda, breuiter explicabimus. Ad futuram itaque iudicationem dignoscendam necesse est primū vt morbi natura consideretur, num biliofa

Futura iudicatio vt præcognoscenda.

C iij

METHO. PERVENIENDI

fit, vel pituitosa, vel melancholica, vel mixta. Quando enim biliosior ac calidior fuerit, tãtò etiam velocius mouebitur morbus, ad eòque celerius iudicabitur. Contrà si frigidior, tardius mouebitur, & iudicabitur. Secundò natura ægrotantis, & ætas eiusdem, anni tempora, regio, præsens temporis cõstitutio, victus præcedens, & id genus alia, de quibus paulò antè dictum est, cõtemplanda. Quæ si ad calidius declinauerint, morbum eo citius iudicatum iri: sicuti contrà vbi ad frigidius tendent, tardius, ostendent. Tertio accessiõnũ circuitus sunt cõsiderandi, si vel per tertium, vel per quartum, vel per singulos eueniant dies, vel nullo modo eueniant, veluti in iis febribus accidit quæ propriè synochi nominantur. Si enim properauerint, ac semper consuetam anticipauerint anteuertentve horam, aut multò vehementius infestauerint, & per tertium occurserint, cito iudicium subsequaturum denunciant. Si verò lente moueantur, atque eadem inuaserint hora, & singulis diebus affligant, post longius tempus futurum esse iudicium ostendunt. Quintò, quod præcipuum est, concoctiones intueri, & harum potissimum effatu dignis transmutationibus mentem adhibere oportet. Si enim in diebus indicibus fiunt, quòd sequentes iudicatorij dies morbo liberabunt ægrum, significabunt.

Optimi

Optimi iudicij cognitionem esse firmam, mali
verò incertam. CAP. LXXVIII.

Optimum fanè iudicium, quod etiam solū
simpliciter iudicium dicitur, vt compre-
hensum est, non coniecturis, sed certa firmâq;
cognitione assequimur. In huiusmodi enim
morbis omnia statim ab initio signa secura
apparent. Quum itaq; perfectè talia fuerint,
in primo quaternario futurum iudicium de-
nunciant. Quod Hippocrates in prognosti-
cis iis innuere verbis voluit, inquit. Mitif-
simæ febres, & quæ cū securissimis signis fiūt,
quarto die finiuntur, vel prius. Neque enim
contingit febrem omnia signa securissima ha-
bentē, nō finiri in primo quaternario. Quod
si verò hæc à maxime salubribus ac securissi-
mis parum declinauerint, huiusmodi febres
septimum non transcendent diem. Malorum
autem iudiciorum præcognitiones minus fir-
mæ ac stabiles sunt. Proinde vt in bonis scien-
tia & firmitas præualent, ita in malis incerti-
tudo & coniectura. Quippe determinati at-
que ordinati sunt naturæ motus, quum vali-
da fuerit, & materię dominatur, propriasque
actiones perficit. Indeterminati verò atque
inordinati, adeoque incogniti, quando suc-
cumbit. Quapropter prudēte artifice, & ex-
ercitato medico mala iudicia indigent, qui
quidem sciat primùm nunquid futura sint, se-

Optimum iu-
dicium certa
firmâque co-
gnitione asse-
quimur.

3-prognost. 2.

Iudicij mali
cognitio incer-
ta & instabi-
lis.

METHO. PERVENIENDI

*Primum in
optimorum iu-
dicatorum præ-
cognitione ex-
ercitandum.*

cundò num in hoc die, deinde an statim ho-
minem interficient, vel duntaxat nocebunt.
Prius autem exercitari oportet in optimorū
iudiciorum præcognitione, deinde in eorum
quæ bona sunt, atq; subinde ad mala descen-
dere. Fiunt autem optima iudicia in vigore:
in augmento vero, si salus sit subsecutura, vel
imperfecta, vel nō secura. Neque temere ad-
iectum est, si salus sit subsecutura. in exitialib⁹
enim morbis magna ex parte in augmento
moriuntur ægri, vel in principiis. Et si iam a-
liqua dies index futurum iudicium præosten-
derit, simul & malū futurū ostendit. Facenim
quarta die visam esse primū nebulā in vri-
nis nigram, vel sublime nigrum, vel tale ali-
quod huiusmodi: sint verò & alia omnino si-
gna & symptomata pnciosa, morietur qui-
dem omnino hic ægrotus. Sed si in imparibus
diebus accessio fuerit, septimo iudicium ac-
cidit. Si verò in paribus, sexto. Certiorem
verò expectationē faciet tibi morbi motus.
Si enim celeriter moueatur, iudicium acce-
lerans contestabitur, hoc est, in sexto ventu-
rum: sin tarde, ad septimum differetur. Quū
verò dies index nullum de malo iudicio futu-
ro signum dederit, neq; eius præcognitio faci-
lis erit. Quid multa? nunquid æger seruabi-
tur aut morietur, ad tria hæc, morbi speciem,
magnitudinem, & morem eiusdem respiciēs,
inuenies. Speciem morbi, num scilicet sit ter-
tiana

*Num æger ser-
uabitur aut
moriatur, & tri-
bus cognosci-
tur.
Specie morbi.*

tiana, quotidiana, quartana, semitertiana, pleuritis, peripneumonia, phrenitis. Harum autem quælibet ex iis cognoscetur symptomatis, quæ propriam vniuscuiusque naturam complent. Verbi gratia, pleuritis ex dolore laterum pungente, spirandi difficultate, febris, tussi, pulsuque duro & serratili deprehenditur. Magnitudinem verò seu vehementiam ex eorundem symptomatum quantitate, ac vehementia. Morem autem ex symptomatis morbo succedentibus, num scilicet multa, diuturna, valida, & maligna fuerint: aut contra, pauca, breuis temporis, modica, & mitia. Morè verò siue modum morbi non vocamus nisi essentiam eius seu differentiam, vt scilicet vel malignus aut placidus mitisve sit. Nū verò per iudiciū morbus finietur, aut nō, ex specie morbi, ex magnitudine eiusdem, & motu, qui ex partium accessionis tempore metitur, adiunctis anni tempore, regione, ætate, temperamento ægri, & similibus deprehēdi potest, vt lib. 3. de iudiciis cap. 4. Galenus fusius explicat.

Magnitudine

More.

Mos quid.

Quale iudiciū futurū sit, quibus notis cognoscatur. CAPVT LXXIX.

Quum ex iis quæ dicta sunt, quòd iudicium *Quale iudiciū futurum sit, quomodo dignoscendum.* aderit medicus præcognouerit, de incepto quale futurū sit, num scilicet per abscessum, aut per excretionē, hoc modo dignoscendum erit. Primū quidē si acutus & calidus sit morbus, & si iudiciū in primis circuitibus fiat,

METHO. PERVERNIENDI

tuce necesse est in talibus iudiciis nō abscessum, sed excretionem subsequi. Si verò diuturnus ac tardus sit, per abscessus quiescet, præsertim ubi urinæ tenues & crudæ longo tempore exierint. Si enim multæ fuerint, & plurimâ subsidentiâ habuerint, consentaneū rationi est morbum debere potius paulatim concoqui, quàm per abscessum finiri. Quod Hippocratis testimonio cōfirmatur, qui in aphorismis ita scriptum reliquit. Quibus spes est, ad articulos futurū abscessum, liberat ab abscessu vrina multa, crassa, & alba prodians. Cæterum si per excretionē finiri debet morbus, considerādum nunquid profluuium sanguinis narium, vel vomitus, vel sudor, vel alui deiectio sit secutura. Si verò per abscessum, quæ particula, & quis articulus abscessū excipiet. In iis quidem qui per excretionem debent finiri, bifariam distinguere oportet, & ex futuris excretionis signis si affuerint, & aliorum notis si affuerint. Certius enim sperabis eum qui semper præostēditur iudicationis modū, si nihil aliud te distraxerit. Sed oportet nos propria vniuscuiusque excretionis signa narrare, à sanguinis è naribus profluuiio exorfos. Profluuij itaque sanguinis narium signa hæc sunt, splendores ante oculos ob humorem flauum apparentes, hebetudines, quæ multus & vniuersus simul ad superiora elatus spiritus, meatus obturat. Oculi denique illachrymantes,

4. apho. 74.

Profluuij sanguinis narium nota.

res ob fluxus multitudinem: quod in lippitudine etiam accidere solet. Rubri item oculi, cum malis nonnunquam & nariibus rubris. Sanguinis etiam è naribus profluuij indicium, hypochondriorum sine dolore tésio. sanguinem enim ad superiora tendere ostendit. Difficultas præterea spirandi, propter sanguinis per thoracem trāsitum. capitis dolores quodammodo graues, extendentes, pulsantes, & calidi. Quod si ad hæc nares pruriat, iam iam statim sanguis erumpet, præsertim vbi vehementior circa faciem & tempora dolor institerit. Et si sano quoque fluere consuevit, iam spem prope certam concipere cõuenit. Præter hæc omnia ætas, tēpus anni, regio, ægrotātis natura, futurum sanguinis fluxum prodere possunt. Vomitus signa sunt cordis mor- *Vomitus indica.*
 sus simul cum dolore capitis, vertigines atq;
 oculorum obtenebrationes, inferioris labri agitatio, plurimæ ac tenuis saliuæ defluxus, & nausea. Hæc verò omnia accidūt quū & mordax humor in vētriculo & gula collectus fuerit, & ventriculi os (quod prisca cor nomina- *Cor.*
 uerunt) momorderit, & cum ipso totam gulā suprā & infrā distraxerit. Vnde & labrum in ipsis agitur, & sputum tenue defluit, & tenebrosa quædam oculis obuersantur, & obtenebrescunt, & vertigine laborant, & caput dolet humore bilioso euaporante, & præterea neruis per consensum affectis. Nū verò per

METHO. PERVERNIENDI

sudorem, aut vrinæ excretionem morbus finiatur, ita dignoscendum. Vbi iudicio imminente, præter rationem vrina supprimitur, initio rigorem expectare oportet. Quod Hippocratis confirmatur testimonio, qui in Epidemiis in eum scribit modum. Ante rigorem vrinæ retentio, si à bonis processerit iudiciis. Si verò vrina & aluo suppressis rigor factus sit, plurimus sudor necessariò consequetur. Si verò sola vrina, considerandum erit nunquid alui excrementa plura prioribus, aut pauciora ante iudiciū exierint. Si enim plura, manifestius naturæ motus ad hunc locum est agnoscendus. Sin pauciora, ad sudores. Si vero etiã vomitus notæ affuerint, per has ambas excretionem finietur. Et magis per earum alteram quæ magis præualebit, vel æque per vtramque, quando æqualia quodãmodo signa affuerint. Si autem vomitus indicia haud aderint, solos sudores expectare oportet, præsertim vbi ægrotates increfcète accessione delirauerint, exteriorésque partes calidiores & rubidiores extiterint, vapórque quidam calidus qui antea nõ aderat, è corpore exeat. Quod si pulsus vndosus sit, & insigniter mollis, adhuc magis sudores expectandi sunt. Num verò per excretionem alui iudicium sit subsequendum, neque manifestum est, neque propriis dignoscitur signis: sed ex eo quòd adsunt quidem iudicij signa, desunt autem vomitus, & profluuij sanguinis

6. *Epi. par.* „
I. apho. 9. „

Alui deiectionis signa.

guinis narium, & sudoris, colligere licebit. Obseruandum præterea an plura egerantur quàm ante iudicationem consueuerint. sic enim significatur illac potius impetum fore, detenta præsertim vrina. Quanquam etiam si nullum prædictorum signorum adest, non per deiectionem solùm alui, verumetiam per hæmorrhoides, & in mulieribus per mēstrua fieri iudicia possunt. Distinguere tamen hæc duo non est difficile. Grauitas enim lumborum effatu digna, & tensio, & dolor, mēstrua antecedunt. Hæmorrhoides quidem non omnibus consuetæ sunt: quibus verò consuetæ sunt, in iis solis distinguere est difficile. Aliis autem omnibus quando affuerint signa concoctionis & iudicij, vomitus verò vel fluxus sanguinis narium, vel sudoris non affuerint, omnino venter perturbabitur. Quod si verò ad abscessus vertatur morbus, com-

Abscessuum
notæ.

munia quidem omnia iudicia, salubriter se habente ægro, quòd neq; morbus soluitur, neque vrina multa, copiosamque subsidentiam habes, sed cruda ac tenuis mingitur. Propria verò morbi non admodum diuturni, si spirandi difficultas subito superueniens mox quiescat, quam grauitas capitis ac dolor subsequitur, & sopor ac surditas. huic enim in glandulis quæ sunt post aures, abscessum fore necesse est. Si verò morbus diu durauit, neque vllum ex iis signis affuerit, sed in locis in-

METHO. PERVENIENDI

ferioribus corporis vel grauitas, vel tensio, vel inflammatio, vel dolor apparuerit, huic abscessus in inferioribus partibus est expectandus.

Quæ sint notæ mortis citra iudicium futura.

C A P. LXXX.

*Mortis citra
iudicij signa.*

*Tres modi
mortis eorum
qui sine iudi-
cio moriuntur.*

HAËtenus de iudiciis multa diximus, nunc quæ sint notæ mortis citra iudicium futuræ, exponemus. Primum autem & maximū in morbis lethalibus quòd sine iudicio fit futura mors, signū est, virium imbecillitas. Neque enim natura ita prostrata, & viribus suis destituta, ad pugnam aduersus morbum consergit. Secūdum, si nullum vel minimum saltem adsit concoctionis signum. Tertium, si magnus & malignus fuerit morbus, atque etiam celeriter mouebitur. Tres autem sunt omnes mortis modi iis qui sine iudicio moriuntur. Primus quidem in inuasionibus accessionum, qui in magnis phlegmonibus plurimum contingit, quæ partes principes occupat, vel ob humorum multitudinem, crassitatem ac tenacitatem, qui subito ad interiora confluunt, ac perfectè spiritus meatus obturant. Natura enim tum haud secus atque si viridium lignorum aceruum flammæ iniicias, suffocatur & extinguitur. Alter verò tempore vigoris accedit, natura ipsa à vi morbi superata.

perata. Omnino enim quando à vehementia morbi natura superatur, ratione vigoris moriuntur ægri. Tertius in declinationibus, nõ quidẽ morbi, sed accessionũ contingit. Quippe experientia cõpertum est, vt antea quoq; diximus, neminem vnquã vi morbi in declinationibus vniuersalib⁹ interiisse. Hic sane modus rarissime accidere solet, tũ nimirũ vbi vi tale robur solutũ est. Naturẽ nãq; vis imbecilla in principio quidẽ accessionis, & augmẽto, & vigore potest perdurare, quũ. s. adhuc habitus ipse in vnum compressus ac veluti cõstrictus continetur. Tempore autem declinationis à medio ad extrema calore moto, naturæ habit⁹ discutitur, dissipatur, atq; dissoluitur.

Mortis dies & hora ut præcognoscenda.

CAPVT LXXXI.

Mortis quidem dies præcognoscitur, vbi *Mortis dies*
 quanto morbus naturam superet confi- *ut præcognoscitur.*
 derabimus, & grauiores accessiones inspexerimus. Si enim elatu dignus fuerit excessus, & parum adhuc resistere vis naturæ videatur, mors cito subsequetur. Si verò cõtraria affuerint, tardius. Verbi gratia, sit multus quidem morbi excessus, nõ tamen manifestũ sit nunquid vnũ diẽ vel duos prorogari poterit, hoc quidem accessionũ circuitibus distinguetur. *Mortis hora*
 Quo enĩ die accessio fiet, eo morietur. *ut præcognoscenda.*
 Verò dici hora mors eueniet, facile dignoscet.

D

METHO. PERVENIENDI

si memineris in quibus morbis principia accessionum maxime afferunt mortem, in quibus verò vigor & declinatio. Particulatim verò in singulis ægrotantibus præcedentiũ dierum recordatio tibi plurima cõmonstrabit. Si enim ex ipsa morbi specie quispiã nequeat prænoscere in qua maxime parte accessions morietur, ea q̃ in primis dieb⁹ cõtigerunt, ad memoriã reuocet, qua maximè parte grauissima atq; exitialia symptomata superuenerũt. Quod si itaq; accessions tẽpora obseruẽtur, quanã scilicet diei noctisve hora accessio molestior fieri soleat, & qua eiusdem accessions hora æger se ipso grauior sit, facile hora mortis prædicetur. Eadẽ enim hora qua ignauior languidiõrque fuerit, & grauissima atque exitialia symptomata superuenerint, morietur.

Quid urina, & quis eius usus.

C A P. LXXXII.

Vrina quid.

QUM ad præfagiendum non parum conferat vrinæ inspectio & consideratio, principio quidem quid sit vrina, nobis explicandum erit. Vrina autem nihil aliud est quã excrementum sanguinis in caua vena à renibus attractum, & per meatus vrinarios in vesicam delatum. Vel breuius, vrina sanguinis colatura, siue serosior pars à renibus attracta est. Quocirca de iis quæ in iecore, & intra venas sunt, nullum planè nec manifestum, nec euidens

Quorum vrina nota sit.

euidens signum habemus præter solam urinã. Hinc est quoddam iudiciorum dignotionem & prædictionem, quandoquidem concoctionem aut cruditatem eorum quæ in vasis continentur ostendat, summe conferre solet. Errant itaque toto cælo qui prorsus ut incertam inutilẽmq; urinarum esse cognitionem putant. Nec minus ferè hallucinantur magna nostri temporis medicorum pars, qui nullum non morborũ & malorũ genus ex urinæ inspectione prædicere conantur, quũ duntaxat eorũ quæ in iecore & venis, ut cõprehensum est, continentur, vrina nota sit. Ut itaque absurdum planè, imò fieri non potest ut ex sputo de iis malis quæ renes aut vesicam infestant pronuncies, ita etiam ex vrina tantum de iis morbis qui in thorace sunt, certi prædicere nihil licet. Quapropter quum nihil non ex lotij inspectione prædicere conentur nostræ ætatis medici propemodum omnes, adeoque illa perditæ admodum præter Hippocratis & Galeni sententiam abutantur, imperitæque multitudini tam callide imponere spe lucri, minus certe liberalis, delectentur, digni certe erunt vt nõ solùm *συναρτοφύγοι* (quo certe epitheto auaros & indoctos medicos olim dignatus est Aristophanes) sed & *ἄπειρα νόμι* nentur. Debetq; hoc à multis iam celebratum dictũ in hos potissimũ torqueri medicos: Stercus & urinæ medicorum fercula prima. Sed

Error medicorum nostri temporis.

*συναρτοφύγοι
qui Aristophani dicti.
ἄπειρα νόμι.*

METHO. PERVENIENDI

valeāt illi impostores & stupidi asini, qui pluris sordidum quæstum, quem quotidie ex lo-
tiorum inspectione parum recte infitura faciunt, quàm veritatem ipsam, cui sese strenue opponere pergunt, quum eos ne Musæ quidē vt alicubi Galenus dixit, sanare possint.

Quot in urinis consideranda, & quo tempore inspiciendæ. CAP. LXXXIII.

*Quatuor potissimum in vrinæ consideratione inspiciendæ.
Qualis debeat esse matula.*

IN vrinis inspiciendis quatuor potissimum consideranda veniunt, nempe color, cōsistentia, quantitas, & cōtenta. Vt verò hæc omnia rectius assequaris, præstat in primis matulam esse è vitro tenui & albo, vt colores cum consistentia exacte appareant, quod in viridibus nō contingit. Non nimium quoq; pateat, ne quæ locū altitudinis cōtenta obtinuerint, nō rectè discernatur. Nō sit inferna eius pars lata & plana, sed deorsum extumescēs, ita vt fundus fere coniformis sit. sic. n. mouendis vrinis magis idonea erit, & capacior. Porro vrina adhuc subcalida, vt solū colores exquisite exhibet, ita in ea cōsistentia, cōtenta & bullæ minus spectari possunt. Nā bullæ aut oēs, aut aliquæ saltē vnā cum vrinæ calore abeūt, aut cū refrigerata vrina cōsistunt. Cōtenta verò nō statim mixta vrina facile apparēt, sed ea iā refrigerata. Primū. n. nubeculæ apparent, quæ aut manēt, aut pedetentim ad mediū matulæ cōcedunt, & postremū ad fundū descendunt.

Con-

Consistentia verò mediocris cū colorib⁹ ab initio spectatur. Quæ verò ad crassitudinem vergūt, nō ante q̄ refrixerit vrina, & cōtenta stabilita sint, demōstrātur. Quinetiā vrinas, *Vrina non vehementer mouenda.* priusquā oīa videris, vehemēter moueri non oportet. Bullę nāq; rūpūtur & trāsponūtur, cōtēta quoq; cōcussa vi, pprias sedes deserūt.

De urina in omnibus mediocri.

C A P. LXXXIII.

Dicendū primo loco de mediocri & optima vrina, vt pote ad quam reliquę omnes veluti regulam & amūsim sunt comparādæ. Nisi enim quis primū omniū saluberrimam & optimā vrinam, tanquam scopum quendā in quem perpetuo intentus sit, & ad quam omnes reliquas exigit, sibi ob oculos ponat, vt de cæteris rectē iudicet, fieri nō potest. *Optima & saluberrima vrina quæ.* Optima itaq; & hominis in omnib. temperati, est in substātia mediocris, ac quantitate portioni quæ assumpta est respōdet, colore subrufa & subflaua, sedimēto albo, leui & æquali. In ea nulla īnatat bulla, nihil inest capillis aut ramentis simile, & huiusmodi generis. *Simile.* Proinde quemadmodū regula & amūsis quū adhibetur, vt ligna curua, obliqua, & distorta sunt ostendunt: ita vrina quę ex omni parte mediocris est, eam quæ magis vel minus à mediocritate ipsa declinauerit, demonstrat. *Vrina optima* Szpius igitur vrina hęc optima, & per omnia

D iij

METHO. PER VENIENDI

*nouitio medi-
co sepius in-
spicienda.*

mediocris, vrinæque sanorum similima no-
uitio medico inspicienda erit, vt scilicet quū
aliquam ab hac ipsa declinasse viderit, statim
ab optima & exquisita sanitate hominē hunc
cecidisse sciat. Non temere verò adiectum est
optima & exquisita, quòd nimirū hic non de
ea quæ latitudinē habet, sed de ea sanitate lo-
quamur, quæ summa & inculpabilis est. Cæ-
terū quum nemo ea quæ de vrinarum inspe-
ctione dicūtur, rectè, nisi colorū qui in iis ap-
parēt, rationē intelligat, assequi possit, statim
eorundem differētiās subiiciamus necesse est.

De colorum in urina differentiis.

C A P. LXXXV.

*Colorum in
vrina sex dif-
ferentia.
Alba vrina.*

Colorum in vrina præcipuorum sex sunt
differentiæ, albus scilicet, pallidus, rufus,
flauus, ruber, & niger. Si qui reliqui sunt, illi
sub iam dictis comprehenduntur. Alba enim
vrina varias alias sub se complectitur species,
nempe crySTALLINAM, NIUEÅ, & eam quæ aquæ
instar est pura, & ob id aquosa dicitur. Et hæ
quidem vt intēsæ sunt albedinis, ita etiā sum-
mam præ se ferunt cruditatem. A summe alba
parum recedunt lactea, glauca, & charopa vo-
cata vrinæ. Lacteam verò medici appellant,
quæ lacti similis est, meliôrque aquosa & cry-
STALLINA existit. Glauca nominatur quæ velut
cornu pellucida est. Charopa verò, quæ simi-
lis est subalbidis cameli pilis, aut vngui voca-
to lapidi. Post albam vrinam subpallida, quā
sub-

Lactea.

Glauca.

Charopa.

Subpallida.

subspiceam nonnulli nominant, subsequitur. Hæc certè tincturâ aliquam accipit, ideòq; à summe cruda nō nihil discedit. Proxima huic est pallida, quâ alij spiceâ appellant. hæc apparet vbi modicū bilis serosæ humiditati miscetur. Quam autē concoctio præcesserit, tum plus tincturæ accedit, & fit subrufa, quâ mediocrē & tēperatā esse paulo suprâ mōstrauimus. Posthæc vrina est rufa, quâ alij aureâ vocant, quòd nimirū puro auro similis sit. Græci *ωρίγγιον* appellāt. Rufam sequitur subflaua, quâ *ωρίγγιον* florib⁹ enici seu cartami similis est, hinc subcrocea, quæ croci flore colore inferior sit, nōnullis dicitur. Post eā flaua est, quâ Græci *ξανθὴ* vocant, alij quidā croceam, quòd nimirū Coryceo croco similis sit, nominant. Oportet autē animalium in illorū colores tum intēdas, quū flores eorum aqua diluti fuerint. Hanc subrubea sequitur vrina. Talis verò est quæ armenici boli, aut lemnij sigilli colorē exprimit. Dein rubea, quâ Græci *ερυθρὴ* vocant, quæ colorē rubeum, qui in pomis, cerasis & id genus aliis est, præ se ferat, vocant. Memoratis succedit vinea nominata vrina. Hæc nomen à vino quod rubrum est nigriore, accipit, iecorisq; plane colorē refert. Passæa intērior est vinea, passòq; quod ex vua nigra decocta fit, maxime similis. Vel, vt clarior notio fiat, cerasi fructus colorē, quæ ad nigredinē inclinat, præ se fert. Veneta est cuius color ex puro albo & nigro æqua ratiōe cōsu-

*Pallida.**Subrufa.**Rufa.**Subflaua.**Flaua.**Subrubea.**Rubea.**Vinea.**Passæa.**Veneta.*

D iiii

METHO. PER VENIENDI

Veneus color sis nat us est. Quod si verò qualis planè vene-
tus color sit, sensu nosse velis, cerussam, vel le-
uissimam calcem, vel aliud simile atraméto,
Viridis vrina. vel pici, vel bitumini æquis pöderib. misceas.
Viridis vrina est, quæ colorem brassicæ, aut
graminis, aut Smaragdi lapidis repræsentar.
Oleacea. Oleacea vrina, quæ colore oleo similis est. Li-
Luida. uida, quæ plumbi colorem refert. Nigra, quæ
Nigra. extincti carbonis colorem obtinet.

De us quæ urinae colorem mutant.

CAPVT LXXXVI.

*Mutationis
vrinae in sanis
tres præcipuae
causæ.*

HAstenus vrinae colores breuiter admodû
exposuimus, in quibus sanè diiudicandis
medicû prudentia vti oportet, quòd nò rarò
leuissima de causa in sanis etiam vrina mute-
tur. Eius verò mutationis tres præcipuae sunt
causæ. Prima est cibus ingestus, qui nò pro-
be transmutatur & conficitur, nec in sangui-
nem vertitur, adeòq; similem sibi vrinae colo-
rem reddit: id quod us euenire solet, qui præ-
ter naturâ affecti sunt. Nonnunquam etiâ ii
qui secundû naturâ se habent, cibi aliquo ad-
scititio colore infecti, similem sibi colorem
vrinae efficiunt. Idè quoque ob medicamenta
quædâ assumpta accidit. Altera causa cur vri-
nae color mutetur, potio est. retinet. n. magna
ex parte vrina colorem eorum quæ in potione
hausimus. Si enim aquâ, aut vinû album & te-
nue biberimus affatî, alba quoq; & tenuis vri-
na erit: sin crassum & nigrum fuerit vinum,
nigrior

nigrior & crassior erit. Tertia causa mutationis coloris qui in vrina apparet, colliquatio est eorum quæ in corpore sunt. Siquidem vrina nunquam non earum partium quæ in corpore liquefcunt, pinguedinis præsertim, adipis, & similibus colorem môstrat. Id quod in his verbis Hippocrates significare voluit, in-

„ quiens. Vrina eiusdem cum cibo & potu colo-
 „ ris, & veluti colliquatio est humoris qui in
 „ corpore continetur. Præteriam commemorat-
 „ ratas aliæ quoque sunt causæ, & hæ quidem
 „ multæ, quæ vrinæ colores immutare solent.
 „ Inter ea autem sexus in primis cõnumeratur.
 „ Iuuenum enim vrina subrufa & subflaua est.
 „ Senum tenuis & alba, cum exigua subsidẽtia
 „ ad cruditatem declinante. Puerorum vrinæ
 „ vt parum recedunt à subrufis & subflauis, ita
 „ substantia parum excellunt iuuenum vrinas,
 „ plurimamquẽ subsidẽtiam habent. Quantũ
 „ procedit ætas, tantum color intenditur, sub-
 „ sidẽtia verò minuitur. Mulierum quæ tem-
 „ peratæ sunt, iuuentæque vigentis, parũ à sub-
 „ rufa & subflaua versus albam declinant. con-
 „ sistẽtia tenues sunt, & subsidẽtiam coactã
 „ magis quàm virorũ habent. Labore præterea
 „ & otio vrinam mutari accidit. Nimio enim
 „ labore vrina subflaua, ac demum flaua fit.
 „ Somnus & quies albam reddunt vrinam. Sõnus
 „ quoque & vigilia vrinæ colorem mutãt. Qui
 „ enim dormierunt, minus albã vrinam emin-

6. Epid. 5. p.
apbo. 15.

Iuuenum vri-
na.
Senum.
Puerorum.

Mulierum.

Laboris.

O.

Somni.

METHO. PERVENIENDI

Vigiliar. m. gunt, sed magis subpallidam. Qui verò ex affectu aliquo dormire haud potuerunt, horum *Inedia.* vrina albicat. Inedia denique vrinae colorem mutat. nam qui diu ieiunarunt, horum vrina fit flammea & flava. Contrà eorum qui plurimum comederunt, vrina est alba. Atque hæc de iis quæ vrinae colorem mutant, in præsentia dixisse satis sit.

De consistentia urinae. CAP. LXXXVII.

M. dicris. **Q**uod ad vrinae consistentiam attinet, animaduertendum hanc esse triplicem, tenuem nimirum, crassam, & mediocrè. Mediocris quidem, vt supra ostensum est, vrina consistentiæ, optima existit. Quæ verò hac ipsa tenuior aut crassior est, imperfectam coctionem significat. Siquidem tenuis nondum in humorem constitit, crassior verò adhuc perturbata est. Sunt autem tenuis vrinae duæ differentia. Quædam enim tenuis ac pura excernitur, ac posthac semper talis permanet. Altera verò tenuis quidè mingitur, at paulò post conturbatur. Vtraque verò cruda est, & concoctione vacat. Differunt autem, quòd prior nondum cœpisse concoctionem, adeoque extremam cruditatem significat: altera verò iam primùm cœpisse. Conturbatur enim eò quòd flatuosi cuiusdam spiritus copia seroso liquoris permiscetur, veluti nouis vinis adhuc feruētibus. Quapropter praua etià existit, quoniam longiori tēpore, & virtute forti ad concoctionem

Tenuis.

*Tenuis vrinae
duæ differentia.*

coctione indiget. Crassa verò ac perturbata *Crassa ac per-*
 urinae itidem duplex differètia. Quædã enim *turbata iudè*
 quum crasse eminguntur, paulò pòst resident *duplex differè-*
 ac tenuantur. Hæc quidè parum aliquid inæ- *tia.*
 qualis turbulentia superesse demonstrat. Ali-
 qua verò contra vt mixta est crassa, ita subin-
 de talis permanet. Et hæc quidè vigere adhuc
 eam quæ est in sanguine agitationem cõco-
 ctionemve ostendit. Prima harum bona est.
 nam morbũ haud ita multò pòst concoquen-
 dum significat. In medio autem eius quæ ten-
 uis mingitur, & subinde perturbatur, & eius
 quæ crassa mixta paulò pòst residet, secunda
 existit. Nam quũ ex vigente fit conturbatio-
 ne, quantum malitia abest ab ea quæ adhuc fu-
 turam perturbationem significat, tãtum ma-
 litia superat eam quæ iam quiescente agita-
 tione obtinet. Cæterum tenuis quidem *Tenuis urina*
 rina innati caloris imbecillitatem, & frigiditatem *significatiões.*
 dominantem, cruditatem, iccoris re-
 nũmque obstructionem significat. Crassa *Crassa.*
 verò excessum materiae, & humorum impletiũ
 ventriculum, intestina, & iccoris partes ca-
 uas. Quæ si in febre spectetur, vbi tenuis præ-
 cesserit, statim futuram declinationem mon-
 strabit. nanque hoc casu videtur natura su-
 perasse materiam. Proinde eo melius & tu-
 tius, quo citius vel plus crassitudinis ine-
 rit, symptomata dissoluentur: naturales
 excretiones augebuntur: urinae ad pro-

METHO. PERVENIENDI

prium colorem reuertentur. Si verò vnà cum febris accefsione vrinæ crassæ apparuerint, quæ aut semper crassitudini addant, aut saltè non attenuentur, neque ad meliores colores mutètur, coniiicere oportet virtutis infirmitatem, & humorum multitudinem, ita vt metus non exiguus sit penitus superandæ naturæ. Si verò iterum tenuètur cum melioribus coloribus, remissio expectanda. Atq; hæc de consistèntia vrinæ seorsim dicta sufficiant. Nūc vt quid sit ex vrina præfagiendū, sciri rectius possit, colori substātiā copulabimus.

Quid ex colore & consistèntia urina sit prædicendū.

CAP. LXXXVIII.

*Tenuis & al.
6a.*

VRina tenuis & alba in star aquæ, extremā cruditatem, & alia quædā portendit. Aut enim virtutis imbecillitatem, vt in senibus, & in morbis diuturnis fit: aut renum obstructionem, aut iecoris, vt in iis qui quartanis laborant febribus, denotat. melācholici nāque humores crassitie sua obstruentes meatus, huiusmodi vrinas efficere solent. Indicant etiā tales vrinæ in ardentibus febribus phrenitim. Ardens enim febris ob biliosi humoris copiā fit, cuius colore si non inficitur vrina, constat bilem in vasis non retineri, sed ad cerebrum propter suam leuitatem ascendere. Hinc rectissimè ab Hippocrate dictū est. Quibus vrinæ albæ & perspicuæ, malæ, præsertim vbi in phreniticis

4 epho. 72.

„ctissimè ab Hippocrate dictū est. Quibus vrinæ albæ & perspicuæ, malæ, præsertim vbi in phreniticis

phreniticis appareant. Significat etiam hæc
 vrina interdum abscessum in iis partibus quæ
 infra septum trāuersum sunt. Cuius quidem
 rei testis est Hippocrates, qui ita scriptum in
 » prognosticis reliquit. Qui urinam tenuē cru- ^{2. progn. 34.}
 » dāmq̃ diutius mingunt, si reliqua vt in con-
 » ualuturis indicia fuerint, in iis abscessum ad
 » partes quæ infra septum trāuersum sunt, ex-
 » pectare oportet. Porrò tenuis & pallida vri- <sup>Tenuis &
pallida.</sup>
 na, quo ad colorem, modicam cōcoctionem:
 quo ad substantiam verò, cruditatem, mino-
 rem tamen quàm quæ antea est memorata, si-
 gnificat. Tenuis & rufa priore quidē melior <sup>Tenuis & ru-
fa</sup>
 est quo ad colorem, cruda tamen, si substan-
 tiam spectes. Tenuis & flaua non solum malā <sup>Tenuis & fla-
ua.</sup>
 concoctionem indicat, sed etiam alimēti de-
 fectum: id quod in iuvene ieiuno deprehen-
 ditur manifeste. Interdum calorem multū in
 profundo biliosum succū gignere, id quod in
 febre tertiana accidit. Mōstrat & mœrorem,
 curam, vigilias, solis æstum, atque laborem.
 Qui autem colores cum crassa cōsistentia co-
 pulentur, iā dicemus. Crassa & alba vrina ma- <sup>Crassa & al-
ba.</sup>
 ximam crudorum humorum in corpore co-
 piam esse indicat. Hæc aliquando in laborio-
 sis febribus apparens ab abscessu liberat, quæ-
 admodum in Epidemiis testatū reliquit Hip- ^{6. Epide. 4.}
 »ocrates in eum scribens modum. Vrina cras- ^{par. apho. 2.}
 » sa & alba, qualis famulo Amphigenis erat, in
 » laboriosis febribus quando quarto mingitur

METHO. PERVENIENDI

- 4.aph.74. » die, ab abscessu liberat. Et in aphorismis, ubi
iam citatam sententiã iis repetit verbis. Qui-
» bus spes est ad articulos futurum abscessum,
» liberat ab abscessu vrina multa, crassa, & alba
» prodiēs, vt in laboriosis febribus quarto die
Crassa & lactea. » nonnullis exire incipit. Crassa & lactea in fi-
ne veniens, calculos in vesica vel renibus si-
Crassa & charopos. gnificat. Crassa, charopos, & vt iumentorum
turbida, dolorem capitis portendit, vt Hip-
pocrates testis est, qui ita in aphorismis scrip-
tum reliquit. Quibus in febribus vrinę dor-
4.aph.70. » turbatae sunt veluti iumentorum, iis dolores
» capitis vel adsunt, vel aderunt. Crassa & sub-
Crassa & rubea. » rubea, maximè si talem subsidentiã habuerit,
longos portendit morbos, & à periculo im-
munes. Cuius rei Hippocrates quoque testis
2 prog.27. » est, qui in eum modũ in prognosticis scribit.
» Si vrina subrubea fuerit, ac sedimentum sub-
» rubeum & leue, diuturnior hic morbus quàm
Crassa & rubea. » primus, sed tamen salubrior. Crassa & rubea,
Crassa & nigra. » sanguinis copiam ostendit, quemadmodũ in
synochis febribus. Crassa & nigra, melanco-
lici humoris vacuationem significat, maxi-
mè ubi in declinatione quartanæ & melâncho-
liæ apparuerit. Interdum etiam adustionem,
aut frigiditatem, vt antea quoque dictum est.
Vinea. Vineae certè vrina sanguineũ humorem affa-
ri, atque in rufam vel nigram bilem transmu-
tari denotat. Interdum etiam in sanis homi-
nibus qui multum laborarunt, aut longum iter
confecerunt, talis vrina, eò quòd sanguis sub-
asserit.

affetur, spectari solet. In febrilentibus vehemē-
 entius vinea vrina sanie sanguinis abundare, putrescere ac bilefcere infinuat. *Passca vrina.*
 Passca vrina biliosum humorem aduri exassarive ostendit. Hęc si diutius permanserit, arquatam morbum adesse monstrat, cum multitudine & crassitudine corruptioneque in iecore accumulata bilis. *Viridis.*
 Viridis vrina prauissimæ bilis exauctæ quantitate & qualitate excessum portendit. Hęc si diu eiusmodi perseuerauerit, sitisque assidua & æstus affnerint, haud exiguus metus est ne conuulsio à siccitate ægrum corripiat. *Oleacea.*
 Oleacea vrina colliquationis totius corporis, aut renum duntaxat signum est. Quod Hippocrates in prog. iis
 confirmat verbis. Pinguedo, inquit, telis ar- *2. progn. 35.*
 nearum similis innatās damnanda est, colli-
 quationis enim signum. Verum non te fal-
 lat, si ipsa vesica ægrotans aliquam huiusmo-
 di vrinam reddiderit: non enim totius corpo-
 ris, sed ipsius per se indicium est. Totius au-
 tem corporis colliquationē significat, si paulatim processerit, multoque tempore durauerit cum calore toto corpore diffuso. Sin verò cumulatim, breuisque temporis spacio apparuerit cum calore in renibus tantum excitato, pinguedinis renum duntaxat liquatę indicium est. Veneta vrina per superficiem fufum melancholicum humorem significat, idque si tenuis simul fuerit. Liuida vrina idem fere

Veneta.

METHO. PERVENIENDI

Liuda.

quod prior significat, interdum verò plagas & verbera homini incussa. Aliàs semper frigiditatis, adeòq; natiui caloris mortificationis signum est. Nigra interdum caloris ad extremum profecti indicium est, & hoc quidem si

Nigra.

viridis præcesserit. Interdum extremam frigiditatem portendit, idque vbi liuda antecesserit. Sæper mortalis, nisi vbi vitia quæ ab atra bile excitata sunt, præcesserint. tû enim salutaris existit. quippe hunc humorem à natura expurgari significat.

De quantitate urine. CAP. LXXXIX.

*Quantitas v.
rinae.
Plurima vri-
nae sex cause.*

DVobis quæ in vrinæ inspectione considenda sunt expeditis, ad tertium, nempe eius quantitatem, progrediamur oportet. Quântitas autem vrinæ, in iis quidem qui sani sunt, iis quæ bibuntur, proportionè respondere debet. Plurima verò vrina sex de causis mingitur. Primò, eò quòd homo multis cibis, usque humidioribus, atq; largiore potu, vino præsertim aquoso, usus est. Secùdò, quia medicamenta quæ urinâ cient, hausit. Tertio, quòd intemperies quædam exauctæ caliditatis circa renes existit, vt í malo quod Diabetes vocatur: in quo quidem propter vehementem caliditatem renes ferrosam substantiam à iecore omnique venarum genere celerime attrahunt. Quartò, quod alius natura

tura sicca sit. Siquidem excremēta quæ excerni debent, vbi alius præ malo quod ei accidit copiam vacuare nō poterit, ad vrinæ meatus impetu facto feruntur. Quintò, quòd æger hydrope, præfertim anasarca, laborat. Sextò, eò quòd reliquarum vacuationum corporis, potissimum ventris deiectione, nulla præcessit.

Quod certè Hippocrates iis innuere verbis ^{4. apho. 83.}
 » voluit. Mictio noctu copiosè facta, exiguam
 » deiectionem significat. Porro contrarias pla ^{paucæ vrinæ}
 nè ob causas pauca vrina emingitur. Primum ^{causa.}
 quidem à siccitate ciborum, paucitate potus, vehemēti exercitio, iisque similibus quæ corpus quomodolibet exiccare consueuerūt. Secundò, propter cibos & medicamenta lentore quodam participantia, ad eòq; vrinæ meatus obstruentia. Tertiò, ob humorum crassitiam ac tenacitatem. Quartò, propter copiosam ventris deiectionē. Quintò, propter febris vehementiam, quæ omnē corporis humiditatem consumit. Sextò, propter excreticis quæ renibus cæterisque vrinæ excretioni deseruentibus vasis inest, imbecillitatem.

De differentiis locorum contentorum in vrina.

C A P. X C.

Quæ quarto loco in vrinis consideranda veniunt, Græcis *παρυφιστάμνα*, Latinis ^{παρυφιστάμνα}
 » ^{vr.} *Contenta*, eo quòd in qualibet altitudinis corporis vrinæ parte consistat ac continean-

E


METHO. PERVENIENDI

tur, appellantur. Ut autem altitudo corporis
 vrinæ trifariam diuiditur, in fundum scilicet
 matulæ, superficiem supremamve regionē, &
 vtrarumq; harum extremitatum medium: ita
 etiam tria contentorum genera existunt. Pri-
 mum quod in summa vrinæ superficie natat,
 Græcis *νεφελή*, Latinis nubes & nubecula voca-
 tur, metaphora nimirum à terra desumpta, à
 qua nubes & nebulæ summè secedunt. Alte-
 rum, quod in fundum matulæ descendit, Græ-
 cis *ὑποκαθίσις*, ἀπὸ τοῦ ὑφίστασθαι, hoc est subiici, Lati-
 nis subiectum, subsidentia & sedimentū appel-
 latur. Tertium, quod æquis spatiis ab vtriusq;
 extremis secedit, & in medio altitudinis con-
 sistit, Græcis *ὑψιπέριμα*, Latinis sublatio, suspen-
 sio, sublime, sublimamentum nominatur. E-
 numerata iam omnia, hæc figura clarius ocu-
 lis subiiciet.

*Tria conten-
 torum genera.
 νεφελή.
 Nubecula.*

*ὑποκαθίσις.
 Subsidentia.*

*ὑψιπέριμα.
 Sublime.*



Hæc figura explicat^r
in Almaris hb. 1. c. 12. E ij

METHO. PERVENIENDI

*Tria in conten-
tis consideran-
da.*

Porro quum tria in contentis, perinde at-
que in liquore vrinæ, sint consideranda, sub-
stantia nimirum, color, & quantitas, de his vt
ordine dicamus reliquum est.

De contentorum substantia. CAP. XCI.

*Lenia conten-
ta.*

*Aspera.
Tenuia.*

Crasa.

Contentorum aliqua substantia sunt me-
diocria, aliqua tenuia, aliqua crassa. Vrina-
rum autem quæ secundum naturam sunt, con-
tenta mediocri sunt cōsistentia, alba, leuia, &
æquabilia. Sunt autem leuia, quæ cōtinua fi-
bi sunt, & tanquam vnum veluti continuum
& coactum corpus, neque aliquo modo rigo-
sum, aut huc & illuc compulsum, neque disso-
lutum aliqua in parte. Quæ verò illis contra-
ria sunt, aspera dicuntur. Tenuia cōtenta quæ
pura sunt, nec facile marula commota assur-
gunt, magnam nature in secunda concoctio-
ne imbecillitatem significat. Ferè enim cum
albis & aqueis vrinis apparent. Præterea te-
nuia cōtenta crudos etiam humores, sed at-
tenuatos monstrant. Siquidem natiuus calor
roboratus omnem intra venas ex cruditate
crassitudinem attenuat & dissipat. Crassa ve-
rò contenta, crassorum atque crudorum hu-
morum in venis copiam denotant. Talia
quoque interdum à iudicatione apparent, at-
qui à prioribus differunt, quòd scilicet nul-
lum malum colorem habeat, & a vigore mor-
bi fiant. In principio nanque & augmento
tanquam

tanquam praua, suspecta esse debent, præsertim si colores mali accesserint. Priora autem viscida mucosaq; sunt, & in vrinariis instrumentis quandoque detenta, non paruum homini dolorem afferunt. Quinetiam puri similia sunt, viscositate tamen, & quod male non oleant, differunt. Pus quum & ipsum viscidum aliquid habeat, dignoscitur tamen, quod dolor laborantis loci præcesserit, sanguinemq; prius mingi contigerit, & male oleat.

De colore contentorum. CAP. XCII.

Quod ad colorem contentorum quæ à mediocritate recedunt attinent, alia sunt vehementer alba, alia subpallida, alia pallida, alia flaua, subrubea, cruenta, veneta, liuida, & nigra. Quæ vehementer alba sunt, hæc aut pituitosi humoris ramenta sunt, aut pus summè coctum, quod ab aliqua parte interna laborante secretum est. Subpallida & pallida minus bona sunt, veluti ea quæ à colore qui secundum naturam est, declinant. Flaua etiã mala sunt, utpote quæ exactam esse flauam bilem in secunda coctione significant. Subrubea & rubea cruditatem quandam, & defectum coctionis, adeoque morbi diurnitatem monstrat. Cruenta non elaboratum omnino esse sanguineum humorè, præsertim si copiosa sint, significant. Veneta, liuida, & nigra,

Alba.

*Subpallida
& pallida.*

Flaua.

Subrubea.

*Cruenta.
Veneta, liuida
& nigra.*

E iij

METHO. PERVENIENDI

Orobes.

omniū pessima sunt. mortificationē virtutis vitalis, aut melancholicū humorem, qui vel aliunde in venas confluit, vel in ipsis genitus est, denotat. Porro subsidētia orobea, quæ scilicet orobo seu eruo excoriato similis est, vbi ab sūpto iā adipe caro cōsumi cœperit, apparere solet. Significat itaq; vel vniuersi, vel renum tantū colliquationem. Si enim in febribus talis subsidētia apparuerit, vniuersum corpus: sin' citra febrem, renes dūtaxat liquefcere denotat. Furfurea, quæ videlicet fursuritratici bene moliti similis est, prædicta peior existit. Hæc nanque vbi febris vniuersum adipem, & maiorē partē carnis absumpserit, atq; iam profunditatem carnis & vasorum obsederit, solidasque corporis partes attigerit, apparet. Aliquando tamē solius vesicæ laborantis signum est, quemadmodū Hippocrates in

Furfurea.

4. apho. 77.

cum scribēs modū testatur. Quibus in vrina crassa furfurea simul prodeunt, his vesica scabie laborat. Quæ verò totius corporis vitio eueniunt, cum febrī & vrinæ cruditate iunguntur. Cōtrā quæ laborante vesica prodeūt, sine febrī, cum vrinæ concoctione, non tamē absque laborantis loci dolore, excernuntur.

Lamina.
Lamina.

Lamina, Græcis *πτερυγίβη* dicta, squamis similis est. Laminas enim appellatas nouimus quæ & latitudinem & longitudinem habēt, citra tamen euidētē altitudinē. Vt certē lamina subsidētia non sit nisi quæ foliorū, stirpium,
squa-

squamarū, aut laminarū instar lata & renuis existit. Hæc fit quum aucta febris solidas partes attingit. Apparet etiam vesicæ ratione, vt in aphorismis ita scribens Hippocrates testatur. Si sâguinem & pus & squamulas mingat, ^{4. apho. 81.} grauisque odor fuerit, vesicæ exulcerationem significat. Sed an vesicæ râtum, an totius corporis ratione accidat, febri, cruditate, & dolore, vt in superioribus est dictum, distinguendū. Similacea, hoc est, ea quæ similæ, id est, furfuris ex male molito tritico cribratæ, speciē exhibet, omnium pessima existit. Fit enim vbi febris obsessa profunditate, longe latèq; substantiam incēdit, adeoque sanguinis affationem, vel solidarum partium colliquationē significat. Si itaque candidæ fuerint, solidarum partium colliquationem: sin verò rubræ, sanguinis affationem demonstrant.

Similacea.

De quantitate contentorum. CAP. XCIII.

HÆtenus de substãtia & colore contentorum diximus, reliquū est vt de eorundem etiã quantitate breuiter disseramus. Si itaque conteta mediocria quantitate fuerint, probatur. Sin multa quidem, vt multū nutrimentum corpori distribui, ita robur quoddam alteratrici facultati adesse significat. Nā quum multa est elaboratio naturæ circa alimentū, multa quoque excrementa fieri necesse est. Sæpe etiam accidit vt quæ per cutis aliòsq; corporis meatus excrementa transeunt, consuetis viis

Multa contenta.

E iij

METHO. PERVENIENDI

Pauca.

præclusis, ad vesicam regurgitent, augeantque
contēta. Pauca verò contenta vel ob inediā,
vel exercitia, vel obstructiones, vel tardas cō-
coctiones redduntur. Cōtenta multa aut cras-
siora in morborum initiis atque augmentis,
præsertim si febris non contemnenda adsit,
humorum copiā arguūt, quæ ad concoquen-
dum firmitate virtutis, tēpore, & fortuna bo-
na indiget. Coniicias autem inde angustias
meatum esse circa thoracem, utpote arcta-
to à multitudine humorū septo transverso.
In vigore autem febris atque declinatione
contenta illa salutaria & bona sunt.

*De innatantibus in urina ramentis, capillis,
& alius corpusculis in urina sparsis.*

CAP. XCIIII.

Ramenta.

Interdum ramenta quædam cum contentis
conspiciuntur, quæ ad colorem aut rufum
aut albū vergunt. Quæ si multa fuerint, semi-
coctam materiā indicant, illam verò humorē
in profunditate corporis abundare, ac con-
cremari, cuius ramēta videntur contentis cō-
natare. Si verò pauca sint, mitiorē huius humo-
ris malitiā demonstrant, atque malorū cibo-
rum vsum producere talia. Quo maiora fue-
rint ramēta, eò minorē esse cōcremationē hu-
morū in venis: quo minorē, maiorē caliditatē
arguunt. In vrina etiā nonnunquam capillis
similia, aut exiguæ carunculæ natare solent.
Carunculæ

Carunculæ quidem, vt lib. 6. de laborantibus *Carunculæ.*
 locis ca. 3. Galenus testatur, renum exulcera-
 tionem significant. Capilli autem eorundem *Capilli.*
 vitium quoque ostendunt. Generantur autē
 in iis vasis, quæ à renibus ad vesicam descen-
 dunt, adeò vt quanta vasorum interiorū lon-
 gitudo est, tâta humoris spissitudo & assatio
 fiat, quæ capillis similiter extenditur. Atque
 hoc est quod in aphorismis iis verbis innuere
 „ voluit Hippocrates. Quibus cū vrina crassa
 „ exiguæ carunculæ, aut veluti capilli vnà exeūt,
 „ iis à renibus excernuntur. Corpora plura ac
 diuersi generis in contentis, & ipso vrinæ si-
 nu dispersa, dolores in corpore sparsos in-
 nuunt. Accidit nonnunquam vt pus, sanguis,
 arenulæ, & alia quædam mingantur, quorum
 omnium seorsim significationes Hippocra-
 tes sectione quarta aphorismorum breuissi-
 me, & post hunc lib. 6. de laboran. lo. ca. 3. Ga-
 lenus copiosissime exposuit. Cæterū pus vbi *Pus.*
 fuerit, evidens est alicuius internæ partis si-
 gnum, maxime si foetidus odor accesserit, qui
 maiorem aut minorem putredinem propor-
 tione significat. Si foetori pus nō fuerit con-
 iunctum, alicuius particulæ mortificatio por-
 tenditur. Quòd si praua simul in substantia
 & contentis vrinarū signa apparuerint, mor-
 tificationem totius corporis præ se fert. Vri-
 nis interdum innatāt veluti araneorum telæ. *Tela aranea.*
 Nonnunquam etiam in superficie feruntur *rum.*

METHO. PERVENIENDI

puncta tanquã ex oleo iniecta, quæ quidẽ colli-
quationis totius corporis, aut solorũ renũ
sunt. Quod si parũper apparuerint, nihil gra-
ue: sin diu, principiũ colliquationis ostendũt.

De bullis urinæ. CAPVT XCV.

Bullæ quæ adulterini spiritus signa sunt, a-
liquando per omnem superficiem urinæ
Corona quid. apparent, aliquando verò in sola corona. Sic
autem in vrina vocant lineam vmbra depi-
ctam, quæ ambitum superficiẽi urinæ circun-
currit. Circulum alij appellãt. Bullæ item aut
Bulle. singulæ, aut binæ, aut ternæ, aut alio modo
sociatæ innatant. Bullæ igitur quæ in sola co-
rona integra serie circumfistunt, si colore hu-
moris urinæ imbutæ sint, malum magnum, &
dolorem capitis non mediocrem adesse de-
nuntiant. Toti quidem capiti, si per omnem
circumferẽtiam ferantur: medietati dũtaxat,
si per dimidiam coronam innatent. Quæ ve-
rò sparsim in corona manent, hæ à debiliori
causa generantur, atq; si militer dolorem, sed
mitiorem monstrant. Verũ quo magis rufo
aureo ve colore imbutæ conspiciuntur, tan-
to vehementiores capiti dolores adesse ostẽ-
dunt. Albæ verò in ambitu coronæ consistẽ-
tes bullæ, nullum aut exiguum saltem dolorẽ
capiti adesse indicant. Quod si tales in vrina
tenui & absque subsidentia apparuerint, re-
num potius obstructionem arguant. Quod
Hippocra-

Hippocrates confirmat, qui in aphorismis ita ^{7. apho. 34.}
 » inquit. Quibus in vrinis superstant bullæ, iis
 » renum morbum, cumque longum fore signi-
 » ficant. Bullæ autem quæ à corona versus me-
 » dium vrinæ concedunt, remissionem dolo-
 » ris capitis ostendunt. Aliæ etiam per vrinæ
 » superficiem dispersæ, nihil eiusmodi super ca-
 » pite demonstrat, sed solum multam naturæ
 » imbecillitatem, obstructions, & crudorum
 » humorum abundantiam indicant. Sæpenu-
 » mero bullæ visæ, quæ pridem non apparue-
 » rint, iam naturam indulgere concoctioni o-
 » stendunt. Proinde in febre, declinatione eius
 » ex iis coniciemus. nisi initio statim visæ ap-
 » paruerint, processerintque. tum enim capitis
 » non exiguos dolores demonstrant: & si in te-
 » nuï vrina seu corona innatauerint, etiam pe-
 » riculosos. Cum crassa verò vrinæ substantia,
 » bullæ modestiores apparent, & minus graui-
 » significant. Interdum pro bullis non apparē-
 » tibus sufficiunt crassæ spumulæ, idemq; si-
 » gnant, præsertim in febris solutione. Quin-
 » etiam in seminis profluuiò bullæ densius ap-
 » parent per coronam. Bullæ tamen in sanorū
 » vrinis, præsertim maiores & diffusæ, frigidus
 » spiritus denotât. In ægrotis capitis dolores,
 » aut renum, aut fluxum in pulmonē denotant.

De varijs coloribus coronæ.

CAPVT XCVI.

Quid

METHO. PERVERNIENDI

Quid coronę voce veniat intelligendum, capite præcedente exposuimus. Quid verò hæc ipsa in vrina apparens significet, nunc dicemus. Quòd si itaque noxij humores fuerint virtuti pares, & pari mensura vrinas tinxerint, nulla corona euidens spectari potest. Sed si virtus vicerit, aut victa fuerit, coronę etiam colores hoc vel illo modo apparebunt. Si humoris vrinę color prauus sit, color autē in corona benignior appareat, signum est salutare. Vt si vrinę quidē color rufus, rubeus, vineus, aut non dissimilis fuerit color: alba verò, aut albę similis corona fuerit, bonum, nempe quòd natura iam inceperit dominari, portendit. At in viridi & passca vrina, si corona peioris sit coloris, contrarium & malū significat, nimirum iam prauos dominari humores.

De urinis subsidentia & contentis priuatis.

CAPVT XCVII.

Tenuissima vrina, & vehementer alba sine subsidentia, aut obstructionem non contemnendam, aut immoderatam frigiditatem & cruditatem demonstrat. Si verò illa minora fuerint, etiam horū significatio modestior erit. Pallida & subpallida minorem obstructionem, nō autem minorem cruditatem indicant. Similiter rufa & flaua. nam in ipsis adulterina caliditas superare videtur. Possunt tamen

ramen eiusmodi vrinæ ob ingentes dolores, immensa exercitia, longas vigiliæ, & materie defectum cōtingere. Quæ etiam vltterius quâ superiores colorantur, humorum dominantium suis coloribus qualitatem, putredinem aliquam, & cruditatem in genere venarū significant. Est quando abscessus quispiam calidus principes partes obsidens, huiusmodi vrinæ fundit, attracta illuc materia ab adulterino calore, tanquam à cucurbitula. Nunquam tamen bonum est hypostasim seu subidentiam abesse: minus verò damnatur, si color & substantia parū à mediocritate abfuerint. licet .n. segnis in præsentia natura sit, hypostasis tamen paulò post apparebit. Quod *Cause cur nulla in vrinis appareant contenta.* causa est, quòd altera concoctio non fiat. Sic etiam obstructio contenta, quum crassiuscula sint, per angustum non transmittit. In ediet, ciborum defectus, aut cibi concoctioni inepti, multæ ventris vacuationes, phlegmone alicuius loci, aut nimia caliditas accumulans sibi materiam, imbecillitas alicuius partis ad quam natura superuacua propellit, hæc in quâ omnia contenta vrinis vt absint efficere possunt. Atq; hæc quidem de vrinæ inspectione, & ex ea prædictione, in præsentia nos pro cōpendij ratione dixisse sufficiat. Quòd si verò quispiam vberiolem & exactam harum omnium rerum notitiam desiderat, is Actua-

Cause cur nulla in vrinis appareant contenta.

METHO. PERVENIENDI

rium inter recentiores Græcos non postrema notæ autorē legat, qui nihil quod ad vniuersam hanc tractationē spectat, prætermisit.

De egestionibus. CAP. XCVIII.

Quum ex egestionibus multa & varia prædicere possit medicus, breuissime etiã earundem significationes exponemus. Principid autem egestio naturalis & optima, vt de vrinis etiam dictum est, veluti regula quædam nobis noscenda venit, quæ in vtram partem deflexerit, concoctionis vitiũ declarat. Optima igitur egestio est mollis, compacta seu cohærens, eodem tempore quo in secunda valetudine assuevit reddita, & quæ iis quæ ingesta sunt, proportionem (Hippocrate in prognosticis autore) respondet. Secundum naturam etiã se habet ea quæ subrufa est, nec admodum fetida. Contra mala & præter naturam egestio est dura, diuulsa seu liquida, aspera, nec ea hora qua sanitatis tempore consueuerat excreta. Mala quoque exacte rufa, vel nullo modo rufa, sed colore similis cibo ingesto. hæc enim cruda est, & nihil omnino bilis in ventrem defluere, illa verò plurimum, denūciat. Quod si itaque circa initia rufa vehementer fuerit, biliosiore morbum indicat. sin autem in declinatione talis excernatur, corpus probe expurgari significat. Viridis egestio, æruginosæ bilis nota est: sicuti nigra, vel atræ bilis, vel

Egestio naturalis & optima.

2. progn. 13.

Mala egestio.

Rufa.

Viridis.

vel sanguinis in eo loco adaucti. Si autem livida fuerit, internarum partium validum frigus, ac veluti mortificationem monstrat. Pinguis, vbi nihil tale fuerit assumptum, colliquationis ac consumptionis corporis signū est. Quin etiam viscida, nisi & hæc ex cibi natura talis sit, colliquationis indicium est. Sed quæ quidem pinguis est, ex adipe fit liquefacto: quæ verò viscida, ex ipsis solidis animalium partibus contabescens: adeoque deterior existit. Nimis foetida haud exigua putrefactionem denunciat, modò id illi ex cibo non accidat. Quippe in iis omnibus attendendum, an vel cibi talis naturæ & qualitatris fuerint, vel intestina ob innatam sibi imbecillitatem defluxione laborare consueverint. Stridens, flatus cum tenui humiditate permixtos esse, instrumenta verò in vnū coacta, ac quodammodo compressa, atque in angustum relacta ostendit. Spumosa fit, vbi aliquid quod feruet, aut flatuosus spiritus cum humiditate pugnat. Varia verò, corpus variis obnoxium affectibus ostendit, atque hoc quidem nomine diuturnitatem præ se fert, & maligna existit. quæ singula copiosius libro primo de iudiciis cap. II. Galenus profertur.

Desputis. CAP. XCIX.

METHO. PERVENIENDI

*Morbi tem-
pora ex sputo
ve dignoscēda*

Sputa tum potissimum à medico veniunt
consideranda, vbi pulmo aut thorax malis
& morbis infestantur. Nam si nihil omnino
in iis expuitur, summę cruditatis nota est. Sin
humida educi incipiunt, exquisite tamen cru-
da, subobscura adhuc & inconstans est trans-
mutatio, definitque tunc prima morbi pars,
quæ principium dicitur. Vbi verò pauca con-
coctaque expuuntur, cōtinuòque subinde plu-
ra, & facilius educuntur, tum morbi incremē-
tum instat. At vbi iam planè concocta pluri-
ma & facillime excreantur, ad vigorem mor-
bum peruenisse iudicādum erit. Vbi tandem
simili modo exquisite cocta sine omni mole-
stia excreantur, sed pauciora, amoto etiā do-
lore, ægërque facile spiret, leuiterque mor-
bum ferat, tum manifesta declinatio adest.
Porrò sputum subflauum, subrufum, leniter
spumans, & tenue, solam cruditatem, malum
verò nullum insigne denūciat. At sincere fla-
uum, rufum, spumofum, viride, viscidum, ro-
tundum, atque iis adhuc magis nigrum, pra-
uum est. Etenim præter sanguinem quicumq;
reliquorum humorum syncerus fuerit, prauū
ostendit affectum, à calore inflammato gene-
ratum. Cruenta verò sanguineæve sputa, me-
diocria sunt: flauæ verò aut nigræ bilis, diffi-
cilia. Cæterùm nō solùm color, sed & excrea-
tionis sputorum modus medico attendendus
erit. Nam si facile ac prompte educantur, li-
quiddò

*Sputi coloris
quid significet*

quidò constat talia quidè esse salubria, cõtra-
ria verò mala. Absolutè igitur & perfectè cõ-
coctionis nota est sputum albũ, leue, æquale,
consistentia neque liquidum, neque crassum.
Atqui si non atrum, sed tenue sputum fuerit,
languidæ concoctionis signũ est. Si liuidũ, aut
ærginosum, aut atrum, summã perniciẽ ostẽ-
dit. Reliqua ex libro secundo prognosticorũ,
& Galeni in hũc ipsum cõmentariis require.

Quid pulsus, & eius usus. C A P. C.

QUum pulsus sit è numero earum rerum è
quibus medici futura prædicunt, ope-
ræ precium me facturum puto, si breuiter ad-
modum, & prout cõpendij ratio exigit, de eo
differam. Quod vt commode faciã, primũ
quid sit pulsus exponã. Pulsus itaq; nõ est nisi *Pulsus quid:*
cordis & art eriarũ sensilis motus, quo attol-
luntur & submittũtur. Vñs verò eius duplex
est. Sublatione enim seu dilatatione, quã *Vñs pulsus*
duplex.
διαιρησις
λιν Græci nominant, ær frigidus attrahitur, *διαιρησις*
quiuitale robur, vnde spirit⁹ quoq; animalis,
vt suo dictum est loco, gignitur, excitat & re-
creat. Submissione autè seu cõtractione arte-
riar, *συστολήν* nominãt Græci, quod ex humorũ *συστολήν*
deustione in toto animante contractũ, velut
famidũ est excrementũ, expellitur. Cuiusmo-
di itaq; respirationis instrumētis res est inspi-
ratio, eiusmodi arteriis certe est dilatatio: &
cuiusmodi est illis exspiratio seu spiritus emis-

F

METHO. PERVENIENDI

ſio, eiufmodi arteriis eſt contraſtio: quod fuſius Galenus in peculiari libello de uſu pulſuum inſcripto demonſtrat.

De decem pulſuum generibus ſive differentiis. CAPVT CI.

*Differentia
ſeu genera pul-
ſuum decem.
Primum.*

C Aeterum genera ſeu differentiæ pulſuum in vniuerſum decem ſunt. Primũ ſanè quod ex tẽpore motionis ſumitur, & tam in ſublatione quàm ſubmiſſione cõſideratur. Suntq; huius generis tres differentiæ, nempe celer, tardus, & mediocris pulſus. Omne enim quod motui eſt accommodatũ, aut celeriter, aut tarde, aut mediocriter pro tẽporis ratiõẽ mouetur. Celer itaq; pulſus eſt quũ modico tẽpore arteria mouetur. Tardus cõtrà, qui longo multõve tẽpore, modico itẽruallo mouetur. Vel breuius, qui multo tẽpore ſuum finit motum. Mediocris, qui quod ad motum attinet, medio quodãmodo ſe habet modo. Vel ſuccinctius, qui mediocri tẽpore motũ terminat.

*Celer pulſus.
Tardus.*

Mediocris.

Secundum.

Alterũ genus pulſuũ à quãtitate ſublationis ſeu diaſtoles attẽditur. Quodlibet .n. corpus tria ſortitur interualla, longũ, latũ, & profundum. Quũ igitur arteria corpus ſit, tribus interuallis conſtet neceſſe eſt. Atq; huius quidẽ generis iterum tres ſunt differentiæ, longus ſcilicet, latus, & altus pulſus. Longus eſt, qui naturali pulſu longitudine maior inuenitur. Latus, qui latitudine. Altus, qui profunditate. Liqueſt autẽ quod eos qui cõtrarij, & naturali

Longus.

*Latus.
Altus.*

mino-

minores sunt, secundum eam motionē liceat appellare breuem, angustum, & humilē. Eorum verò qui omni distantia æqualiter in statum naturæ contrarium vertuntur, hic quidem magnus, ille verò paruus dicitur. Magn^o Magn^o. enim est qui trina dimensione, nempe longitudine, latitudine, & profunditate auctus est. Paruus contrà, qui imminutus. Tertium Paruus. Tertium. genus pulsum à robore virtutis desumitur. Et huius itidem tres sunt differentiæ, vehemens, languidus, & mediocris. Vehemēs siue Vehemens. validus quidem est, qui tangentis medici manum valide ferit ac pulsât. Languidus imbecill^{us}ve, qui inualide & imbecilliter. Medius, qui mediâ quandam ad vtrunque proportionem seruat. Quartū genus ex arteriæ corpore ac substãtia cõsideratur, suntq; huius vt præcedentiũ tres differentiæ, durus nimirum, mollis, & mediocris. Durus est, quum durior, Durus. ac veluti sicci^{or}, cori^q; modo rigidior in cursu apparet arteria. Mollis, qui mollior, ac Mollis. veluti carnosior. Mediocris, vbi medio se habet modo. Quintū genus ex quãtitate infusionis seu plenitudinis arteriæ p̄det. Per infusionē. n. nihil aliud intelligendū, quã qui in ea continetur humor. Huius quidē generis tres fingũtur differentiæ, plenus scilicet, vacuus, & mediocris. Plen^o, vt definit Archigenes, est q̄ Plenus. arteriã ostendit pleniorē, & submisionem eius humore impeditã. Vacuus, qui bullę mo- Vacuus.

METHO. PERVERNIENDI

do arteriæ sublationem efficit, ita vt ad digitorum imprefionem per vacua ingreffus occurrat. Mediocris fit, quum vas mediocriter repletū est. Sextū genus à caloris qui in corde est, & in arteria quodammodo magis euidēter apparet, qualitate pēdet. Eius tres sunt differentiæ, calidus, frigidus, & mediocris.

Sextum.

Septimum.

Creber.

*Interuallum
quid.*

Rarus.

Octauum.

Rhythmus.

Septimum pulsuū genus in quietis consistit tempore. Huius etiam tres finguntur differentiæ, creber, rarus, & mediocris. Creber, qui alio nomine densus & frequens nominatur, est cui breue quietis tempus est. Vel est, quum breui interposito interuallo arteria distenditur. Neque enim aliud interuallum quàm quietem significat, quum id tempus sit quod inter mot^o sensibiles, seu duos ictus intercedit. vel inter duos ictus arteriæ quies. Rarus, cui longum quietis tempus est. Vel quum longo interposito interuallo arteria distenditur. Mediocris, cui mediocri quietis tempus est. Vel quum moderato tempore distenditur arteria. Nihil verò interest siue distenditur, siue dilatatur, siue attollitur, siue mouetur dicamus. Octauum genus pulsum secundum rhythmum consideratur. Comparato autem ictus tempore cum tempore quietis, rhythmus gignitur. Proinde rhythmus nihil aliud est, quàm proportio temporis ictus ad tempus quietis. Differentiæ rhythmici seu moduli principes duæ sunt, eurythmus & arhythmus

mus, hoc est consonus seu cōcinnus, dissonus
 seu incōcinnus. Arythmus pulsus est, nō qui
 nullum rhythmum obtinet: id enim fieri non
 potest: sed qui malo rhythmō præditus est.
 Sic certe ἀρυστον & ἀτράχυλον nō eum qui voce &
 ceruice destituitur, sed eum qui vocem & cer-
 uicem malas sortitus est, vocamus. Quapro-
 pter vitiū natiui rhythmī, non absolutā abo-
 litionem significat. Quum itaq; cuique ætati
 naturalis sit pulsus, is qui rhythmū seruat, eu-
 rhythmus nominabitur: sicut cōtrā qui illū la-
 befacit, arythmus. Huius quidē tres sunt dif-
 ferentiæ, pararythmus, heterorythmus, ec-
 rhythmus. Pararythmus est qui mediocrem
 ab eurythmo digressionem habet. Vel est qui
 rhythmum labefactans, interim vicinæ ætatis
 rhythmū mutuatur. Heterorythm⁹ est, qui eu-
 rius alterius ætatis rhythmū mutuatur. Vel
 qui multū à concinnitate digreditur. Ecryth-
 mus qui prorsus nullius ætatis rhythmū reti-
 net. Vel qui concinnitatē omnino corrūpit.
 Idē de naturis, ac anni tēporibus, & locis, o-
 mnibūsq; aliis statuendū. Suus est enim cuiq;
 horū certus quidā rhythmus, qui quum corrū-
 pitur, arythmum tum intelliges, & quas eius
 diximus differentias esse. Nonum pulsuum
 genus est, quod in omnibus prædictis generi-
 bus iuxta æqualitatē & inæqualitatem inue-
 nitur. Aequalitas verò & inæqualitas tum in
 vno pulsū, tū in pluribus fiūt. Quæ in plurib⁹

*Arythmus.**ἀρυστος.
ἀτράχυλος.**Eurythmus.**Pararythm⁹.**Heteroryth-
mus.**Ecrythmus.**Nonum.*

METHO. PERVENIENDI

συνηματινή.
Aequalis.
Inæqualis.
Deficiens.
διανεικτων.
Intercidens.
μεινυσις, μεινυος.
Decurtatur.

pulsibus æqualitas & inæqualitas animaduer-
 tuntur, Græcis *συνηματινή*, Latinis accumulata
 seu collectiua nominatur. Aequalis autē abso-
 lute pulsus est, vbi omnino pares sunt pulsuum
 differentia. Vel est, qui neq; magnitudinē, ne-
 que velocitatē, neq; aliud quicquā impar ha-
 bet. Inæqualis absolute pulsus vocatur, si om-
 nino impares manēt differentia pulsuum.
 Quod si in vna vel pluribus differētis sint pa-
 res, vel impares: quatenus pares sunt, hætenus
 pulsus inæqualis appellabitur: quatenus impa-
 res, hætenus inæqualis. Ille igitur qui in ali-
 quo genere par vel impar est, cū illius vult no-
 mine dici, magnitudine æqualis, celeritate æ-
 qualis, vehemētia, & alio quoquo modo. Itidē
 inæqualis aut magnitudine, aut velocitate,
 aut alio quopiā. Huius quidē generis sunt de-
 ficiens & intercidens vocatus. Deficiens, qui
 Græcis *διανεικτων* dicitur, est quādo non solū in
 vno, aut plurib. magnis vnus minor apparet,
 sed nonnunquā totus quoq; motus aboletur.
 Hinc est quod in eo pulsū nō solū ad duas, sed
 ad tres vel plures ictus immobilis manet arte-
 ria. Intercidēs, Græcis *μεινυσις* dictus, prio-
 ri planē cōtrarius est, quum scilicet expectata
 quiete in medio tāquā superuacaneus aliquis
 ictus intercidit. Sub hoc etiā genere cōplecti-
 tur pulsus q̄ Græcis *μεινυσις* & *μεινυος*, Latinis
 mutilus seu decurtat^o appellatur. Hic fanē fit
 quando primo pulsū secundus paulo minor, &
 tertius

tertius secūdo, & quartus pari modo tertio, idq; deinceps vsq; ad plures perueniat. Nomē autē illi Græci à figuris quæ in acutū desinunt, imposuerunt. Qui ex iis perpetuò diminuuntur, nec nimiū desistunt, ad quietē ac immobilitatem prorsus finiunt. Græcis *ἰσλείωντος μέλιον*.

901. Latini deficientes decurtati nuncupantur. Verū qui ita desinunt, duplici sunt differētia.

Quidā .n. in qua primū paruitate diminui desierūt, hęc cōstātissime seruāt. Alij autē rursus & de integro augētur, vel in parē priori magnitudinē reuertūt, vel ad minorē, vel ad maiorem. Hos Græci *μειόβρις πάλιν ὁμοιωτάς*, Latini

decurtatos reciprocos siue recurrētes nominant. Atque hęc sane est pulsū q̄ accumulata dicitur inæqualitas. Porro inæqualitas quę in vno pulsū deprehēditur: vel in vna parte arteriæ, vel in diuersis gignitur. Si in vna parte, tū vel in situ, vel motu eiusdem inæqualitas accidit. In situ itaq; partis inæqualitas consistit, inde nimirum, quòd arteria sursum, deorsum, prorsum, retrorsum, dextrorsum, & sinistrorsum deducta esse videtur. In motu, quum aliter inceperit, ac aliter desierit moueri circa vnū digitum arteria, incipiens quidem citatior, desinens autem tardior: vel contrā incipiens tardior, desinens autem celerior. Atque hoc trifariam accidit, vel quum motus continuus apparet, vel quum intercidit, vel quum recurrit, & veluti bis ferit. Si igitur manens continuus & non intercisus, à ce-

ἰσλείωντος μέλιον παρ. Defici. nr. s decurtati.

μειόβρις πάλιν ὁμοιωτάς.

Inæqualitas in vno pulsū, vel in vna parte arteriæ.

METHO. PERVENIENDI

leritate ad tarditatem transierit, aut contra, Græce *ἀνισοταξίς*, hoc est impar citatus, eiusmodi pulsus & est & dicitur. Quod si quiete intercisus cætera velocior appareat, *δρακιδίσιον* Græcis, capriazas Latinis nominatur, à caprea, quæ *δρακίς* illis dicitur, sumpta metaphora. Quem admodum. n. illa inter salientum sublimis hæret, atque secundum motum inopinatum priore celeriore molitur: ita hic pulsus quem aliquantulum intercisus videtur, deinde multo citatior apparet. Porro si à sublatione dilatationeve recurrit, & antequam perfecte submitatur, secundum tactum ferierit, *διηγορος* Græcis, bis feriens seu pulsans Latinis appellatur. Atqui non solum in motu tempore inæqualitas quæ uno actu in eadem arteriæ parte accidit, fieri potest, verum etiam illa quæ secundum robur virtutis constat: non autem ea quæ secundum quantitatem distantiarum comprehenditur. Nullo. n. modo idem pulsus in eadem particula magnus & parvus fieri potest, neque in eodem genere. Ceterum inæqualitas in uno pulsu, in diversis arteriæ partibus bifariam fit. Nunc quidem quem motus manet continuus, & arteria iuxta quosdam digitos citius movetur, iuxta quosdam vero tardius: nunc autem quem motus interceditur, ut nonnulli quidem digiti motum apprehendant, nonnulli vero non. Et secundum diastoles seu sublationis quantitatem in pluribus quidem arteriæ partibus inæqualitas manifesta est. Ex quo genere sunt qui *μειοίποι* seu decurtati in una diastole seu sublatione vocantur, & illi etiam qui Græcis

ἀνισοταξίς.

δρακιδίσιον.

διηγορος.
Bis feriens.

*Inæqualitas
vni pulsu
in diversis ar-
teriæ partibus*

ἰσχυρῶν & *ἀσχυρῶν*, hoc est innuētes & cir-
 cunnuētes appellantur. Si enim in digito tā-
 gētis interiori magnus subincidit pulsus, ele-
 uatus inde iuxta rationem minuat, vt exte-
 rius ad ægrotantis pollicem minima arteriæ
 pars appareat, *ἠνογες* ad muris caudæ similitu-
 dinē, vel *ἠελίοντες*, quōd caudæ modo imminua-
 tur, dicitur. At si iuxta medios tangentis digi-
 tos magnus incidens, eleuatusque vtrobique
 minuat, minor apparens, hunc quidem Ar-
 chigenes *νῦνῶν* & *περινῦνῶν*, hoc est innuen-
 tem & circunnuentem, seu nutantem & cir-
 cunnutantem appellauit, manifeste significa-
 re volens sublationis breuitatem cum extre-
 morū vtrorūque veluti nutatione. Non enim
 vt abscisis protinus vtrinque partibus, sed ve-
 luti inflexis in breuitatem cōtractus est, my-
 urus magnitudine in vtrisque partibus existēs.
 Quōd si inæqualitas ad magnitudinē ipsam
 celeritatem aut tarditatem assumpserit, pul-
 sus fluctuosi vndosive & vermiculantes fiūt.
 Quōd si verò eam quæ in situ est receperint,
 cōuulsorij & turbulenti seu vibrati appellati
 cōstituentur. Exordiamur igitur ab vndoso,
 qui Græcis *νῦματάδης*, nonnullis interpretibus
 Latinis fluctuosus nominatur. Fit vbi non si-
 mul vniuersa arteria dilatatur attolliturve,
 sed primo pars ei⁹ prima, deinde secūda, mox
 tertia, ab hac quarta, motu continuo manen-
 te in modum vndarum sese eleuātium, sic qui-

ἰσχυρῶν.
περινῦνῶν.
 Innuētes.
 Circunnuentes.

ἠελίοντες.

Conuulsorij.
 Vibrati.
νῦματάδης.
 Vndosus.

METHO. PERVERNIENDI

dem vt altera vnda ſemper priorem excipiat. Vndofus ſi totus in paruitatem deſinat & imminuatur, Græcis *σικυλλιſſων*, Latinis vermiculans, quòd ſit vermis grefſui aſiſimilis, nuncupatur. A vermiculante itaque pulſu vndofus non niſi magnitudine differt. Quemadmodù autem vndofum pulſum factù minorem vermiculans excipit, ita formicans vermiculantem. Siquidem formicàs, qui Græcis *μυρμηſſων* nominatur, ſit quum motibus multis amiſſis in vnum eumque prorfus exiguù deſierit. Nomen inuenit à ſimilitudine quæ ſibi cum animante eſt formica: vt quidam volùt, paruitatis: vt alij, ſpeciei motus. Eſt enim admodum paruus, vt quo haud eſt minor alius, iuxtàque languidiſſimus plane, ac creberriſſimus, non tamē, vt quibuſdã viſum eſt, celer: adeòque ſpecie motus formicæ refert. Huic adhæret pulſus hecticus, qui nullam mutationem magnã ſubit, ſed inſtar hecticæ febris, ſemper ſui ſimilis manet, implicatùrque vt ab initio cœpit, & nunquam ſoluitur, totius corporis habitu in morbum conuerſo, & ægrotante. Conuulſiuus pulſus eſt, qui vtrinq; ab extremis retractus, protenſus & conuulſus videtur, inſtar chordæ alicuius tenſæ ſenſum præbens. Turbulentus ſeu vibratus, Græcis *κλονώδης* dictus, eſt in quo nihil tale reperitur, ſed maior in eo eſt diaſtole ſiue ſublatio, vt partium arteriæ hæ quidem ſurſum, hæ verò deorſum, vno eodēque

σικυλλιſſων.

Vermiculans.

Formicans.

μυρμηſſων.

Hecticus.

Conuulſiuus.

Turbulentus.

κλονώδης.

eodémque tempore ferantur. Maximè verò motum eius iaculis aſſimilauerit quiſpiam, quæ violenter emiſſa celeriter vibrata feruntur. Serratus autem pulſus, qui Græcis *ἰστροπῶς* dicitur, eſt vbi alia pars arteriæ dilatata, alia minus, propter duritiem ipſius, eſſe videtur. Hodie vulgus medicorum ferratilem vocant.

Serratus.
ἰστροπῶς.

Decimum pulſuum genus ex inæqualitate profectum, ex ordine & inordinatione naſcitur.

Decimum pulſuum genus.

Siquidem ordinatus & inordinatus diuiſa inæqualitate in paritatem circuituum, & in abſolutam imparitatem, ex vtraque ſectione generantur: in circuituum paritate, ordinatus: in abſoluta imparitate inordinatus. Porrò pulſus æqualis omnino eſt ordinatus, inæqualis autem non omnino inordinatus eſt. Si nanque paritatem corrumpat, circuitū verò ſeruet, veluti in diſtoles quantitate, ſi contingat vt duo magni, & vnus paruus ſit, deinde rurfus duo magni, & vnus paruus, atque ſic deinceps, vocabitur inæqualis quidē, ſed ordinatus. At ſi ad hoc vt paritatem corrumpat, neque ordinem aliquem inæqualitatis conſeruet præter inæqualitatem, etiam talis inordinatus eſt. Inordinatorum autem alij quidem ex toto inordinati ſunt, ne vel exiguum quædam circuitum obſeruantes: alij verò ſecūdam circuitus ordinati. Quatenus enim continuum ordinem non habent, inordinati vocabūtur: quatenus autē diu circuitū

Ordinatus.
Inordinatus.

METHO. PERVENIENDI

quendam obseruant, secundum circuitus ordinati sūt. Verbi gratia, si cōtingat fieri duos magnos, & duos paruos: deinde tres magnos, & tres paruos: & è contrario tanquam reflectentes duos magnos, & duos paruos: tres magnos, & totidē paruos, ac deinceps similiter.

Atque hæc de pulsuū differentia, pro ratione compendij, medicinæ initiatis sufficere arbitror. Quod si verò quispiam exactiorem de iis tractationem requirat, is quatuor Galeni libros de pulsuum differentiis inscriptos legat, in quibus quicquid ad exquisitam earundem notitiam attinet, plenissime tradidit.

De causis pulsuum. CAP. CII.

Celeris causa. **N**unc causas pulsuum per singula progressi genera explicabimus. Celer seu velox pulsus propter facultatis robur, & vsū multum fit. Videtur enim facultas attollere, & retinere cōtentionem, copiamque humorum repugnare. Tardus verò à contrariis fit causis. *Tardi.*
Longi. Longus pulsus fit à siccitate & eliquatione carniū circumiacentium, reliquis interual-
Lati. lis seu distantis collapsis. Latus verò propter humiditatem potissimum abundantem, vel secundum naturam, vel etiam ab externis causis. *Siti.*
Magni. Altus autem ob instrumenti mollitiem, facultate simul aucta. Magnus pulsus fit, vbi robur facultatis validum, ac plus iusto abundans calor in corde collectus fuerit, & instrumentum obediens, vsusque multus. Vbi verò magnitudo

magnitudo vsui non suffecerit, statim celeritas ipsi quoq; accedit. Quod si ne sic quidem satis fuerit, mox frequentiam etiam assumit.

Paruus verò pulsus à contrariis fit causis. Aut enim ob facultatis imbecillitatem, aut instrumentorum durtiem, aut vsu vel necessitatem deficientem accidit. Pulsus vehemēs à facultatis robore efficitur, nulla alia causarum

Parui.

renitente, verbi gratia, vsu dissoluto, aut instrumenti durtie. Languidus, imbecillæ facultatis & solius soboles est, aliud licet nihil affuerit. Durus pulsus fit propter instrumenti durtiē, quam refrigeratio immodica, aut siccitas, aut tensio ab inflammatione profecta, aut conuulsio inducit. Mollis pulsus arteriæ humiditatis comes est, quā humidiores reddunt ex iis quæ secundum naturam sunt cibi humectiores, balnea frequentia, sōnus multus, victus ratio & copiosior, & delectabilior.

*Vehementis.**Languidi.**Duri.*

Ex iis quæ præter naturā sunt, comata, lethargi, aqua inter cutem, & reliqua à pituita orta vitia. Plenus pulsus, aut humorum copiā, aut ciborum, aut vini potionis abundantiam indicat. Vacuus verò contraria, nempe famem inediāve, aut vacuationem. Calidus, frigidus, materiæ quæ subest corpori qualitati acceptus refertur. Pulsus in quiete & motu rhythmus æqualis, probam totius corporis temperiem præ se fert. Sin longius quietis tempus quàm motus fuerit, calorem dominari signi-

*Mollis.**Pleni.**Vacui.**Calidi, frigidi**Æqualis.*

ficat.

ficat.

ficat.

ficat.

ficat.

METHO. PERVERNIENDI

Deficientis. Deficiens pulsus, & intercidens, facultate oppressa & veluti aggrauata fuit. Sed intercidens minorem, deficiens vero maiorem noxam denotat. Recurrens pulsus facultatem quidem imbecillem, sed repugnātem adhuc, & resistantem, reuertentēque significat. In vno autem icū myuri & innuētes aut circunnuentes vocati, iis maximè fuit, qui paulatim contabuerunt, item phlegmonibus non solutis. Præterea plurimis quomodocunque tabescentibus, dum partes quæ circa arterias sunt, emarcescunt. Caprizans, febriles potissimum calores imitatur. Verum si pulsus diastoles principia dissoluens extremū ipsius acceleret, & submissionis initium, putredinem exuperantem significat. Bis feriens siue dicrotus pulsus, fit quando arteriæ durities intenditur, & virtus valida est. Vndosus humidiora potissimum vitia sequitur, atque iis magis aquæ inter cutem genus quod anasarcam vocat, item lethargum, & peripneumoniam. At quum facultas dissolui ceperit, sed paululū adhuc resistat, vndosus in vermiculātem decidit. Vbi verò extreme collapsa fuerit, in formicantem transit. Hecticus autem propriè tabidis & alioqui emaciatis accidit. Conuulsivus fit, quum neruorum principium aliquē phlegmones affectum sustinet, veluti in phreneticis, & acuta epilepsia laborantibus. Turbulentus pulsus efficitur, quum vsus seu necessitas

fitas magnam sublationem requirit, & virale
 robur sua functione vti potest. Serrat^o pulsus *Serrat.*
 in vniuersum phlegmones, præsertim partiū
 quarundam nervosarum, comes existit. Qua-
 propter pleuritidi peculiaris est. Atq; hæte-
 nus de pulsuum alterationib^o, quæ ex primis &
 præcipuis proficiscuntur causis diximus. Nūc
 reliquum esset vt de iis omnibus quæ non per
 se planè, sed quòd mutant primas, causæ pul-
 suū vocantur, differeremus. (Sūt autè hæ par-
 tim naturales, vt sexus, natura, ætas, anni tem-
 pus, & regio: partim præter naturam, vt ani-
 mi perturbationes, & affectus corporis: par-
 tim etiam inter has medicæ, quas naturales vo-
 cāt, vt exercitia, balnea, cibus & potus.) Verū
 quia de iis omnibus Galenus in lib. 3. & 4. de
 pulsuum causis copiosissimè egit, & in Isago-
 ge sua de pulsibus in compèdium omnia bre-
 uissimè contraxit, non est cur de iis nobis de-
 nuo hoc loco sit tractandum. Quod si etiam
 quispiam ex pulsibus prædicendi exactam no-
 titiam habere desiderat, is quatuor Galeni li-
 bros ea de re cōscriptos prioribus iungat, &
 nihil tandem erit quod desiderare queat. Nos
 itaque compendij habentes rationè, sermoni
 de pulsibus finem hoc loco imponimus.

De curandi ratione. CAP. CIII.

Absoluta ea medicinæ parte q̄ præteritorū
 presentiiū & futurorū prædictiōne tradit,

METHO. PERVENIENDI

δραστηρίη.

*Communes
curandi indi-
cationes.*

atque Græcis *συναρτηρίη* appellatur, ad vltimam eiusdem partem, quæ *δραστηρίη*, eò quòd curandi rationem doceat, nobis transeūdum erit. Verum quum ea res longiorem quàm compēdij ratio ferat, tractationem exigat, satis in præsentia erit generales curandi indicationes, & vnde hæc artis pars potissimum discēda erit, indicasse. Inter communes autem & generales curandi indicationes prima est contrarietas, quam omnia quæ præter naturam se habent, exigunt. Hinc est hoc Hippocratis tritissimum hodie in medicorum scholis dictum, Contraria contrariorum sunt remedia. Altera est indicatio quæ à temperamēto vniuersi corporis, aut partis vni⁹ sumitur. Dein sunt quæ à laborantis partis situ, sensus acumine ac hebetudine, item à tempore morbi, anni regione, ætate, consuetudine, & iis similibus petuntur, quas omnes hoc loco commemorare nostri instituti non est, quum tantum autores & loca vnde hæc omnia exquisite discenda sint, monstrare polliciti simus. Ceterum quum multi sint Græcorum qui de curandi ratione post se commentarios reliquerint, certè in iis delectus aliquis habēdus erit, ne scilicet deteriores pro optimis arripiam⁹, adeoque ex iis ea quæ ad ægri potius interitū quàm salutem conferunt, discamus. Neque enim omnium scripta erroribus omni ex parte vacant. Quum verò omnium cōsensu medicorum

dicorum nemo vnquam Græcorum exquisi- *Medendi præ*
 tius, rectius, & absolutius medendi rationem *cepta vnde di-*
 Galeno ipso posteritati tradiderit, præstat *scenda.*
 certè hâc ex illo quàm alijs discere, vt qui præ-
 ter cætera, hanc etiã ratione & methodo do-
 cuerit. Primum autè quoniam medicinæ stu-
 diosi curandi ratione morbi similariũ & in-
 strumentaliũ partium cõmunis, nẽpe solutio-
 nem vnionis, discant, quam perfectissimè Ga-
 lenus in. 3. 4. 5. & 6. libris de curandi ratione
 inscriptis tradit. Secũdò morborũ qui ex in-
 tẽperie ortũ habent, & in solis similaribus cõ-
 sistunt, medendi ratione cognoscere studeãt,
 quam certè idẽ Galenus lib. 7. 8. 9. & 10. & 11.
 therapeuticæ methodi perspicue & copiosè
 admodum docet. Quod si verò quispiam eorũ
 quę in prædictis libris Galenus scribit, cõpen-
 dium affectat, quæ ille lib. 1. de curandi ratio-
 ne ad Glauconẽ tradit, diligenter legat. Ter-
 tiò medicus quo pacto symptomaticis sit pro-
 spiciendum perdiscat, & id quidem ex duode-
 cimo illius libro quẽ de medendi ratione edi-
 dit. Quę ad tumorum præter naturam curan-
 di ratione pertinet, lib. 13. & 14. the. metho. &
 secundo ad Glauconem Galenus exquisitissi-
 mè docet. Quę ad reliquorũ morborũ qui in
 partibus instrumentalibus fiunt, curatione spe-
 ctant, ille in arte medica, breuiter tamen, tra-
 dit. Atque hætenus vnde curandi ratio mor-
 borum omnium petenda sit, paucis monstra-

METHO. PERVENIENDI

*Remedia mor-
borum unde
cognoscenda.*

uimus. Non fatis autem est medicum curandi rationem seu curationis indicationes tenere, ni idem etiam auxilia seu præsidia quibus morbi abiguntur, perfectissime calleat. Quod fiet si quæ idem Galenus in libris de simplicium medicamentorum, & alimentorum facultatibus docet, cognoscere nõ grauabitur. Quid verò Dioscorides & Plinius ad hanc rem momenti adferant, supra copiosè à nobis est expositum. Vnice verò ad præsidiorum optimorum inuentionem conferent libri Galeni de medicamentis generalibus & localibus inscripti. Quam quidem exquisitam componendorum medicamentorum rationem vtinam nostræ ætatis medici aliquando sequi animum inducerent. ita enim melius salutis hominum esse prospectum certò comperiremus. Nunc enim quisque quam sibi persuadet esse optimam componendi rationem sequitur, quam tamen interdum plus quam *dis dia waiuv*, ut est in Græcorum proverbio, à vera & legitima componendi methodo absit. Galeno coniungendi sunt Paulus & Aëtius, qui multa habent ad hoc institutum attinentia non contemnenda. Adiungendus præterea inter postremos Græcos non postremæ notæ autor Actuarius, & omnium postremus, quod sciam, Nicolaus vnguentarius Alexandrinus, quem nuper totum in latinum cõuertimus. Nos etiã aliquid ad hanc rem contulimus in libris quinq; quos de me-

Nicolaus vnguentarius latinus à Fuschio factus.

de medendi ratione, & aliis tribus quos de-
 fitata huius temporis componendorum me-
 dicamentorum ratione conscripsimus. Hos
 si quis ab hac methodo separare voluerit, & li-
 bris de medendi ratione attexere, consilij à
 me non damnabitur. Porro quum constet
 Arabes, & recentiores etiam aliquot, at-
 qui barbaros medicos, in vtraque re aliquid
 præstitisse, de istorum scriptis quid sentiendū
 sit, in præsentia quoque breuiter exponemus.
 Non prohibendos quidem neque arcendos
 penitus à lætione Arabum medicinæ studio-
 sos iudico, quòd & in iis quæ aliquid ad rite
 curandos morbos conferre possint, reperian-
 tur. Tamen quum in iis multa sint præcepta,
 quæ si nullo adhibito delectu confestim se-
 quaris, exitium magis quàm sanitatem ægro-
 tanti adferes, præstat hos prorsus non attingere,
 aut magno cum iudicio legere. Quot enim
 in Auicennæ tertio canone, vbi ex pro-
 fesso morborum curationes tradit, occurrūt
 errata, quæ nisi cognoscas, & pro veris sine
 omni prorsus iudicio arripias, bone Deus
 quot homines misere iugulabis? Sed sunt eiuf-
 modi multa etiam in aliis Arabicæ factio-
 ne autoribus errata, vnde certissimum æ-
 grotis exitiū imminet: vt hoc nomine ab il-
 lis penitus sit abstinendum, aut non nisi
 cum maximo iudicio sint legendi. Et quum
 omnia propemodum quæ illi tradunt, prom-

*Arabes legē.
 di sint, necne.*

Recentiū barbarorum scripta qualia.

ptius & purius è Paulo & Aëtio, vnde singula ad verbum ferè descripserunt, disci possint, quid attinet tam sollicitè & accurate quæ Arabes scripserunt perscrutari? Sed de Arabibus satis. De reliqua barbarorum & recentiū medicorum turba quid statuam, breuibus etiam indicabo. Quum ab exquisita adeoque veterum medendi ratione plurimum absint, & præter summam barbariem immensus sit detestandorum in eorum scriptis errorum aceruus, rudique lectori propter rerum quarundam inutiliū tractationem remoras obiciant, eos quidem aut penitus non attingendos, aut parce admodum, & magno cum iudicio legendos esse iudico. Nunc operi huic, quod totum in hoc vt viam quandam ad Galeni scripta promptius & minori labore intelligenda strueremus, cōcinnauimus, finem imponimus. Neq; enim cuius datum est eius autoris, sine alteri^o q; illi præeat manu ductione, amœnissimos hortos adire. Quapropter vt rudium & imperitorum, veritatis tamen studio flagrantium, conatus iuuaremus, hoc quicquid fuit in hoc compendio exarando laboris subire non grauati sumus. Pro quo vicissim labore nō aliam à medicinæ studiosis exigimus mercedem, quàm vt hunc æqui bonique faciant, gratumque erga nos animum declarent.

F I N I S.

DE VSITATA HV-
IVS TEMPORIS COM-
ponendorum miscendorumque
medicamentorum ratione,
Liber primus Leonhar-
to Fuschio autore.

P R A E F A T I O.



EXtant aliquot recentium medi
corum de componendorum ac
miscendorum medicamentorum
hodie vsitata ratione scripta,
sed talia certè, vnde nullus, aut
Recentium medi
corum de mi-
scendorum me-
dicamentorum
ratione scripta
qualia.

faltem exiguus, ad lectorem fructus venire po-
test. Vel enim barbarie summa sunt contami-
nata, vel nullo plane ordine contexta, aut im-
perfecta: ita vt môstrosa oratione deterritus
lector hæc ipsa vel statim abiiciat, vel prorsus,
vtpote rem nec ordine nec perfectè tradètia,
sine omni fructu legat. Quapropter vt illos
qui iam facere medicinã incipiunt, aliqua fal-
tem ex parte iuarem: (neque enim omnibus
hæc miscendorum medicamentorum ratio ini-
tio satis perspecta est) hoc qualescûq; scriptum
côcinnare volui, in quo breuissimè, & vt spe-
ro, tolerabili dictione, atque perspicue quic-

DE COMPOS. MEDIC.

quid ad eam rem cognitu necessarium est, cō-
 plexus sum. Et confido quidem hunc nostrum
 laborem eo futurum esse gratiorem, quo res
 ipsa in initio medicinam facientibus sese diffi-
 liorem exhibet. Nā nisi inter initia qui faciūt
 medicinam, habeāt quod eos veluti manu du-
 cat, necesse est aliquoties turpiter in compo-
 nendis medicamētis impingant. Proinde hoc
 nostro scripto illis quasi viam quādam ad re-
 ctè componenda & miscenda medicamenta
 struere volumus: quam si studiose sectati fue-
 rint, facile & nullo planè labore quò tendunt
 perueniēt. Digessimus autem vniuersum hoc
 scriptum in tres libros, in quorum primo sim-
 plicium medicamentorum, eorum potissimū
 quorum hodie in officinis frequens est vñs,
 nomenclaturas ordine sanè optimo perstrin-
 ximus, idque non temere. Neque enim cōpo-
 nendorum miscendorūque medicamentorū
 ratio sine exquisita simplicium medica-
 mētorum notitia rectè tradi potest, vt è qui-
 bus veluti sua materia constent. Olim certè
 nuda eorundem dūtaxat nomina perstrinxim-
 us: nunc verò paulo copiosius de iis differe-
 re placuit, vt saltē hac ratione medicorū & se-
 plasiariorū in simplicibus quibusdā errores,
 diutius non ferendos, detegeremus. Vniuer-
 sam tamen earundē historiam attingere neque
 necesse fuit, neque cōueniebat. Nam formæ,
 facultates, & alia quæ ad perfectā simplicium
 medica-

Operis diuisio

*Quæ in pri-
 mo tractatur*

medicamentorū cognitionē pertinēt, ex Dioscoride & Galeno præcipuè, atq; è nostris de stirpiū historia cōmentariis, vbi eadē plenissimè traduntur, petenda veniunt. Nomina verò produximus ea, quæ optimis tum Græcis tum Latinis autorib⁹ recepta sunt: idque nō alia de causa, quā vti hac ratione efficerem⁹, vt abiectis tandē barbaris & ineptis vocib⁹ quibus passim medici & seplasiarij hodie vtiuntur, pro iis, latinis receptis & perspicuis vti affuescerēt. Neq; enim perpetuò nobis cū balbis & indoctis pharmacopolis balbutiendum erit. Tamen quū nobis perspectū esset latinas & proprias nondum omnibus esse cognitās, barbaras etiā hodièq; vsitatas passim vbi necessitas id ipsum exigere videbatur, iis adiecimus voces. Neq; enim iis tantū qui iā singula simplicia puris & latinis vocib⁹ efferre sciūt, verum etiā iis qui per ignoratiā latinæ linguæ cōsuetis vulgatis ac barbaris vti cogūtur, inferuire hoc scripto voluim⁹. Quippe studiorū nostrorū ratio sic cōparata est, vt ea omnia ad omnium cōmoditatem conferamus. Non solum itaque medicis, sed & seplasiariis is primus liber diligēter inspiciendus erit. Pulchre enim eos suorum cōmonefaciet errorū. Præterea in primo libro simplicium etiā medicamentorū tēperamenta breuiter exposuimus, & quæ ex iis singulares corporis partes iuuāt nominatim indicauimus. Adiecim⁹ denique

G iij

DE COMPOS. MEDIC.

secundarum medicamentorum simplicium
 qualitatum commemorationem. Postremū
 breuis purgantium medicamentorum hodie
 vsitatorum, ex optimorum autorum senten-
 tia descriptio vt accederet curauimus. Et hæc
 quidem in primo tractauimus libro. In altero
 ponderum, eorum maximè quibus hoc tem-
 pore officinæ vtuntur, & vniuersorum medi-
 camentorum compositorū quæ intrò in cor-
 pus sumuntur, miscèdi ac componendi ra-
 tionem docuimus. In tertio compositorum
 medicamentorum quæ extrinsecus corpori
 admouentur, concinnandi modum ac formā
 tradidimus. Quid multa? nihil earum rerum
 quas ad rite miscenda medicamenta eos qui
 facere medicinam ordiuntur, cognoscere o-
 portet, à nobis omissum, aut negligēter præ-
 teritum est. Proinde qui promptè, & magna
 cum laude ac vtilitate composita medicamen-
 tum construere, tum dextre etiam vsurpa-
 re cupiunt, eos sanè tres hos libros quos de
 cōpositione medicamentorū inscripsimus, di-
 ligenter admodum euoluere, & in manibus
 versare oportet.

*Quæ in secun-
 do.*

Quæ in tertio

*Quo medicamentum à nutrimento distet, &
 quotuplex sit natura medicamentorum.*

CAP. I.

QUÛ vniuersa in hoc opere tractatio futu-
 ra sit de medicamētis, ordinis certè ac
 methodi ratio postulat, vt primū qd sit medi-
 camentum,

camētū, & deīn quotuplex ei⁹ natura, breui-
 ter exponamus. Medicamentum itaque, Ga-
 leno lib. 1. simpl. ca. 1. & lib. 3. de tempera. teste,
 in vniuersum est omne id quod naturam sub-
 stantiāme nostri corporis alterare ac immu-
 tare potest. Quocirca nutrimento planè ad-
 uersatur, atque, vt dicitur, illi ex diametro pu-
 gnat. Nutrimentum enim est, quicquid cor-
 poris nostri substantiam augere potest. Non
 augebit autem, nisi prius ab ea alteretur, illi-
 que assimiletur. Natura verò medicamen-
 torum quadruplex est. Quippe vel nulla sub-
 stantiæ suæ mutata parte, sed tota integrāq;
 seruata vincunt, corpūsque ipsum afficiūt ac
 mutāt, ad eum sanè modum quo id cibos: atq;
 hæc prorsus graua, & naturæ animalis cor-
 ruptricia sunt, ideōq; Græcis *διπλαστικά*, hoc est *διπλαστικά*.
 venenosa & mortifera dicuntur. Eiusmodi
 certe sunt quæ frigiditate sua interimunt, vt-
 puta cicuta, mandragora, papauer, hyoscy-
 amus, & id genus alia. Hæc autem non toto ge-
 nere, hoc est semper, humanæ naturæ delecte-
 ria & letalia sunt, sed sola quātitate. Nam ho-
 rum quodque si exigua quantitate sumatur,
 nullam euidentem noxam hominibus infert,
 tantum abest vt mortem afferre queat: haud
 secus quàm si copiosæ flāmæ pauxillum aquæ
 instillet, aut lignum illi iniicias humidum ac
 viride. Neque vtique eo minus genere delecte-
 ria sunt dicenda, quòd quum minima quanti-

Medicamen-
 tum quid.

Nutrimētū
 quid.

Medicamen-
 torum natura
 quadruplex.
 Prima.

διπλαστικά.

Toto genere.

Delecteria sola
 quantitate.

Obiectio dilu-
 tur.

tate exhibentur, nullam sensibilem noxam inferant: sic nanq; neq; ignis ipse calidus sit, neque nix frigida oportet. Nam horum quoque si quid profus exiguum est, nullum euidēs in corporibus nostris excitat pathos: quippe cētesima vnus scintillæ pars est quidem omnino genere ignis, ceterum ad eò nos non vrit excalfacitve, vt corpori incidens, ne sensum quidem vllum sui excitet. Ad eundem modū frigidæ guttæ centesima portio nō modo nihil offendit, aut refrigerat, sed nec sensum sui vllum præbet. Nequaquam igitur sic iudicanda deleteria sunt, sed totius naturæ suæ contrariedade, quemadmodum fufius Galenus libro 3. de temperamentis cap. 4. & libro 3. de simplici. medicament. facultat. cap. 17. 18. & 19. ostendit. *(Secūda medicamentorū species seu natura corū est, quæ vbi mutationis initium ab animalis corpore consecuta fuerint, subinde putrescunt, ac corrumpuntur, vnāq; corpus ipsum corrumpunt ac putrefaciunt. Eiusmodi sunt quæ erodendo putrefaciendōque interimunt medicamenta, veluti cantharides, auripigmentum, aconitum, chryfocola, & iis similia. Sunt autem toto quidem genere deleteria, non vt frigefaciētia duntaxat quantitate. Hæc enim etfi minima quantitate sumuntur, omnino tamen erodunt, putrefaciunt, & corrumpunt, nisi vnā cum excrementis priusquam iniuria afficiant corpus,*
 excer-

Secunda.

*Deleteria toto
 genere qna.*

excernantur, aut cibus, aut aliis quæ eorundem vim obtundunt, mixta fuerint, vt copiosius lib. 3. simpli. medica. cap. 20. 21. & 23. docet Galenus. *Tertia medicamentorum species* eorum est, quæ corpus quidē calefaciunt, mali tamen nihil adferunt. Tale quidem est absinthium, abrotonum, & id genus alia quæ potestate calida sunt. *Quarta species eorum est* quæ agunt & patiuntur aliquid, sed spatio planè vincuntur. His porro accidit vt tam medicamēta sint, quā nutrimenta. Quatenus enim medicamenta sunt, eatenus corpus nostrum afficiunt & alterant: quatenus verò nutrimenta sunt, eatenus in corpus nihil plane agunt, sed ab illo alterata ac prorsus adsimilata calorem naturalē augēt. Eiusmodi sane est lactuca, veluti lib. 3. de temperamen. cap. 5. Galenus luculenter ostendit.

Quid sit medicamentum simplex, & eiusdem diuisio. CAPVT II.

QUM hoc primo libro simplicium medicamentorum ratio aliqua ex parte nobis explicanda veniat, principiò quid sit medicamentū simplex, nobis dicendum erit. Medicamentum autem simplex collatione ad compositum nuncupatum est. Neque enim simplex aliud est quàm immixtum & sincerum. Medicamentum itaque simplex, Galeno lib. 1. de simpli. medicamen. facult. cap. 1. teste, est quod secundum suam naturam sincerum, & à

DE COMPOS. MEDIC.

Natura.

mixtura alterius medicamenti alienū est. Natura verò hic nihil aliud significat nisi essentiam & substantiam, vt verborum Galeni is sit sensus. Medicamētum simplex est id cuius substantia sincera est, & eum substantia alterius medicamenti non commixta. Hac ratione Galenus cap. 4. iam citati operis exquisite ac sincere aquam vocat eam, quæ alterius substantiæ mistione vacat. Quod ideo adiciendum esse duximus, ne imperiti variarum vocis naturæ acceptionum, adeoque parum æqui iudices, sibi pugnantia docere Galenum existimarent, dum is lib. 3. simpl. medica. cap. 13. scribit, omnia propemodum medicamenta licet sensu simplicia appareant, natura tamen esse composita. Eo enim in loco natura non significat substantiam seu essentiam, sed potius facultatem: vt is verborum Galeni plane sit sensus. Tametsi medicamēta ferè omnia sensu simplicia apparent, adeoque cum alia substantia minime commixta, tamē facultate naturæve composita sunt. Naturam autem hoc loco significare facultates ac vires, metipse Galenus perspicue demonstrat, dum seipsum statim interpretatur, ac subiūgit inquit.

„ Quin & subinde compositas easque diuersissimas in se facultates continent. id quod mox sequenti capite, brassicæ, lenticulæ, cōchularum, & multorum aliorum medicamentorū exemplo ostendit. Huc accedit quòd Galenus

Galenus à repugnantia vni dicatur.

Natura idem interdū quod facultas significat.

nus lib. 2. de sympt. causis cap. 1. naturam interdum pro facultate sumi, manifeste admodum testatur. Alij succinctius medicamentū simplex ita definiūt. Est cui nulla alia substantia aliūde, aut opera nostra accessit. Quæ sane definitio in idem cum priore recidit. Cæterum improprie quidem medici nonnunquā simplicia vocare medicamenta consueuerūt, quæ reuera composita sunt, non alio quidem nomine, quàm quòd paucioribus constant simplicibus, quàm alia eiusdem generis composita. Hac lege dia trion pipereon simplex Galeno lib. 4. de tuen. sanitate dicitur. Sic Aduario, Nicolao & aliis Oxymeli simplex & compositū, oxosachar simplex & compositū, & alia permulta eadem ratione vocātur. Simplicia igitur medicamenta propriè appellantur, quibus mistio nulla aliūde vel à nobis accessit, non obstante quòd ex qualitatibus & facultatibus diuersis consent. Quæ verò minus composita sunt cæteris eiusdem generis, *κατὰ φύσιν* etiam simplicia interdum nominantur. Cæterum reuera simplicium materiæ quædam à stirpibus & arboribus proueniunt, vt sunt herbarum & arborum folia, flores, semina, fructus, radices, succi prædenti, liquores, cortices, ligna, gummi. De quib⁹ copiose admodum Galenus à libro sexto simpl. medic. vsque ad nonum pertractat. Quædam ab animalibus, vt pinguedines, ossa, medullæ, ca-

Simplicia medicamenta improprie dicta.

Simplicia propriè.

Generalis simplicium discussio. A stirpibus.

Ab animalibus.

DE COMPOS. MEDIC.

*A metallis
ac terra.*

*A mari &
aquis.*

ro, partes, pili, excrementa, sanguis, lac. De quibus libro 10. simpli. medicamen. Galenus abunde scribit. Nonnulla à metallis ac terra ipsa sumuntur, vt sunt lapides, gemmæ, diuerfarumque species terrarum. De quibus Galenus lib. 9. Simpli. medica. plenissime pertractauit. Aliqua verò à mari & aquis, quæ tamen animalia non sunt, proueniunt. De quibus libro vndecimo simpli. medicamen. Galenus disseruit, idque in eiusdem fine. Hanc sane diuisionem, qua etiam lib. 1. de compos. medicamen. localium vsus est Galenus, vt studiosi melius assequerentur, in breue digestissimus schema.

Simplicia & arboribus, quarum haec sunt partes.	Folia.	Flores.
	Semina.	Fructus.
	Rami.	Surculi.
	Radices.	Succa.
	Liquores.	Gummi.
	Resinae.	Coriaces.
	Stipites.	Ligna.
	Vulpes.	Cancri.
	Hirundo.	Ostrea.
	Lumbrici.	Cantharides.
Animalibus totis, vt sunt	Buccinae.	Purpurae.
	Limaces.	Galerita.
	Pinguedines.	Alipes.
	Medulla.	Ossa.
	Coagulum.	Sanguis.
	Mel.	Cera.
	Lac.	Oua.
	Senectia serpentis.	
	Cerebrum leporis.	
	Cornu cerui. Unicornis.	
Simplicia me dicamentorum materia sumuntur vel a	Vngues caprarum, asinorum.	
	Glutinum tauri.	
	Tunica interna ventriculi.	
	Stercus canum, leporum, porcorum, caprinum, columbinum, asininum.	
	Fel.	Urina.
	Sudor.	Salua.
	Pili.	Lana succida.
	Metalla.	
	Lapides.	
	Gemmae.	
Terra, vt	Terra.	
	Sales.	Spuma salis.
	Bitumen.	Adarce.
	Spongia.	Garum.
Mari & aquis, vt	Muria.	Alcyonium.

DE COMPOS. MEDI.

Quæ à stirpibus & arboribus medicamenta
sumuntur. CAPVT III.

STIRPES.

Collectionis
herbarum te-
pus.

Herba quæ
nis miscenda

Absinthium
ponticum.

Branca vrsina

Colliguntur ferè cum floribus herbæ, aut
seminibus. Collectæ siccantur in umbra
magis, nisi caule sint crassiore, aut folio hu-
midiore, & ob id vt putrescat apto. Vbi pro-
bè sunt exiccata, reponuntur loco non inso-
lato, non infumato, non humido, non pulue-
rulento: sed sublimi, puro, & sicco. Cæterum
quum diu seruari vix queant, quotannis mu-
tanda sunt.

Abrotonum mas & foemina, cuius coma cū
floribus vtimur.

Absinthium vsurpandū in vsu medico pon-
ticum, & non vulgare, quemadmodum in al-
tero tomo nostrorum de stirpiū historia cō-
mentariorum ostendemus. Vtimur autem co-
ma cum floribus, perinde atque Abrotono.

Acanthus vel Acantha, officinis hodie brā-
ca vrsina dicitur. Vera autem in vsum medicū
accersenda, posthabita adulterina. Vtranque
pinximus tomo primo nostrorum de stirpiū
historia commentariorum. Vtimur foliis &
radice.

Acetabulum alterum, duūm apud nos est spe-
cierum. Olim Telephium esse putauimus. Of-
ficinis Crassula maior vocatur. Vtimur coma
semine & radice.

Adiantum

◊ Adiantum, officinis Capillus Veneris vocatur. Errant qui pro eo Ruta muraria nominata herba vtuntur, vt tomo primo diximus.

Foliis tantum vtuntur medici.

◊ *Aryca*, id est castus, quod ad castitatem confert, Græcis dicitur. Vitex Latinis. Vulgo medici

◊ *Aryca*, id est castus, quod ad castitatem confert, Græcis dicitur. Vitex Latinis. Vulgo medicorum & officinis, græca & latina iunctis vocibus, ridiculè admodum Agnus castus appellatur. Foliorum, florum & seminis vsus est. Piæura eius est in altero tomo nostrorum de sturpium historia commentariorum.

◊ *Aiuga* siue *Abiga*, & *Ibiga*. Hinc duab⁹ abiectionis literis *b.* & *g.* *Iba*, & tandè *Iua* manauit in vulgi & officinarum nomenclatione. *Chamaepitys* alio nomine dicitur. Multi seplasiarij adulterina *Iua*, quæ sideritis est species, pro vera, magno errore vtuntur, vt tomo primo indicauimus. Coma cum floribus vtimur.

◊ *Alfina*, vulgo & officinis *Morsus gallinæ* dicitur. Folius eius vtuntur medici.

◊ *Althea*, alio nomine *Ebiscus*, & *Ibiscus* appellatur. Officinis *Bismalua* & *Maluauscum*. Foliorum, seminis & radicis vsus.

◊ *Amaratū luteū*, officinis *Stichas citrina* dicitur. Coma & florum corymbis luteis vtimur.

◊ *Amylum*, quod vel ex tritico, vel ex zea fit.

◊ *Anagallis* duplex est, vt primo tomo monstrauimus. Nullus est harum herbarum in officinis vsus. Expediit autem vt propter miras quasdam earūdem facultates in vsum quoti-

dianum reuocentur.

Anethum omnibus cognitum est, coma
florum, foliis & semine in medico vsu con-
fectum.

Refta bouis,

Anonis, siue Ononis, vulgò Refta bouis no-
minatur. Reperitur etiam floribus luteis præ-
dita, cuius in altero nostro tomo pictura est.
Debet & huius stirpis vsus esse aliquis in offi-
cinis, quæ illam hæcenus, vt alias multas vul-
gares herbas, supra modum tamen vtiles, ne-
glexerunt.

Anthemis, alio nomine Chamæmalû, vul-
go Camomilla nuncupatur. Vsurpât medi-
ci comas & flores.

Apium satiuum, nihil est nisi petroselinum
vulgare, vt in altero tomo demonstrabimus.
Vtimur foliis, & semine potissimum.

*Artemisia ge-
nera.*

Artemisiz species seu genera rectissime in
altero nostro tomo digessimus, huc itaque le-
ctorè ablegamus. Vfus est comæ cû floribus.

Ceterach.

Asplenon, officinis Ceterach. Eius pictura
est in altero tomo. Vfus foliorum.

*Carduus be-
nedictus.*

Atractylis hirsutior, vulgo Carduus bene-
dictus. Vtimur foliis.

Atriplex gemina, satiuæ & syluestris. Fo-
liorum & feminis vsus.

Betonica duplex, purpurea & alba. Pictu-
ram albæ secundus tomus ostendit. Vtimur
coma cum floribus.

Beta alba & nigra. Alba in purgando per
nares

nares valétior. Foliorum, succi, & radicis vsus Error medicorum Betam cum Blito confundentium.
 est. Confundunt nostrę ætatis medici betã cū
 Blito, nõ sine magno errore, Bletã vocantes.

Branca vrsina, vide Acanthus.

Brasica hortensis & esculenta multarum
 est specierum, vt tomo primo docuimus. Oñi
 cinis Caulis nominatur.

Caulis.

Brasica marina, officinis Soldanella dici-
 tur. Foliis eius in puluerẽ redactis crebro vti-
 mur. Picturam habes in altero tomo.

Soldanella.

Buglossum, officinis Borrage. Vtuntur tã-
 tum floribus medici, quũ etiã foliis & radici-
 bus, Nicolai myrepsi exemplo, vtendũ esset.

Borrage.

Bupthalmum, officinis Cotula non foeti-
 da, quanquam pauci sint Seplasiarij qui hanc
 agnoscant, aut ea vtantur.

Cotula non foetida.

Bursa pastoria, vel pastoris dicta, propter
 insignes suas vires in crebro medicorum vsu
 esse debet. Foliis cum semine vtendum.

Bursa pastoria.

Calamintha, officinis Calamentum appel-
 latur. Vtimur coma cum floribus.

Chamæmelum, vide Anthemis.

Capnos & capnios, Latinis Fumaria, officini-
 nis Fumus terræ nuncupatur. Vsus foliorum
 cum floribus & semine.

Fumus terræ.

Carduus benedictus, vide Atractylis.

Cassutha, officinis Cuscuta dicitur, vt i. to-
 mo de stirpium historia fufius docuimus.

Centauium minus, Centaurea officinis vo-
 catur. Vtimur coma cum floribus.

H ij

DE COMPOS. MEDIC.

Chamædrys. Chamædrys multarum est specierum, quæ admodum tomo primo diximus. Præstaret autem uti ea quam nos veram marem nominavimus. Vñus est comæ cum floribus.

Chamælæa, officinis Mezereon, ut infra dicemus.

Chamæpitys, vide Aiuga.

Cichorium, officinis Cicorea. Latinis etiã Intybum sylvestre dicitur.

Cicuta venenata & lethalis. Vtimur eius semine, sed extrinsecus admoto.

Chelidoniũ maius chelidonia officinis appellatur.

Chelidonium minus incognitum.

Chelidonium minus iudico hodie esse incognitum. Stirps enim qua hodie sub hoc nomine, & scrophulariæ minoris utitur medici, est potius altera Malacocissi species, ut in secundo nostrorum de stirp. hist. cõ. tomo monstravimus.

Cynoglossa officinarum.

Cynoglossum, officinis Cynoglossa nuncupatur: quanquam stirps quam sub hoc nomine usurpant, Lycopsis est, non Cynoglosson. utendum foliis Cynoglossi, non radice.

Laureola.

Daphnoides, officinis Laureola dicitur. Eius foliis pro Mezereon utitur Sepplasiarij, quum tamen sit Græcorum Chamælæa, ut tomo primo fufius demonstravimus.

Error sepplasiariorum in usu Dictamni.

Dictamnus, officinis Diptamus. Non utuntur autem magna ex parte sepplasiarij nisi radice pseudodictamni, quum potius illis utendum esset foliis Cretenfis & veri dictamni, quod

hoc

hoc tempore copiose ad nos affertur. Eius pictura est in altero tomo.

Ebiscus. vnde Althæa.

Echion multorū est generum, vt tomo secundo diximus. Inter ea est quod hodie officinæ Buglossum nomināt. neq; enim est Cirsū, vt olim nobis Leoniceus & alij persuaserūt.

Buglossa officinarum non est Cirsium, sed: totius Echion. Salvia.

Vtendum coma, floribus & radice.

Eleisphacos, Latinis & officinis Salvia vocatur. Foliorum vsus est.

Cauda equina.

Equisetum, officinis Cauda equina. Coma vtimur.

Ebulus. Folii vtimur potissimum.

Eleoselinum, latinis Apium palustre. Officinæ simpliciter Apium nominant. Vtus foliorum, florum & seminis.

Apium officinarū est Eleoselinum.

Erigeron, Latinis Senecio. Errant officinæ quæ pro Senecione, aquatico nasturtio, quod Sifymbrij potius genus est, vt tomo primo ostendimus, magno errore vtuntur. Comam cum floribus vturpamus.

Error officinarum in Senecione.

Eruca hortēsis vera est quam tomo primo pinximus. Officinæ pro ea Sinapi specie, vel syluestri eruca vtuntur. Foliorum & seminis vsus est.

Eruca. Erratum Senapiariorum.

Eupatorium verum est quam Agrimoniā vulgus medicorum & officinæ appellant. vtimur foliis cum floribus & radice. Errant qui Ormino syluestri, aut alia stirpe quam Kungūdis herbā nomināt, pro Eupatorio vtuntur.

Agrimonia. Officinarum erratum in Eupatorio.

H iij

DE COMPOS. MEDIC.

Ophthalmica Eufragia veteribus, sub hoc saltem nomine incomperta herba. Apparet vetustioribus Euphrosynō fuisse dictam, propter causam in primo tomo expositā. A nonnullis Ophthalmica est appellata. Foliis cū floribus utimur.

Fœniculum omnibus notum. Vfus comæ eius, seminis, & radice.

Cerefolium. Fumaria. vide Capnos. Gingidium, officinis Cerefolium dicitur. Coma eius utimur.

Alchechengi. Halicacabus officinis Alchechengi vocatur. Utimur succo foliorum, & fructu.

Taraxacon. Hedypnois. vulgo Taraxacon. Coma cum floribus utimur.

Parietaria. Helxine, vulgo & officinis parietaria nominatur. Foliis utimur.

Scolopendria. Hemionitis, officinis Scolopendria appellatur. Coma eius frequenter utuntur medici.

Hyoscyamus ab officinis barbara & depravata voce Iusquiamus vocatur. Vfus comæ & seminis.

Hyslopum. Foliis eius cum spica florū utimur.

Endiuis. Intybum duplex est, satium & sylvestre. Satiuum itidem duplex. Latifoliū, vulgo Endiuis.

Scariola. Angustifoliū verò Scariola vocatur. Errant Sepularij plurimum, qui pro Endiuis, vel sylvestri lactuca, vel altera Sonchi specie utuntur, ut fufius in primo tomo nostro commentariorum docuimus. Sylvestre inty-

intybum Cichorium dicitur. De quo supra. *Cichorium.*
Vtimum foliis, semine, & radice.

Iuncus odoratus, Græce *oxyvivos*. Eius flore potissimum vtendū esset, qui *oxyvivos* Actuario & aliis recentioribus Græcis dicitur. Flos ille ad nos non defertur, sed culmi tantum, su- periore nimirum parte à camelis erosa. Eā enim in Arabiæ viis copiosissime crescentem Cameli lubentissime pascuntur. Officinæ et- si culmos tantum habeant, nihilominus squi- nantum deprauata voce nominant, quum di- cendum esset *schoenanthos*. Vox tamen flo- rem iunci odorati, vt dictum est, significat. Floris, culmorum, & radicis in officinis vsus esse deberet. Sunt tamen qui culmos illos ille- gitimos esse putent, quòd linguam non mor- dicent, nec rosæ odorem spirent.

Lauri foliis & fructu vtimum.

Laurus Alexandrina, officinis vuularia. V- *Vuularia.*
sus foliorum.

Lactuca multarum est specierum, vt tomo primo monstrauius. Vtimum foliis & se- mine.

Lapathum multorum est generum, quæ singula tomo primo pinximus. Inter ea offi- cinis vsitata sunt Oxylapathum, quod illæ La *Lapathum* *acet.*
patium acutum nominant, & Oxalis, quæ ius- tum.
dem Acetosa vocatur. Vfus foliorū, feminis, *Acetosa.*
& radicis.

H iij

DE COMPOS. MEDIC.

- Hepatica.* Laureola. vide supra Daphnoides.
Lichen, officinis Hepatica vocatur. Vtimur foliis.
- Seplasiariorū error in Meliloto.* Lotus syluestris est illa herba qua magna pars Seplasiariorum pro meliloto magno errore vtuntur. Comæ cum floribus & semine vsus est.
- Lupulus.* Lupus salictari^o, officinis Lupulus dicitur. Comæ cum floribus vtimur.
Malua multarum est specierum. Vtimur foliis & semine.
Malabathrum folium sui generis est, quod Indicæ gignunt paludes. Hoc à Dioscoride pingitur. Folium Indum appellant. A quo vnguentum foliatum, diuitibus Romanis mulieribus frequens, quod Nicolaus myrepsos describit, dictum est. Alterum Malabathrum folium est, Plinio lib. 12. cap. 27. celebratum, Syriacæ cuiusdam arboris. Vtrunque folium hodie desit. In horum locum Arabes inuenerunt folium laurino proximum, sed maius, & neruis tribus folium intercurfantibus distinctum, odore iucundo cinnamomi, vel caryophylli. Hinc è sapore quidam cinnamomi nostri, vel caryophylli esse folia censent. Talia sunt quibus hodie officinæ vtuntur.
- Prasium.* Marrubiū, officinis græco nomine Prasium nuncupatur. Comæ cum semine vsus est.
- Maiorana.* Maiorana, Sampsychus alio nomine dicitur. Vtimur foliis cum semine & floribus.
- Meli-

Melilotum quo officinæ hodie propemo- *Melilotum.*
 dum omnes vtuntur, non est verum & legiti-
 mum, sed potius lotus syluestris, vt in altero
 tomo nostrorum commentariorum de stir-
 pium historia, in quo adhuc duo alia genera
 pinximus, abundè ostēdinus. Quali autem sit
 vtendum, primo tomo docuimus.

Melissophyllū, officinis Melissa, quæ à Ci- *Melissa.*
 tri etiam odore Citrargo à nōnullis dicta est.
 Seplasiarij propemodum omnes adulterina *Seplasiariorū*
 quadam herba quæ cimices magis quam citrū *erratum.*
 odore suo refert, vtūtur. Quæ sit legitima, to-
 mo primo ostendimus.

Mentha multorū est generum. Vsus comæ
 cum floribus.

Mentastrum nomen suum verum retiauit
 in officinis. Vtuntur foliis cum floribus.

Mercurialis duplex, mas & fœminæ. Vsus
 foliorum cum semine.

Morus arbor est cuius foliis, fructu, & radi-
 ce vtimur.

Muscus, officinis vsnea.

Vsnea.

Nasturtiū nomen etiam suum adhuc ho-
 die in officinis retinet. Vt foliorū & seminis.

Nepeta. vide Calamintha.

Ocimū, officinis Basilicon. Vtimur coma *Basilicum.*
 cum floribus & semine.

Ononis. vide Anonis.

Origanum quo vtuntur officinæ, est sylue-
 stre, vt tomo primo ostendimus. Vsus comæ

& florum.

*Linaria.*Olyris, officinis *Linaria*. utimur foliis cum floribus.*Gallitricum.*Orminum, officinis *Gallitricum* valde inepto nomine dicitur. Quippe *Callitrichū* dicendum esset, quæ tamen appellatio *Adiāto*, quod *Capillū Veneris* hodie vocāt, cōuenit.*Orminum duplex.*Est autē duplex orminū, *satiuū*, cuius sub *Gallitrici* nomine in officinis vlt^o est: & *syluestre*, quod vulgus *Saluiā syluestre* nominat. Vtuntur eo *seplasiarij* nōnulli, maximo errore, pro *Eupatorio*. Utimur foliis cum floribus.*Error Seplasiariorum.**Oxalis*. vide *Lapathum*.*Parietaria*. vide *Helxine*.*Cotula factida.**Parthenium*, officinis & vulgo *Cotula factida*. Non est *matricaria* officinis dicta, vt abunde primo tomo demonstrauimus. Vsus communis cum floribus.*Mater syluarum.**Perrilymenō*, vulgo & officinis *Mater syluarum*, *caprifolium*, & *lilium inter spinas* vocatur. Vsus foliorum & seminis.*Perfolata*, vt puto, veteribus incognita fuit. Utimur foliis, & semine.*Lappa maior. Bardana.**Personata*, officinis & vulgo *lappa maior* & *Bardana* vocatur. Vsus foliorum, & radicis.*Plantago maior* & *minor*. Utimur eius foliis, semine, & radice.*Error seplasiariorum.**Polium montanum* optimum est. Quo plerique *seplasiariorum* vtuntur, non est verum, sed

sed

sed Chamæpityos species. vsus est comæ.

Polygonon, officinis Corrigiola dicitur. *Corrigiola.*
Vtimur coma cum floribus.

Populus duplex, alba & nigra. Vfus foliorû,
florum, corticis, & seminis.

Portulaca itidê duplex, satiua & syluestris.
Vtimur foliis & semine.

Praſium. vide Marrubium.

Pſyllium nomen ſuum antiquum retinuit.
Coma cum ſemine vtimur.

Pulegium duorum eſt generû, mas & fœ-
mina. Vfus foliorum cum floribus.

Rosa duplex, ſatiua & ſylueſtris. Vtimur co-
ma & floribus.

Rosmarinus coronaria. vtilis folio & flore,
quem vulgus medicorum ſimpliciter *avdis*, ge-
nere pro ſpecie vtens, vocat.

Rumex. vide lapathum.

Ruta duûm eſt generum: hortenſis, quæ o-
mnibus cognita eſt: & ſylueſtris, quam Syri
Harmala, noſtrę etatis medici Harmel vocât. *Harmel.*

Eius pictura eſt in alrero tomo noſtro de ſtir-
piû historia. Errant capitaliter Seplaſiarij &
medici qui pro Harmala, vel vt ipſi loquun-
tur, Harmel, cicutæ vtuntur ſemine. *Capitalis ſe-
plaſiariorum
error.*

Sabina, officinis Sauina. Comæ vsus eſt. *Sauina.*

Salix. Nomen retinuit ſuum. Vtimur foliis
eius.

Salvia duplex eſt, maior & minor. Vfus co-
mæ cum floribus.

DE COMPOS. MEDIC.

Sambucus antiquum hodie nomē obtinet.
Vtimur foliis & radice.

Sampsychum. vide maiorana.

Sanguinalis. vide polygonum.

Sanicula est duplex, vt tomo primo ostendimus. Vtraq; vulneraria est. Comæ vsus est.

Satureia verum nomen obtinuit. Foliis vtimur.

Scabiosa multarum est specierum, vt altero monstrauius tomo. Vfus foliorum cū floribus.

Scolopendriion. vide Asplenon.

Scolopendria. vide Hemionitis.

Scordium verum ignorant Pharmacopole. Error eorumdem.
Scordiū verū magna Seplassiariorum pars ignorat, & pro eo, maximo errore, Allio syluestri vtuntur. Eius effigiem habes tomo primo nostro rum commētariorum de stirpium historia. Foliorum cum floribus vsus est.

Semperuiū multorum est generum, vt tomo primo docuimus Foliis cum florib^o vtimur.

Senecio. vide Erigeron.

Serpyllum nomen vetis retinet. Coma cū floribus vtilis est.

Seris. vide Intybum.

Balsamita.
Sisymbrium simpliciter, officinis Balsamita. Vtimur foliis cum floribus.

Nasturtium
Sisymbriū cardamine, vulgo & officinis Nasturtium aquaticum. Vtile vt præcedens. Sonchus duplex est, vt primo monstratum est to-

est tomo. Sunt officinæ quæ Cicerbitam vo-
cant. Vulgus medicorū, aut potius pertinacis *Medicorum*
simorum, asinorum, Soncho non aspero pro *quorundam*
Enduia ipsis vocata, seu Intybo satiuo latifo *pertinacia.*
lio, vtuntur. Foliorum cum floribus vsus est.

Solanum, officinis Solatrum. Foliorum v- *Solatrum.*
sus esse solet.

Spica nardi, quæ hoc nomine in officinis
pafsim prostat, non videtur esse legitima.

Spanachia, vulgo spinachia, Coma cum se- *Spinachia.*
mine vtimur.

Spina alba, officinis & Serapioni Bede- *Bedeuard.*
guard nominatur. In ea mirifice errāt Sepla-
sarij, alius enim hanc, alius illā herbā pro Be-
deguard accipit. Aliqui etiam spōgiolas quas
syluestris Rosa profert, pro ea vsurpant, quū
tamen spina alba potius dicta herba, illis vtē-
dum esset. Quæ qualis sit, primo tomo mon-
strauimus. Vtimur foliis, semine, & radice.

Spina arabica, vel ægyptia, officinarum &
Serapionis est Sucaha, vt conferenti descri-
ptiones & facultates, sole clarius apparet.

Stœchas vel stichas duplex est, vna cæruleis
florib⁹, cuius picturam dedimus in primo to-
mo. Altera purpureis, cuius effigies est in alte-
ro tomo. Priore officinæ pro Stichade Arabi-
ca vtuntur, quum tamen neutra esse Arabica,
vt quæ semine vacet, Auicēna teste, videatur.
singulæ enim iam dictæ Stichades in suis spi-
cis semen proferunt.

DE COMPOS. MEDIC.

Stichas autem citrina officinis nominata est Amarantus luteus, de quo supra.

Millefolium. Stratiotes millefolia, officinis simpliciter Millefolium dicitur.

Tamarix, officinis Tamariscus. Vtimur foliis & cortice.

Cocum gnidium. Thymelæa, eius semen est granū siue cocum gnidium, pro quo tamen officinæ femine Daphnoidis vtuntur.

Efula. Tithymalus est multorū generū, vt vtrisque tomis cōmentariorū nostrorū de stirpiū historia demōstrauimus. Efulas officinæ vocāt, quāquā Nicolaus myrepsos sic appellat Chamępytin, vt suo i loco clarissime docuim⁹

Polytrichum. Trichomanes, officinis polytrichū nominatur. Coma eius vtimur.

Thymum nomē suum in officinis retinuit. Comæ cum floribus vsus est.

Vngula caballina. Tussilago, officinis Vngula caballina. Foliis eius tantum vtimur. Floribus enim nō nisi verno tempore ornatur.

Tapsus barbatus. Verbascum multarum est specierum, vt tomo primo demōstrauimus. Officinis Tapsus barbatus dicitur. Foliis & floribus vtimur.

Verbasculum odoratū, officinis herba paralytis vocatur. Vsus comæ cum floribus.

Verbenaca recta que. Verbenaca est duplex, Supina & recta. Supinę pictura est in primo tomo. Rectam pauci agnoscunt. nam ea qua hactenus vsi fuere herbarij pro recta, non est vera, sed altera po-

tius

tius Sinapi species. Verz effigies est in altero tomo.

Vetonica, officinis Betonica. Duorum est *Betonica*. generum, purpurea & alba. Prioris in primo, alterius in secundo tomo pictura est. Foliis cum floribus utimur.

Viola purpurea seu nigra. Eius tum foliis tum floribus utuntur in officinis.

Vitex. Vide Agnus.

De floribus. CAP. IIII.

Flores ut reliquarum stirpium partes tunc legantur, quum maximè vigent, ut Capparis in *legendi*. gemma, rosa expandi cœpta, reliqui ferè aperti, sed haud ita pridem, & ex quibus vis nondum exhalavit. Siccantur sole magis & minus pro *Ubi siccandi*. varia ipsorum natura. Reponuntur ut stirpes, *Ut reponendi*. & quotannis mutantur, paucissimis demptis, flore scilicet iunci odorati, & chamæmeli. Vfus autem priuatim in officinis est sequetium florum.

Anethi. vnde supra.

Anthos vulgus medicorum, posteriorum Græcorum exemplo, Rosmarini florem vocat. Vide Rosmarinus.

Balauftium sylvestris puniceæ flos, ut cytin^o fatiur & domesticæ, Theophrasto, Galeno, & Dioscoride testibus. Intelligunt autem per florem non foliola tantum, sed & calycem qui pomum efficit. huius rei testis est lib. 23. ca. 6.

DE COMPOS. MEDI.

Plinius, qui cytinum primū huius pomi partum florere incipientis vocat. Et Galenus libro 6. de compo. medi. localium cap. 1. Cytinum interpretatur primogenitum punicum. Quare nō sine magna temeritatis nota Cornarius eō loci Galenum negligentia infimulat, cum potius tribuēdum sit diligentia, quod hoc loco quid per cytinum intelligat, explicare tā disertè voluerit. Quapropter per florem & futuri pomi formā, & foliola quæ super calycem sunt, prædicti autores accipiūt. Plinius verò cytinum florem ipsum tam sativæ quàm sylvestris nondum apertū, & qui foliola rubra non emisit, nominare videtur: Balauſtiū autē, foliola rubentia quæ iam eruperūt. Plinius sequūtur recētiōres omnes medici, qui per balauſtiū cuiusvis mali punici florē intelligunt, contrā quàm Græci, qui sylvestris tantum mali florē sic appellant. Retinuit nomen antiquum.

Betonica. De qua dictum est supra. vide Vegetonica.

Borrago.

Buglosi. Borriginem officinæ vocant.

Buglosiæ officinis nominata, quæ species est Echij, ut supra est commemoratū, vide Echium.

Cichorij vide Intybum.

Chamæmeli. vide Anthemis. Camomillam officinæ nominant.

Croci optimus est Coryceus, odoratissimus & flauissimus.

Cyani.

Cyani. Frumenti florem officinæ appellât. Sunt eius duæ species, Satiua & syluestris, vt altero nostro tomodocuimus.

Ephemeris non letalis, quod Lilium conualium, & à Germanis flos maij vocatur. Quidã asinus, quẽ indignum censeo vt à nobis nominetur, nuper alterã speciem Polygonati pro Ephemero non letali multorũ risu produxit.

Epithymum Græcorum & Arabum vnum *Epithymum.*
& idem est. Errant igitur plurimum qui Dioscoridis Epithymum ab eo quod in officinis prostat, diuersum esse putant. Vtrunque enim capillamentum Thymi est. Vnũ autem & idẽ esse vtrorumque Epithymũ, primũ è facultatibus eiusdem perspicuum fit, quas illi tam Græci quàm Arabes easdem tribuunt. Ex quo enim huic pituitam bilẽmque atram per inferna trahendi vim inesse tradunt. Accedit quòd Dioscorides Epithymum suũ à Romanis inuolucrum vocari scribit, quod nomen certè nostro quo in officinis vtimur, & ei quod Arabibus pingitur, optimè etiam quadrat. nam rubrum est capillamentum quod Thymi flores instar inuolucris ambit, quale etiã in aliis herbis, vt in Thymbra, quod ob id *ἰσίδιον* Græcis dicitur, & in lino, quod posteriores Græci Cassutham, nostri Cuscutam vocant, reperitur. Denique Dioscorides Epithymum habere ait capitula tenuia, leuia, caudas capillorũ modo obtinẽtia. quæ certè sin-

Obiectio.

gula nostro ac Arabū Epithymo pulchre cō-
ueniūt, vt haud dubie à Græcorum diuersum
minime fit. Sed obiiciet nobis quispiā, Dio-
scoridem diserte dicere Epithymū esse Thy-
mi florem. quod si verum est, ab eo quod Ara-
bes describunt, sit diuersum necesse est. Respō-

Responsio.

deo, rectè quidem Dioscoridē dicere Epithy-
mum esse florem Thymi, florem nimirum ap-
pellans, quod criniū vel cincinnorum modo
capitula Thymi ambit, ac florum quadā ima-
gine comat. Ideo non contentus fuit simpli-
citer nominare florē, sed adiicit & perspicuè
explicat quale planè id sit quod Thymi capi-
tula cingit, aut quod flores Thymi inuoluit
& ambit: nempe capillamentum aliquod Caf-
sutham referēs. Vnde omnibus palām fit Epi-
thymum nō tantum capillamētum esse quod
flores Thymi ambit, sed etiā ipsos flores, qui
vnā quum capillamentū illud tollitur, decer-
puntur. Cuius rei testis est Auicenna, qui lib.
2. cap. 229. Epithymū iis verbis describit. Est,
” inquit, semen, & flos, & stipites parui confracti. E quibus verbis omnibus manifestum fit
Epithymum esse capillamentum seu inuolucrum quod simul flores, semen & summitates
stipitis seu coliculi Thymi in se completitur. Vt rectissimè Dioscorides capillamēta illa flo-
res Thymi ambiētia ac inuoluētia, atque florum quadam imagine comantia, flores dixerit,
capillamenta nimirū ipsa floribus connectens

ctēs, vt qui à capillis illis separari nõ possint, sed vnà cū eis decerpantur. Hinc est quòd Galenus Epithymo facultates Thymi non reme re tribuat, sed tamen effiçaciores. Nec obstat nostræ sententiæ quod Plinius lib. 26. cap. 8. *Obiecto alia diluuntur.* duo Epithymi esse genera statuatur. Nam hic, vt post eum etiã multi alij, Dioscoridis locū non rectè intellexit, epithimum solum thymi florem, seiuncto illo capillamēto, hunc nominasse putans. Sed hæc fufius, quã initio constitueram, sum profecutus.

Genistæ nostratis, à plerisque Seplasiariis neglecti, Genistæ vocāt flores. Iunci odorati flores in officinis non habentur. eius enim culmis duntaxat vtuntur. Vide supra.

Lauandulæ.

Leucoiorum luteorum, Cheiri nominant. *Cheiri.*

Liliorum.

Maluæ hortenſis.

Meliloti. Errant officinæ propemodum omnes floribus Loti syluestris pro Meliloti floribus vtētes, quū poti⁹ ei⁹ herbæ flores illis pro Meliloto essent vsurpādi, quã in primo tomo Melilotū germanicū nominauimus. Ei enim inest leuis quædã adstrictio, quã in Meliloto veteres requirūt: quū contrā, alia, qua ipsi vtuntur, nullā prorsus habeat, acrisq; admodū sit.

Officinæ error in Meliloto.

Melissophylli, officinis Melissæ. vide supra. *M lissa.*

Nymphææ, officinis Nenupharis. Facultatis tamē florum eius, Dioscorides & Galenus

Nenuphæar.

DE COMPOS. MEDIC.

non meminerunt. De illorum itaque sententia femine & radice potius utendum erit medicis.

Origani. vide supra.

Perlicorum, quibus aluum subducēdi vim inesse experientia quoque compertum est.

Prunellæ, quam herbã veteribus fuisse incognitam, aut certè neglectam censeo.

Rosarum. Supra.

Anthos.

Rosmarini, Anthos officinæ recentiorum exēplo Græcorū vt supra diximus, nomināt. Sambuci.

Scabiosæ vocatæ, vnde pleriq; seplasiariorum conseruas vocatas conficiunt.

Sparti à Genista distat.

Sparti, quod à Genista distat, vt primo nostrorum de stirpium histo. commentariorum tomo demonstraui.

Stichadis.

Tapfis barbatus.

Verbasci, Tapfi barbati officinis. vide supra

Herba paralytis.

Verbasculi odorati, officinis herbæ paralytis, vt supra est dictum.

Violarum.

Agnus castus

Vitidis, officinis Agni casti. vide supra.

De seminibus. CAP. V.

*Semen.
Fructus.*

Semen à fructu differt, vt contentum à continēte, seu potius vt pars à suo toto. Quod exemplo clarius fiet. Pomum & pyrum arborum sunt fructus: nuclei autem in medio ipsorum reperti, semina. Sic cucumer, cucurbita,

ra, pepo, & id genus alia sunt fructus, quibus plurima lata & conspicua semina insunt. Semen autē proprie Græcis *σπέρμα* dicitur. *σπέρμα.* *μαρτίνος.* Pēse tamē Dioscorides & Galenus *μαρτίνος* etiā vocant. Quare diligenter considerandū quādo fructū, & quando semen significet. Legendā semina quū sunt matura, & fructus quibus hęc ipsa includuntur, maturi existūt. Præstat etiā singulis annis mutare semina, etiāsi pleraq; diutius seruari possunt. Vtūtur autē. *Quando legē- da semina.* Seplasiarij sequētibus magna ex parte seminib⁹.

Althææ.

Ammeos. Quod verum sit, tomo primo docuimus. Nonnulli Seplasiarij legitimum ammeos semen non habent. *Seplasiarij nō nulli vero ammi de- stituuntur.*

Amomi. Hodie in omnibus, quas ego viderim, officinis desideratur. Nā quod ostēdunt, eius herbæ semen est quam nos tomo primo depingi curauimus, & Petrofelinum macedonicum vocauimus. *Amomum ignoratur.*

Anethi.

Anisi.

Apij satiui, quod est petrofelinum vulgare. Semen autem quo vtuntur pro apio officinæ, est semen Eleoselini, seu palustris apij. *Apium satiuum.*

Aquilegiæ.

Asparagi, sparagi abiectione primæ literæ officinæ inepte nominant.

Attriplicis.

Brassicæ, caulis officinæ vocant.

Caulis.

I iij

DE COMPOS. MEDIC.

Carui.

Cari, carij, carci, & caroi, officinæ Carui appellant.

Cannabis.

Cardamomi. Quod autem ita hodie appellant officinæ, non est id quod sub eo nomine Dioscorides & alij Græci describunt. Quod enim Græcis Cardamomū, id ipsum Serapioni & aliis Arabibus Cardumenū vel Cordumenū dicitur, quod ex utrorūque collatione fit manifestissimū. Hoc autē hodie desideratur, & nusquā in officinis prostat. Quod autē Aui cēnæ interpretes Cardamomū vocavit, hoc Serapioni Sacolla nominatur. Digerūt autē Arabes suū Cardamomū in duo fastigia. Maius appellant cuius semen Ciceris nigri amplitudine grandescit, in quo granū album sit, vellicante gustu. Minus lentis amplitudine esse scribunt. Sepalsarij hodie itidē duo Cardamomi genera faciunt. Maius, Granū paradisi appellant. Nicolaus Menegetam, Itali Molligretam, vulgus Malagretam vocat. Minus, Cardamonum nominat. Vtrunque verò haud dubie Cardamomi maioris Arabum genus est, quod grana sint angulosa, intusq; alba, & gustum vellicantia. Minus enim est id quod recentioribus Græcis Capsicō, vulgo piper Indicum appellatur. lentis enim amplitudinē obtinet, & maiori acrimonia, quā reliqua genera, quod disertè Serapio testatur, præditum est. Eo igitur meritò ac tutò pro Cardamomo

*Cardamomū
Dioscoridis
desideratur.
Sacolla
Arabū Cardamomum
genum.*

Granum paradisi.

Molligreta.

*Capsicon.
Piper Indicum.*

mo Arabum minore vti possunt officinæ.

Cepæ. Ciceris rubri & nigri.

Cici, quod alio nomine Ricinus Latinis dicitur. Est autē id semen quod Arabes Cheruā, barbari Cataputiā maiore nomināt Debentque passim in cōpositionib⁹ Arabū & recentiū Seplasiarij, p^r cherua & cataputia maiore vti semine Ricini. Eius effigies est in. 1. tomo.

Ricinus.

Cherua.

Cataputia

maior.

Cicutæ, quo perperā in plerisque compositionibus pro semine rutæ vtuntur officinæ. vide supra quæ de Ruta annotauimus.

Officinarū er

ratum.

Citrei mali, Citri vocant officinæ.

Cnici, cartami. Coriandri.

Cartamus.

Cotoneorum, cydoniorumve.

Coccus baphica, vel coecum baphicum, id est granum tinctorium, Arabes Karmes, & Alkarmes nomināt. Nihil autē est granū tinctoriū nisi baccula Asparagi æmula, foliis innata Illicis aquifoliæ. Officinis Granū tinctorium appellatur.

Granum tin-

ctorium.

Karmes.

Coccon gnidium, seu granum gnidiū, officinis Coccognidium dicitur, est Thymelææ semen. Errant Seplasiarij qui pro eo vtuntur semine Daphnoidis. vide Thymelæa.

Granum gni-

dium.

Erratum Se-

plasiariorum.

Cucurbitæ. Cuius tamē apud veteres nulla fit mentio. Cucumerū omnis generis, inter quæ Citrus etiā vocatus cōtinetur. Multifarias corūdē picturas vtrifq; tomis dedim⁹

Cumini.

Dauci veri. Magna officinarum pars pro

I iij

Dauci semine Staphylini semina vsurpat.

*Aliud officinarum
erratiū
Eruca vera.*

Eruca. Pro vera Seplasiarij sinapi semine vtuntur. Est autē vera quam primo nostro tomo satiuam nominauimus. Forma eius ibidē diligenter est expressa.

Orobus.

Eruum, orobū officinæ græco nomine appellant, duplex est, candidum & rufum. Candidum, quod amarum non est, primo tomo depinximus. Rufum sæpe à nobis satum, nūquā adhuc prouenire vidimus. Errant plurimū officinæ, que pro Eruo seu orobo, vulgo vocata syluestri Vicia, & Aphace vtuntur.

*Officinarum
error.*

Feniculi.

Fœni græci.

Fabarum.

Genistæ.

*Cerefolium.
Officinarum
erratum.*

Gingidij, cerefolij officinis nominatur. Hippofelini, quod falso seplasiarij pro petroselino macedonico vsurpant.

Alchechengi

Halicacabi, officinis Alchechégi appellatur. Hordei.

Hyoscyami, officinis barbara & ðepta voce Iusquiami semen vocant.

*Endiuia &
Scariola.*

Intybi satiuū vtriusque, endiuia & scariolę officinæ nuncupant. vide Intybus.

Lactuca.

*Cataputia mi
nor.*

Lathyrus, quod officinis Cataputia minor nominatur.

Laureolę, officinę falso coccognidiū vocāt. Lens.

Ligustum,

Ligusticum, vel Libypticum verum adhuc *Ligusticum ve-*
 incognitum multis existit. Arabes Kerfin ap- *rum incognitū*
 pellant. Leusticiū autem vulgare nō esse vete *Leusticiū vul-*
 rum Libypticum, satis ex collatione ad eiusdē *gare Apij ge-*
 historiam constat. Neque est Smyrnum, eō *nus.*
 quod brasicæ simile semen non habet, sed A-
 pijgenus, quod odor eius abunde docet.

Linguae auis, fraxini est semen, vt secundo *Lingua auis.*
 tomo demonstrauius.

Lini.

Lithospermon, officinis Milium solis nun- *Milium solis.*
 cupatur.

Lupini.

Maluæ.

Maioranæ. Vide Sampsychem.

Melonum.

Myrti, officinis myrtillorum dicitur.

Myrtilli.

Nasturtij.

Nigellæ, pro quo hætenus plerique Seppla- *Sepplasiariorū*
 siariorum semine cuiusdam stirpis quæ in se- *error in Ni-*
 geribus nascitur, & Lolium recentium à no- *gella.*
 bis in altero tomo, quanquam verum Lolium
 non sit, appellata est, vsi sunt maximo errore.

Ocimi, officinis Basilici dicitur.

Basilicum.

Oxalidis, officinis acetosæ nominatur.

Acetosæ.

Orizæ, officinis Rizæ vnius literæ abiectio *Rizæ.*
 ne appellatur.

Orobi, vide Eruum.

Pæoniæ.

Papaueris, albi & nigri.

DE COMPOS. MEDIC.

- Dactylorum ossa.* Palmularum nuclei, officinis dactylorum ossa dicuntur.
- Apium.* Petroselini, officinis Apij semen vocatur. Vide Apium.
- Personaciz, officinis Bardanz nuncupatur semen.
- Pastinacæ sylvestris.
- Plantaginis vtriusque.
- Portulacæ vtriusque. Pfyllij.
- Rapi.
- Raphani.
- Cataputia maior.* Ricini, officinis Cataputiæ maioris dicitur. vide Cici.
- Anthera.* Rosarum, officinæ id genus seminis Antheram appellant, sed male. Decipiuntur autem medici & pharmacopola qui putant semen rosarum esse id croceum quod capillamētis infidet, quum semen in capite sit. Caput autem est globulus ille ab inferiore parte, quē si aperias, re quadā veluti lana plenū videbis, quod quum maturuit, rubescit, & semen ambit.
- Rhois, Sumach officinæ nominant.
- Sumach. Bruscus.* Rusci, officinis adiectiōe vnus literæ Brusci vocatur.
- Rutæ satiuæ.
- Rutæ sylvestris, officinis & Arabibus Harmel appellatur. Vide Ruta.
- Harmel.* Santonici, officinæ lumbricorum semen nuncupant.
- Lumbricorum semen.* Saxifragæ albæ, cuius pictura est in primo

mo tomo, femine iuxta radices proueniente officinæ vtuntur.

Sefeli, officinis fileris. Trium est generum, *Siler*. Mafsiliense nimirum, Aethiopicū, & Pelopōnense. De iis vide alterum tomo.

Sefami, Sefamini vnus syllabæ adiectione *Sefaminum*. officinis nominatur.

Sinapi. Confundunt autem Seplassarij *Officina Sinapi & Erucæ* Sinapi & Erucæ semina. Vide Eruca, & alterū nostrum de stirpium historia commentarium. *Erucam confundūt*

Staphidis agris, siue vuc syluestris, officinis Staphisagriæ decurtato nomine vocatur. *Staphisagria*.

Thlaspi, quod duplex est, officinæ magna ex parte ignorant. Vtriusque picturā primo nostro de stirpiū historia cōmentario dedimus.

Tritici.

Vrticæ. Officinæ propemodum omnes femine vrticæ apud nos passim in sepibus prouenientis vtuntur, quum ad compositiones veram potius, cuius nunc copia haberi potest, vsurpare deberent. Effigies eius est in primo tomo. Semen eius linum refert prorsus, nisi quòd minus sit. *Officinarum error.*

Viticis, vide agni.

Xyli, barbaris & officinis Bombacis, Bombacij, & Bombasi, item Cotifemen dicitur. *Bombacium. Cotum.*

Pictura totius stirpis est in primo cōmentario Zeæ, officinis Speltæ. *Spelta.*

Ex cōmemoratis nūc feminibus, nōnulla vulgus medicorum & officinæ vocant quatuor

DE COMPOS. MEDIC.

Calida ma- iora, ut	}	Anisi.
		Fœniculi.
		Cumini.
Calida mi- nora.	}	Carei.
		Ammeos.
		Amomi.
Frigida ma- iora.	}	Apij.
		Dauci.
		Melonum.
Frigida mi- nora.	}	Cucurbitæ.
		Cucumeris.
		Citruli.
Frigida mi- nora.	}	Lactucæ.
		Portulacæ.
		Intrybi latifoliæ, hoc est Endiuia.
		Intrybi angustifoliæ, hoc est, Scariole.

De fructibus. CAP. VI.

Fructus quid. FRuctus est ea stirpis pars quæ carne cõstat & semine. Sæpe quoque pro semine ipso sumitur, vt dictum est capite præcedente. *Quando legedi.* Fructus verò vbi maturi sunt, legantur. In officinis autem sequentium maxime vsus est.

Amygdala dulcia & amara.

Anacardiū. Anacardiū Actuario & recetioribus Grecis appellatum (veteres enim huius non meminere) fructus arboris cuiusdam Indiæ, a uiculæ cordi non dissimilis, vnde nomen putatur inditum. Nomē Anacardi officinis retinuit.

Auellana

Auellana.

Baccæ Iuniperi, officinis Grana Iuniperi *Grana Iuniperi.*
dicuntur.

Baccæ lauri.

Balan^o myrepfice, hoc est glās vnguétaria, *Glans vnguétaria.*
Arabibus ben dicta, fructus est arboris Myri-
cæ similis, magnitudine Auellanæ nucis, ex *Ben.*
cuius cortice expresso, quemadmodum ex a-
maris amygdalis, excipitur liquor, quo in pre-
ciosa vnguenta vice olei vtuntur. Oleum ba-
laninum Dioscoridi nominatur.

Caricæ ficus sunt aridæ, seu passæ.

Cappares, ab officinis valde inepte Cappa-
ri vocantur.

Caliculi glandiū, officinis & Barbaris Cu-
pula glandium appellantur. *Cupula glandium.*

Carpesium Actuatio & Nicolao myrepfo
καριββα, vel καριββα vocatur. Officinis Cubeba. *Cubeba.*

Et Actuarius quidem manifeste scribit Com-
bebas alio nomine dici Carpesia.

Carpobalsamum, id est fructus Balsami.

Caryophyllum, officinis Garyophyllū, fru-
ctus est grano piperis grandior fragiliórque,
ex atro rufescens, in clauī modum capitatus,
exertis in aduersum quatuor denticulis sese
stellatim decussantibus.

Casia fistularis siue fistulacea recentiori-
bus tātūm Græcis & Arabibus cognita fuit. *Casia fistula-
ris.*

Nigra etiam Actuatio dicitur. De qua infra
plura.

- Aureum salum.* Citreū, seu citriū, seu medicum & aureū malum, officinis Citrū nūcupatur. Inter Citrea mala numerātur etiam quæ ab auri colore Aurātia, aut rectius Aurātia, & limones dicūtur. Cucumeres.
- Arantia. Limones.*
- Citonia.* Cydonia, vel cotonea, officinis Citonia. Colocynthis, officinis Coloquintis dicitur. Galla. Ficus. Glans vnguentaria, vel granumben. Vide Balanus myrepsice. Glandes.
- Gossipium.* Gossipium, barbaris bombax & cotum appellatur. Vide Xylum.
- Malum punicum.* Malum granatum seu Punicum. Melones.
- Myrobalani.* Myrobalani quinque generibus distincti, veteribus incogniti, recentioribus autē Græcis & Arabibus noti. Flavi, luteive, officinis citrini dicuntur. Cærulei, seu nigri, officinis Indi vocātur. Cepuli, officinis Chebuli. Empelitici, officinis Emblici. Beletzici, officinis Bellirici. De iis infra fusiꝯ dicemus.
- Myrtilli.* Myrti baccæ, officinis Myrtilli appellātur. Myxa, & Myxæ, & Myxaria Actuārio & Græcis aliis recentioribus dicuntur. Officinis hodie Sebesten nuncupantur. Morum. Vide Rubi mora infra.
- Sebesten.* Nux Indica. Græcis recentiorib. & Mauris nota.
- Nux moschata.* Nux moschata, vel myrepsica, hoc est vnguentaria, officinis muscata nominatur, Actuārio

tio odorata.

Nux vomitoria, officinis vomica. Sic dicta *Nux vomica*.
quòd vomitum citat.

Nux pinea, officinis simpliciter Pinea vo- *Pinea*.
catur.

Nux pontica, prænestina. Vide Auellana. *Auellana*.
Oliuæ.

Oxyacanthæ vel oxyacanthi bacculæ, offi- *Berberis*.
cinis & barbaris Berberis, vt in primo & al-
tero nostro tomo demonstrauius.

Oxyphœnix & Oxyphœnicon Actuario,
& aliis recentioribus Græcis dictus ab acido
fapore, palmæ syluestris fructus est. Tamar *Tamar Indus*
Indus officinis vocatur. De quo infra.

Piper trium est generum, longum, album,
& nigrum. Fructus congerminantis primùm *Longum*.
arboris, longum piper dicitur. Qui verò acer- *Candidum*.
bæ vix modo pubescit, candidum piper no- *Nigrum*.
minatur. Nigrum, quod iam sole superaffatū
& exiccatum est.

Palmulæ, officinis dactyli vocantur. *Dactyli*.

Pistacium, officinæ barbara & prorsus in- *Fisticum*.
apta voce fisticum appellant.

Pruna satiuæ, inter quæ Galeno teste, Dama-
scena cæteris præstant ad aluum soluendam. *Prunus sylue-*
Prunus syluestris arbor est, quemadmodū *stris*.

primo de stirpiū historia cōmentario mōstra-
uimus, qui fructū profert quem vulgari more
Prunulū, & Prunculū nomināt, Germani no-
stri Schlehen sua lingua appellant. Nobiscum

46 sentiant Ruellius, Iacobus Syluius, Euricius,
 Cordus, Conradus Gesnerus, Musa Brasauo-
 lus, & quotquot aliquid nostra ætate de stir-
 pibus memoriæ prodiderunt, excepto vno
 Cornario, cuius certe furor eousque progres-
 sus est, vt catenas iam ac cõpedes requirat:
 quas quidem illi iam dudum pro nitris & bra-
 bylis misissemus, nisi nos pigeret ac puderet
 istarum ineptiarum. Is maxima impudentia
 manifestam veritatem, ac omnium medicor-
 um consensum impugnans, spinam fructum
 quem Schlehen Germani appellant, producẽ
 tem, Poterium esse contendit, idque ratione
 nullius momenti fretus, hac nimirum, quòd
 inter reliqua spinarum genera Dioscorides
 de poterio tractet. quasi verò necesse sit po-
 teriõ ideo esse Schlehendorn, quòd aculeatũ
 sit. Si enim hæc ratio procedit, qui fit vt non
 Rhamnum, aut paliurum dicamus schlehen-
 dorn? vtrunq; enim spinosum esse constat. Ita
 colligit *διακρινόμενους*, si Diis placet, ille Corna-
 rius. Non esse autem schlehendorn Poterium,
 non aliunde certius quàm ex eiusdem histo-
 ria probari potest, quam certe integram Dio-
 scorides tradidit. In poterio autem, præter a-
 lia, requirit lanuginem spissam, folia parua,
 rotunda, florem exiguum, fructum gustu odo-
 ratum & acrem, nullius vsus: quorum sane ni-
 hil in spina quã nos cum omnibus aliis me-
 dicis prunum syluestrem appellamus, & eius
 fructu reperitur. In spina enim illa nulla repe-
 ritur

Cornarij de
 poterio pudẽ-
 dus error de-
 tegitur ac con-
 futatur.

Poterij deli-
 ceatio.

ritur lanugo, nisi ea quam oves prætereuntes
 illic inuitè lacerantibus spinis relinquere co-
 guntur. Folia eius non sunt parua, & rotun-
 da, sed oblonga, & propemodum eiusdem cū
 Pruni satiuæ foliis magnitudinis. Neque flos
 etiam eius exiguus est, sed Cerasi floribus æ-
 qualis. Et quod omnium maximum est, fru-
 ctus eius neque odoratus, neque acris, mul-
 tique in medicina vsus: vt necesse sit Corna-
 rium furere, si ista non agnoscit, vt certe non
 agnoscit. Eam enim probationem qua docem-
 us neque facultatem neque notas poterij
 conuenire spinæ & fructui quem Schlehen
 nominant, tanquam absurdam ridet & con-
 temnit, quum tamen nulla sit efficacior. Si e-
 nim Poterion eas notas non habet quas in
 spina producente Schlehen reperimus, ab ea
 vt sit alienum & diuersum oportet. Si præter-
 ea fructus Schlehen sunt acerbi, & odore de-
 fituti, Brabyla verò fructus poterij, odora-
 ta & acria, duersa certe sint necesse est. Sed vi
 de hominis miram inscitiam, & stupendam
 impudentiam. Vt enim errorem suum aliqua
 saltem ratione tegere possit, Dioscoridem
δριυόν pro *σπυγγόν*, hoc est acrem pro acerbo di-
 xisse nugatur. Ad propositum Duppel. Quis
 vnquam credet Dioscoridem hos duos sapo-
 res inter se diuersissimos sic confudisse? Pro-
 pudeat Cornarium, qui leonis sibi passim ri-
 diculè admodum nomen vendicat, istius cō-

K

DE COMPOS. MEDIC.

menti, quod in puero haud dubie virgis ple-
ctendum esset. Neque enim sequitur, Diosco-
rides alicubi improprie vsus est saporum no-
minibus (quod Galenus lib. 1. simpli. cap. 34.
& lib. 11. cap. de pinguedine testatur) igitur
etiam in Poterij historia. Fatemur itaq; Dio-
scoridem adstringentium nomine non recte
vsus esse, sed quod idem fecerit in acribus,
hoc constanter negamus. Aut producat vnū
saltem locum vnde id ipsum euidenter osten-
di possit, Cornarius, & viduum me esse lubens
fatebor. Quid multa? Dioscorides perpetuo
acrium voce recte vsus est. neque enim vllum
fructum proferre Cornarius potest quem il-
le dixerit acrē, qui non talis gustantibus etiā
esse appareat. Nec vlli radici ab eodē attribu-
ta est acrimonia, quam nō simul etiam gustu
exerat. In adstringentium autem nomine illi
diuersum accidisse Galenus locis paulo ante
citatis monstrat. Atque haecenus Brabyla nō
esse fructus quos Schlehen appellant, luculen-
ter ostendimus. Nunc reliquū est vt esse Pru-
na syluestria doceamus. Præter verò omnium
propemodum hodie viuientium medicorum
consensum, Columella disertè prunos sylues-
tres esse spinarum genera testatur. Prunum
syluestrem Vergilius lib. 4. Georg. etiam vo-
cauit spinum eo versu: Spinus iam pruna ferē
tes. Vt hinc euidentissimum etiam sit, Germa-
nos hanc spinam Schlehendorn nominasse.
Nam

*Dioscorides
acrium voce
recte vsus est.*

*Schlehen fru-
ctus sunt pru-
na syluestria.*

Nam huius vsus plurimus est in sepibus con-
 ficiēdis, vt ingressum alienorū ac animantiū
 suis spinis & aculeis impediatur. Ex historia ei^o,
 quōd à veterib. notis suis nō sit depicta, nullū
 testimoniū proferre possumus. Tamen si hāc
 spinā spectes, cum pruni fatiue radicib. caudi-
 ce, folio oblongo, & minutim per oras serra-
 to, & flore candido & foliato, ac pomo plane
 cōuenire deprehēdes, vt necesse sit speciē ei^o,
 syluestrē tamē, esse. Facultates deniq; quas ve-
 teres prunis syluestribus adscribunt, omnes
 inesse fructibus quos Schlehen vocāt, cōstat.
 Adstringūt. n. & aluū sistunt, quod succus ille
 quē ex eo nunc cōficiunt, & pro vera Acacia,
 nullo tamen, aut saltem ferendo, errore vtū-
 tur aliquot officinē, abūde docet. Sed, inquit
 Cornarius, fructus Schlehen vocati nō, solum *Obiectio.*
 palām adstringunt, sed sua acerbitate omnes
 à gustu suo auertūt, nec edi possunt priusquā
 victi ac flaccidi fiāt ex repositione. Quid au-
 dio? nū fructus Schlehen vocati non adstrin-
 gunt, quia priusquam maturi fuerint, acerbi
 sunt? an non, Galeno lib. 7. the. metho. cap. 7.
 teste, nullum eorum quæ *σπυρα* Græcis, acer-
 ba Latinis dicuntur, modice adstringens est?
 Sic certe pyra syluestris, quæ lib. 1. simpl. cap.
 37. inter acerba recenset idem Galenus lib. 6.
 magis quā pyra reliqua adstringere & desicca-
 re, fluxusque repellere scribit. Quare quan-
 to fructus Schlehen acerbiores fuerint, tan-

K ij

DE COMPOS. MEDIC.

to ad sistendam aluum aptiores erūt. Præterea nemo concesserit Cornario fructus Schlehen vocatos nō posse edi nisi vbi victi & flaccidi iam facti fuerint : quippe in confesso est pueros, ac prætereuntes tū viros tum mulieres aliquot iis etiā priusquā flaccidi fiant, lubenter vesci, tantū abest vt acerbitate sua omnes à gustu suo auertant. Nec vllius probati autoris testimonio, nulla etiam ratione docere potest Cornarius pruna syluestria non admodum ante maturitatem esse acerba, vt sunt fructus Schlehen dicti, imò contrarium planè è verbis Dioscoridis ostendemus. Nam dum is dicit columellam, gingiuas, ac tonsillas fluxione infestatas, pruna syluestria cum maturuerunt ac siccata sunt, reprimere posse, manifeste innuit maturis etiam prunis syluestribus tantam inesse adstrictionem, vt intumescentes iam dictas partes iuuare, & fluxionem auertere queant. Reprimendi enim facultas non inest nisi adstringentibus: quod omnibus in confesso est. Si itaq; matura iam pruna syluestria non leuem prorsus adstrictionem habent, quanto maiorem habebunt dum adhuc immatura sunt? Immodice enim adstringentia esse acerba, paulo antè ex Galeno monstrauimus. Quare Cornarij ratio frigida plane & nullius momenti est. Sed pergit magis, more suo, ineptire Cornarius, ac negat fructus Schlehen appellatos coctos cū
sapa

sapa, stomacho fieri commodiores, & magis aluum sistentes, secus atque pruna syluestria: atque hoc palam constare addit, quum tamen nemo sit, qui saltem mentem habeat, qui hoc illi concesserit. Nam omnibus liquet Dioscoridem decocto prunorum maturorum exficcatorem ad fluxiones reprimendas vti: quæ etiam vsum fructuum Schlehen nominatorum præstare posse decoctum, est euentissimum. Succum enim eorundem quacunquæ ratione extractum, aluum sistere posse, Acacia officinarum abunde docet, quæ certe nihil aliud est nisi succus ex baccis illis Schlehæ dictis, coctis expressus, tesselatimque confectus ac insolatus, & tamen haud secus atque vera ac veterum Acacia refrigerat, exiccat, & adstringit, vt quotidiana experientia, & gustus etiam testimonio comprobatur. Tamen non temere adiectum est à Dioscoride matura & exiccata. Nam quæ exiccantur, ea ad sistendas quascunquæ fluxiones, absumpta iam superuacua humiditate, fiunt aptiora. Quod etiã in exiccatis Schlehen vocatis fructibus accidere nemini dubium est. Cæterum has baccas adiecta sapa stomacho fieri vtiliores, & aluum magis sistere, perinde atque pruna syluestria, sole meridiano clarius est. Nam sapa, vt testis est Galenus lib. 7. de cõpositio. medicamen. localium cap. 1. μεταλασμητικόν ἐστὶν ἡ σάπυς ἀδύκνητικόν, hoc est, obturandi meatus fa-

Acacia officinarum.

DE COMPOS. MEDIC.

cultatē obtinet, & minime mordax est, idē-
 que nihil mirum emplastica sua & citra mor-
 sum exiccante vi efficere, vt pruna syluestria,
 & Schlehé dicti fructus stomacho magis vri-
 les fiāt. Asperitatē. n. eorū quā acerbitalis ra-
 tione obtinent, lenit: & vt magis etiā sistant,
 quū meatus obtinet & exiccet, prorsus efficit.
 Vt etiā hanc Cornarij rationē concidere ne-
 cesse sit. Quod verò spinā ferentem Schlehen
 non esse prunū syluestrem, eo q̄ humilis sit, &
 non iusta arbor, quod Galenus asserit, contē-
 dit Cornarius, ridiculū planè est, quādo spinā
 ferentē baccas Schlehé appellatas ad iustę ar-
 boris proceritatē ascendere certū est, & mihi
 nō rarò iisce oculis cōspecta est q̄ geminā viri
 altitudinē excederet. Quòd autē plerunq; hu-
 milis sit hæc spina, non alia de causa accidit,
 quā quòd succrescere illam agricolę non pa-
 tiantur, sed crebro ad parādas sepes aliósque
 vsus necessarios succidāt. Latinos autem hos
 fructus prunula & pruneola nominasse nus-
 quā dixi, sed in cōmentariis meis sic vulgo ap-
 pellari scripsi, qđ verissimū est, & ei⁹ rei testes
 habeo supra citatos viros, Ruelliū, Cordū, Syl-
 uiū, & alios multos. Quocirca hæc ad Corna-
 rijerroneā confutandam sententiā sufficiāt.

*Spina ferens
 Schlehen fru-
 ctus ad iustę
 arboris proce-
 ritatem ascen-
 dit.*

Ribes.

Ribes fructus Arabibus tantum, vt cēso,
 notus.

Sumach.

Rhus, officinis Sumach dicitur. Duo eius in
 vniuersum genera sunt, vnum quod Græcis

μαγνη

μαγειρικόν, hoc est culinarium, quòd eo pro fale *Culinarius.*
 aspergerent obsoniis, nominatur. Alterum
 Græcis *βυροδυσμίου*, id est coriarium vocatur, *Coriarius.*
 quòd ad densandas pelles eo vterentur. Cæ-
 terùm Galenus lib. 6. de compo. medicamē.
 localiū, Nicolaus myrepsos, & alij, Syriaci etiā *Rhus syriacus*
rhos mentionē faciunt, qui non est nisi suc-
 cus qui ex Roë in Syria proueniente collectus
 est, vt è Galeni verbis fit manifestissimum.

Rubi mora, quæ *βάρινα*, Latinis Vacinia, vt *Vacinia.*
 primo nostro de stirpium historia commen-
 tario monstrauius, dicuntur. Sunt etiā mo-
 ra arboris omnibus nota.

Scylla, officinis squilla, qua voce Varro etiā *Squilla.*
 in libris de re rustica vsus est, appellatur.

Sena recentioribus Græcis, Arabibus Sene *Sena.*
 vocatur. De qua infra fufius dicemus.

Strobili, pinæ officinis nominantur. *Strobili.*

Vuæ passæ, officinis passulæ dicuntur. *Passula.*

Xylocerata, vel simpliciter Cerata & Cera-
 tia, Latinis siliquæ, officinis Xylocaracta bar *Xylocaracta.*
 bara profus ac deprauiata voce nuncupantur.

Zizipha Græcis recētioribus, zinzipha etiā
 Actuario, officinis Iuiube vocantur. *Iuiube.*

Deradicibus. CAPVT VII.

RAdices tum præcipue à medico euellen- *Radices quæ*
 dz, quū medicamēto sũ sunt maxime. *do euellendæ.*
 Omnes præterea, si fieri potest, integrę vellēdę.
 Euullæ quædam vmbra & vento, vt apij, fœ-

niculi, iridis, & quæ aliæ sunt vel minores, vel sicciore, vel rariores, quarum vires sol-
Vt exiccandæ ceu ignis prompte dissipet, exiccandæ. Quæ-
 dam, iam dictis scilicet contrariæ, sole & ven-
 to vel igni siccantur, si cœlum est nubilum,
 aut hyës. Sæpe dum siccantur versandæ sunt, ne
 mucidæ aut putridæ fiât. Si verò siccatis cele-
 riter est opus, patellæ ignitæ & admodû cale-
 factæ impositas sæpe versandas siccabis. Quæ-
 dâ integræ siccantur, vt gétianæ: aliæ in talco-
 las dissectæ, vt iridis. Alię lignosa matrice ad-
 empta, vt scœniculi, apij. Siccantæ reponuntur
 loco nō insolato, nō infumato, non humido,
 nō squalente, nō puluerulêto: sed sublimi, sic-
 co, puro. Seruandæ autē quâdiu vegetæ adhuc
 sunt. Officinis vsitatæ sunt quæ sequuntur.

Luparia.

Aconiti Lycoctoni, officinæ Lupariâ vocât.

*Galanga ma-
ior.*

Acori veri, quæ haud dubie radix ea est quâ
 hodie vulgo Galangam maiorem appellant,
 cuius nunc passim copia haberi potest. Quo-
 circa ea deinceps officinæ vtantur in suis cõ-
 positionibus, quum omnes quas Acori radi-
 cẽ habere notas Dioscorides tradit, obtineat.

*Officinarum
error Gadioli
lutei radice
pro Acoro
vtentium.*

*Vsus quis a-
dulterum acori*

Cauentq; vti vice acori radice eius stirpis quâ
 vulgus herbariorû Gladiolû luteû nominat,
 quòd ab Acori veri facultatibus plurimû ab-
 sit. Est verò etiâ huic radici suus vsus, at i fiste
 do sanguinis ois generis, pfluuio: qd fusius in
 vtroq; cõmêtario de stirpiû historia docuim⁹

Agaricum, de quo infra.

Althææ

Althææ.

Angelicæ, fatiux præfertim.

Apij fatiui, officinis petroselini dicitur.

Apij vulgaris, quod Græcis Eleoselinū vo- *Apium vul-*
catur, vt altero tomo doctumus. *gare.*

Ari, qua certè radice pro serpentaria, quæ *Ari radice*
latinis Dracuntium dicitur, officinæ vti debe- *pro serpenta-*
rent, vt paulò pòst in Bistorta fufius demon- *ria vtantur of-*
strabimus. *ficinæ.*

Aristolochiæ, officinæ inepte Aristrologiâ *Aristolochia*
appellant. Destituimur autem in Germania *rotunda vera*
nostra radice Aristolochiæ rotundæ. Qua e- *destituimur.*
nim sub hoc nomine vtimur, vera non est, vt
primo commentario nostro monstrauius.
Tamen quum pares propemodum facultates
habeat, pro vera illa vti sine omni errore li-
cebit.

Afari.

Afclepiadis, quæ officinis Hirundinaria & *Hirundinaria*
vincetoxicum vocatur. *Vincetoxicū.*

Asparagi, ablatione vni⁹ litere Sparagi ra-
dicem officinæ nominant.

Aphodeli radice vera omnes officinæ Ger- *Aphodeli ve-*
maniæ, quod sciam, destituuntur. Nam ea quæ *ra radice caret*
sub hoc nomine vsurpant, Lilij est species, vt *officinæ.*
secundo tomo nostro luculenter admodum
demonstrauius. Possent veræ habere copiã,
modò diligētius de ea inquirerēt Seplasiarij.

Behen Serapioni duplex, alba & rubea. Ra- *Behen.*
dices tamen hæc ex Armenia ad nos hodie nō

DE COMPOS. MEDIC.

Behen alba & rubea officinarum non sunt legitimæ. Nam Behen radices, magnitudine radice parvæ pastinacæ sunt & odoræ, officinarum autem Behen crassæ sunt, & odoris, saltē rubea, expertes. Præterea Behen veræ radices tenacitatem quandā obtinent, qua officinarum prorsus earent. Ben album verò officinarum nō est nisi Polemonij radix, quod in altero nostro de stirpiū historia tomo demonstrauius. Quid verò rubrum Ben sit, nondum satis teneo. Actuarius, vt ex compositione antidoti Diamoschi sole clarius fit, & Nicolaus myrepsus Behemū album & purpureum, vocat hermodactylū candidum & purpureum, forsitan quòd digitorum quandam imaginem exhibet radix.

Ben albū est Polemonij radix.

Hermodactylus albus & purpureus quid posterioribus græcis.

Bistorta.

Medicorū & seplasiariorū error non ferendus & ple-tendus.

Bistortæ, quam officinæ falso Serpentariā nominant, quum Serpentaria nō sit nisi Dioscoridis & aliorum veterum Dracūculus, seu Dracūtium. Hinc medici Seplasiariorum errorem sequentes, maximo quidem & non ferendo errore, radice illa quæ vehementer admodum adstringit, in vnguētis thoraci & pectori illinendis ad thoracis exereationes faciles reddendas, vtuntur, quum Dracunculi potius radice m, quæ Dioscoride teste, prædictā facultatem obtinet, ad hunc vsum accommodare deberent. In cuius certè penuria (neque enim adhuc in Germaniæ officinis eius copia existit) radicem Ari, quæ passim inuenitur, vsurpabunt.

surpabunt. Sed tâta est adhuc quorundâ medicorû nostræ ætatis inscitia & temeritas, vt eû errorē moniti etiâ deferere nolint. Quorû certè pertinaciâ magistratum vindicare aliquid oportet, quû verbis nihil efficiamus.

Bryoniæ.

Buglossi, borraginis officinis dicitur.

Borrago.

Calamus aromaticus seu odoratus in officinis non habetur. Nam calamus non est, sed radix: quapropter arûdini, quod Dioscorides asserit, similis non est, neq; alias omnes notas veri calami odorati obtinet. Radix autē haud dubie est eius calami odorati qui in Mæoride nascitur, quod alibi copiosius môstrauimus.

Calamo aromatico vero caremus.

Quid sit officinarum calamus odoratus

Capparis.

Chamæleonis albi, Cardapatij officinis dicitur. Cuius appellationis causam in primo commētario de stirpiû historia exposuimus.

Cardapatii.

Cætaurij magni nō est nisi radix, quâ nunc passim medici & Seplassarij Rha ponticum vocant, vt id ipsum luculenter admodum in altero nostro de stirpium historia commentario docuimus.

Rha pōticum officinarû est Centaurium magnum.

Cichorij. vide Intybum.

Costi, qui Græcis triplex est, Arabicus, Indicus, & Syriacus. Arabes costum dulcem & amarum faciunt, quemadmodum posteriores Græci quoque Actuarius & Nicolaus. Exstant sub his nominibus radices passim in officinis, sed à veri costi notis alienissimæ.

Costus officinarum adulerinus.

DE COMPOS. MEDIC.

Nam ille quidem candidus, leuis, plurimi & eximij odoris est. Quas verò ostendunt officinæ, nec candidæ, nec leues, nec odoratæ. Mentuo ne radice Mentæ Sarracenicæ, quam Costum etiam hortensem vocant, pro veri costi radice vtantur officinæ.

Cucumer asininus. Cucumeris syluestris, asinini officinis appellatur. Eius succus Elaterium dicitur.

Elaterium. Cyclamini. Officinæ perperam ad tertiam latinorum inflexionē nomen hoc detorquet.

Indicus Cyperus. Cyperi radix qualis sit, prim^o tom^o pulchre ostēdit. Aliud cyperi genus in India nascitur, zingiberis specie, quod manducatum Crocivim reddit. Inter radices zingiberis inuenitur, & Curcuma officinis nominatur. Curcuma autem Serapionis nō est nisi Chelidoniū,

Curcuma officinis. vt è collatione vtriusque omnibus perspicuū fit. Huius certè radice potius quàm cyperi Indici pro Curcuma vtendū esset. Cynoglossi radix qua officinæ vtuntur, non est veri Cynoglossi radix, nā ea nulli^o in medicina vsus est: sed eius herbæ quæ Lycopsis nominatur, vt in altero tomo diximus.

Curcuma Serapionis.

Cynoglossa officinarum est Lycopsis.

Error officinarum in Dictamno. Dictamni radix quæ vulgo circumfertur, & qua officinæ passim vtuntur, non est veri Dictamni radix, ea enim Dioscoride teste inutilis est, sed potius Pseudodictamni, cuius picturam & historiam in secundo tomo tradidimus.

Do on. cum. Doronicum Arabibus tantum cognitum fuit

fuit. Neque enim Carnabadiō recētiorum, Carn. Sadium
non est Doronico-
nicum.
vt nonnulli putant, est idem eūm Doronico,
sed careum apud Symeonem Sethi, cum inum
verò æthiopicum apud Nicolaum, vt in alte-
ro de stirpium historia commētario abunde
demonstrauimus. Quo in loco duo esse Do-
ronici fastigia docuimus, atque alterius, Ro-
mani nimirum, picturam dedimus.

Dracunculi radix in officinis nusquam fe-
rè habetur, sed pro ea Bistortæ radice, maxi- Erratum offi-
cinarum.
mo errore vtuntur, quum potius in penuria
veri dracunculi Ari radice vtendum esset, vt
in Bistorta diximus fufius.

Ebuli.

Elenij, enulæ campanæ vocant officinæ. Enula cam-
pana.

Ellebori vtriusque tum albi tum nigri.

Eryngij veri radice officinæ destituuntur, Eryngij ra-
dix officinis
desideratur.
quòd Eryngium paucis adhuc in Germania
cognitum sit. Nobis satum prouenit, nõdum
tamen iustam magnitudinē attigit. Vbi ado-
leuerit, eius picturam exhibebimus studiosis
conspiciendâ. Officinæ deprauata voce Irin- Iringus.
gum appellant.

Filicis.

Fœniculi.

Galanga vulgata & minor: nam maior A- Galanga mi-
nor.
cori radix est. teste Actuārio radix est subru-
bra, geniculata, intorta, grauis, sapore acerri-
mo linguam vellicante. Nonnullis Cyperus Cyperus baby-
lonicus.
Babylonicus vocatur.

DE COMPOS. MEDIC.

- Bened. 7a.* Garyophyllatæ, seu benedi&æ.
Gentianæ.
Glycyrhizæ, officinis deprauata prorsus
Liquiritia. voce liquiritia dicitur.
Hermodactyli. De quo infra latius dicem^o.
Enula camp
na. Inulæ, enulæ campanæ officinis radix nun
cupatur.
Iris officinarū Iridis Illyricæ, tanquam præstantissimæ.
Eius pictura est in altero tomo. Hodie passim
officinæ Florentina vtuntur.
Lapathi, lapatij officinis dicitur.
Magistratia. Laserpitij, officinis magistrantiæ, ostrutij,
vel astrutij radix nominatur, vt fusius primo
tomo monstrauius.
Lilij albi.
Affodillus Lilij syluestris, Asphodeli, vel corrupte Af-
officinarū est fodilli radicem officinæ vocant.
lilij syluestre. Lycopsis, cynoglossi officinis nominatur.
Cynoglossum Mandagoræ verç. Eius effigies in primo to
officinarum. mo est expressa.
Meon. Mei radix officinarum, est eius herbæ quâ
Germani Beervurtz appellât. Ego seseli cre
ticum aut Tordylion esse censeo. Possunt au
tem officinæ radice illa pro Meo sine omni er
rore vti, quippe Meum & Seseli creticum eaf
dem facultates obtinent. Verùm Meum à nō
Anethū syl nullis Sistra, Spicula, & Anethum syluestre no
uestre. minatur.
Nardus Indica quanquam radix est, tamen
etiam Nardi spica, à similitudine formæ cum
spica,

spica, vocatur.

Nymphææ radice, Dioscoride & Galeno testibus, officinis vtendum esset, nō floribus tantum, vt supra etiam monuimus.

Oenanthes, filipendulæ Nicolao & seplasia *Filipendula.* riiis dicitur.

Pæoniæ, maris potissimum.

Pétaphylli, officinis Quinquefolij dicitur. *Quinquefolij*

Petrofelini veri radix non habetur in officinis. Ea autem qua sub hoc nomine vtūtur, est apij satiui radix. *Petrofelini radice officinae carent.*

Peucedani radix à plerisq; Seplasiariis nō agnoscitur. Eius pictura & historia est in primo tomo. *Peucedanum.*

Polypodij.

Polygonati, officinis Sigilli Salomonis dicitur. Est duū generum, vt primo demonstrauimus commétario. Perperam aliqui polygonatum alterum Ephemerum non lethale faciunt, vt tomo secundo diximus. *Sigillum Salomonis.*

Pimpinellæ maioris & minoris. Pampinu *Pimpinula.* lz fortè rectius appellarentur.

Pyrethri, cuius effigies est in primo tomo.

Phu, Valerianæ officinis nominatur. Duū *Valeriana.* est generū, vt in primo de stirpiū historia commétario copiose mōstrauimus. Vera, hoc est, ea quæ Dioscoridis delineationi maximè respondet, vtendum. In eius autem penuria, nostra & vulgari. Raphani.

Rha barbarum. De quo infra fusius scri-

bemus.

Rheum ponticum officinarum est cetaurij magni radix, vt supra est dictum.

Rubiæ latiuæ, quam Rubiã tinctorum officinæ nuncupant.

Rubiæ tinctorum. Rusci, officinæ adiectione vnus literæ brusci nominant.

Bruscus. Satyrij, officine barbara voce Satyrionis appellant. Eius infinita propemodum genera sũt, quod ex altero tomo patet, i quo multa præter ea quæ in primo sunt, genera pinxim^o.

Saxifragũ album. Saxifragi albi vocati.

Squilla. Scillæ Varroni Squillæ.

Scordium. Scordij non radice, sed herba potius vtendũ, quod ex Dioscoride satis liquet. Radix autem quam Seplasiarij vsũrpant, non est Scordij, sed Allij syluestris. Scordiũ verum primo tomo depictum est, quo subinde vtĩ debet Seplasiarij, facillè enim nunc haberi potest, & semel plantatum, serpendo se mirifice multiplicat.

Scrophularia. Scrophularias officinæ duas faciũt, vnam maiorem, quæ est Dioscoridis alterũ Acetabulum: & alteram minorẽ, quæ est altera Malacocissi species, vt in secundo tomo copiose admodum demonstrauius.

Cõsolida maior. Symphyti maioris, officinis Cõsolidæ maioris nominatur radix.

Tamariscus. Tamaricis seu Myricæ, Tamarisci officinis appellatur.

Thapsiæ

Thapsiæ radix non distat à Turbit Mesues, quemadmodum altero de stirpiū historia cōmentario multis argumentis ostendimus, & infra quoque monstrabimus.

Tithymali paralij maritimæ, Mesues & Auicēnæ Esula parua est. Nicola^o chamēpityn *Esula*. Esulam vocant.

Tormentillæ.

Turpetum, officinæ Turbit appellant, de *Turbit*, quo infra dicemus satius.

Vitis albæ, officinis Bryoniæ dicitur. *Bryonia*.

Zadura, Zaduaria, Zudar, Zadera, & Zadoaria. *Zedoaria*.
duar posterioribus Græcis vocatur. Officinis Zedoria, Serapioni Zurumber.

Zingiber Galeno, alius Gingiber, officinis *Zingiber*. Zingiber nominatur. Condendum omnino recens est, nunquam vetus, impostorum quorundam more.

Ex prædictis ac memoratis nūc radicib^o sūt quinque, quas communes nominant, vt sunt

} Apij.
 } Fœniculi.
 } Petroselini.
 } Asparagi.
 } Rusci.

Radices communes

De Succis. CAP. VIII.

Sæcū proprie loquendo est id quod ex tota stirpe, partē eius aliqua concisa aut tu-
sa, torculari, vel manibus, vel aliter exprimi-

L

DE COMPOS. MEDIC.

tur, Græcis *χυλός* dicitur. Nā illi *χυλός* interpretantur *ὑγρὸν ἰσχυρὸν ἴσχυμα*. Nos more officinarū succorum nomine eos intelligemus tantum, qui ab exprefione liquidi permanent. Cæterum *χυλός*, hoc est succus, ex partib⁹ stirpium, vt femine lini, pſyllij, fœnigræci, cydoniorū, extractus, létorem, aut velut mucorem significat. Hinc emplaſtrū *δια χυλῶν*, hoc est, è glutinosis succis, mucilagines officinæ & barbari appellant, dictum est. Succī autem aut per se seruantur, vt vinum, acetum: aut misto sole, vt omphacium oleum, aut superfuso phialæ oleo, vt succus rosarum, granatorum, limonum, cotoneorum, sambuci, & similia. Porrò succi in officinis hodie pauci admodum profant, quòd citra corruptionem & putrefactionem multo tempore conseruari nequeant. Sūt verò ij propemodum omnes.

Mucilagines.

Succi quomodo seruandi.

Acetum.

Acetositas citri.

Acidus citrei mali succus, officinæ acetositatem citri nominant.

Cotoneorum, cydoniorumve.

Braſicæ.

Elaterium.

Elateriū, succus est Cucumeris syluestris. Iridis.

Limonum.

Malorum granatorum puniceorumve.

Mel in succorum etiam censum commodissime referri potest.

Oleum propriè quod ex oliuis exprimitur medicis

medicis appellatur.

Omphacium succus vna immatura expref-
sus, officinis Agresta dicitur.

Oxyacanthæ fructus succus, officinis ber- *Berbergrum*
berorum nominatur. *succus.*

Rosaceus.

Violaceus.

Vinum.

Reliqui sanè succi ætate è viridib⁹ herbis,
vsu poscente, exprimuntur. Sub hunc ordinè
collocãdi sunt stillatitij succi liquorésve, qui *Stillatus li-*
hodie in medicorum vsu frequētissimo sunt, *quores.*
& vulgo atque officinis Aquæ destillatæ vo- *Aquæ destil-*
cantur. Nomenclaturas eorundem proferre *lata.*

nihil attinet, quòd nulla propemodum sit her-
ba, ex quã hodie per ignè succum non eliciãt
extrahantve Seplassarij. Modus tamen in iis *Modus fit in*
esse deberet, præsertim quum nemo veterum *stillatitius li-*
Græcorum iis vsus sit, & posteriores Græci *quoribus.*

Actuari⁹ & Nicolaus illis parcissime sũnt vsi.
Accedit quòd horum vsus parum gratus sit
ventriculo, & præstat hoc nomine pro iis v-
surpare stirpium decocta. Rosaceo autem li-
quore stillatio, & id genus alius odoriferis
vtendum esse, præsertim in iis quæ extrinse-
cus admouentur medicamentis, censeo. Et si
omnino stillatitius liquoribus vti animũ in-
duxeris, cum certè eliciẽdi stillatitios succos *Modus eliciẽ*
modum eliges, qui in duplici fit vase, cuius *di stillatitios*
liquores opti- *mus.*
Manardus lib. 15. epistol. 5. meminit. Galenus

L ij

DE COMPOS. MEDIC.

Vas duplex.

certè in duplici vase liquat', calefacit, & co-
quit ea quorum vires ignis violentia dissipa-
ri non vult. Est autem duplex vas, vt metipse
Galenus lib. 3. de compo. medica. *νατά γένη* ca. 5.
testatur, quando in cacabo qui aquam calidã
habet, prunisque incumbit, alterum vas incũ
bit. In extrahendo succo stillatio vnice ca-
uendum, ne eius vasculi in quo stirpes conti-
nentur, fundum, aquam in maiore bullientem
attingat, sed solo vapore ab eo cleuato inca-
lescat. Nam à miti illo calore è totius stirpis
substantia vapores exhalant, qui in succũ ver-
tuntur omnium herbarum partium vires as-
seruantem, quæ ex odore & sapore dilucide
cognoscuntur. Alium modum eliciendorum
succorum stillatitorum, in quibus neq; idem
odor, neq; sapor retinetur, prorsus contem-
nito. Quanta verò diligentia sit opus in deli-
gendis carbonibus, aliisque rebus ei qui probe
stillatitios succos elicere vult, alij abunde
tradiderunt, vt non sit necesse hic longius
repetere.

De liquoribus concretis. C A P. IX.

*Liquor concre-
tus quid.*

PER liquores prædensos & concretos intel-
ligimus eos quos Græci *ἐπρόβε* vocant, hu-
mores nimirum qui ex secta, terebrata, castra-
tave stirpe, aut parte ei⁹ aliqua, quasi sanguis
aperta vena, per se fluunt, & deinde siccati cõ-
crescunt. Vt liquor nõ sit nisi crassum illud &
lentum

lentum quod ex vulnere effluit, radice nimirū incisa, vel caule secto. Nos verò per liquores omnes, expressos etiam, qui concresecunt tandem humores intelligemus. Sunt autem officinis vsitati liquores qui sequuntur.

Acacia succ^o est ex fructu seu semine, iterdū, *Acacia.*

Dioscoride teste, etiā ex foliis Aegyptiæ spinæ expressus, & in vmbra siccatus. Eius loco hodie officinæ ex baccis syluestriū prunorū cotis expresso succo tessellatum cōsecto insolatōque vtuntur, minimo certè errore, quòd haud secus atque veterum acacia adstringat, siccet & refrigeret, minori tamen efficacia.

Aloë, de qua infra fufius dicemus.

Cera fauis oclusa exprimitur. Hæc est aut lutea, aut fusca, aut alba. Tyrrhenicā sæpe veteres laudant. Cera virginea officinarum nō est nisi propolis, quæ in alucariorum foribus inuenitur. *Cera.*
Cera virginea
Propolis.

Cyrenæicus liquor est laseris seu laserpitij, seu Silphij herbæ, caule ipsius, aut radice scarificata defluens. Laserpitij verò liquor Cyrenæicus veteribus nominatus non est, vt nonnulli cēsant, nisi Belzoë, aut Belzuim, vel Belzuinum hodie, & Asa dulcis vocata officinis. *Cyrenæicus liquor.*
Belzoe.
Asa dulcis.

Ego verò non parum addubito, quòd non omnes Cyrenæici liquoris notæ illi conuenire videantur. Laserpitij verò liquor Syriacus & Medicus dict^o Asa fœtida est officinarum. nā hunc virosū reddere odorem Dioscorides *Asa fœtida*

DE COMPOS. MEDIC.

- trahit. Aſa certè vox deprauata eſt, & à Laſer
 haud dubiè deducta. Vt enim veteribus laſer
 duplex eſt, odoratū & fœtidū, ſic etiā officinis
Laſerpitium Aſa gemina eſt, dulcis & fœtida. Ad laſerpitij
germanicum. eſſigie accedit herba noſtris vocata oſtrutiū,
 vt tomo primo copioſius demonſtrauimus.
- Diagridium.* Dacrydion, officinis Diagridium dicitur.
Euphorbiū. Euphorbiū liquor ex Libyca emanās arbo-
 re eſt, vt fuſius Dioſcorides tradit.
- Galbanum.* Galbanum itidem liquor eſt naſcentis in
 Syria ferulæ.
- Liquiritia ſuc-* Glycyrrhizæ liquor, aut verius ſuccus, ex
cus. radice eius nominis ſtirpis exprimitur. Liqui-
 ritizæ ſuccum, voce corrupta, officinæ nomi-
 nant. Nos quoddam cōcretus ſit ſuccus ille, inter
 liquores etiam hunc cōnumerare volumus.
- Glancium.* Glaciū liquor aut ſuccus eſt herbæ ad Hie-
 rapolim Syriæ naſcentis. Græcis in multo v-
 ſu fuit, & Arabibus, quibus Memithe dicitur.
- Memithe.*
- Hæmoniacū.* Hammoniacum, ſiue Hamoniacum thy-
 miama liquor eſt ſtillans ex ferula quadā Cy-
 renaica in Aphrica prope Iouis Hammonis,
 vnde illi nomen, oraculum. Sunt qui Hammo-
 nicam guttam appellant. Officinæ adiectione
 vnus literæ Armoniacum nominant.
- Hypocifthis.* Hypocifthis veluti fungus ad pedem Ci-
 ſthi, forma cytini, naſcitur. Liquor expreſſus
 Hypocifthis, aut liquor hypocifthis voca-
 tur. Officinæ ineptiſſima voce hypoquiſtidis
 ſuccum appellant.

Lycium

Lycium à Lycia regione dictum liquor est *Lycium.*
 Pyxiacanthæ.

Ladanum fit ex altero Cisthi genere, quod *Ladanum.*
 à nonnullis Ledon & Ladon nominatur. Of-
 ficinis vnus literæ adiectione perperam lau-
 danum nuncupatur.

Mel aërium Galeno appellatum, nō est nisi *Mel aëriū est*
 Manna Arabū, quod alibi copiosius demon- *Manna Arabū*
 strauimus. De eo infra plura adferemus. *bum.*

Opiū liquor est ex inciso papauere nigro *Opiū.*
 defluens. Præfertur Thebaicum. Et quū mul-
 ti ac varij sint *δρωϊ*, id est liquores, folius papa-
 ueris *δρωϊ*, neutro genere *δρωϊ* à medicis pro-
 priè nominari solet.

Opopalsanum, quod *βασσαμιναιον* vocari *Opopalsanū*
 scribit Simeon, hodie nō habetur, quod expē- *d: sideratur.*
 denti eius notas quæ sunt apud Dioscoridem,
 notissimum fit.

Opopanax liquor è Panacis Heraclij radi *Opopanax.*
 ce incisa emanans.

Propolis, officinis cera virginea dicitur. *Propolis.*
 vide supra Cera.

Sagapenū ferulaceæ herbæ in Media nascē *Sagapenum.*
 tis liquor est, Serapinum officinæ vocant, qua *Serapinum.*
 etiam voce Nicolaus aliquoties vtitur.

Scammonia vel Scamonium.

Sachar veterum duplex fuisse constat. Vnū *Sachar vete-*
 quidem, quod lib. 2. cap. 73. pingit Dioscori- *rum duplex.*
 des, mellis cōcreti genus fuit, in India & fœ-
 lici Arabia in arūdīnibus inuentū, salis modo

DE COMPOS. MEDIC.

*Mel arundi-
nis.
Sal indus.*

coactum, dentibus, vt sal, fragile. Meminit il-
lius etiam Galenus lib. 8. the. metho. cap. 4. Is
certè melleus ros salis modo supra arundines
concretus, nonnullis mel arundinum, ab aliis
verò, à cōcretionē, ac natali suo, sal Indus est
dictus, nostròque hodie Cando vocato sacha-
ro, quod tamē arte tale fit, simile fuit. Eius ho-
die nullus est in officinis vsus.

Mel canna.

*Alterum Sa-
charis genus
Galeno cogni-
tum.*

*Error inter-
pretis Galeni.*

*Sacharum Do-
mitiani tempo-
ribus notum
fuit.*

Alterum Sachar veterum fuit, quod ex radi-
cibus arundinū, & ex ipsis arundinibus expri-
mebāt, eoque veluti liquido melle utebantur.
Hinc est quòd quibusdā mel cannae sit appel-
latū. Afferebatur autem ex Aegypto, Cypro,
Creta, Rhodo, & Sicilia. Hoc itidē vt primum
Galeno, quanquā tum in vsum medicinę non
venerat, cognitū fuit. Id quod omnib⁹ palām
fit legentibus ca. 14. libri quarti de simpliciu
medica. facultatib⁹. Ibidē enim Galenus mol-
liū meminit arundinū radicū, potissimū verò
earū quæ in Aegypto proueniūt, quas dulces
esse ait. Quāquam interpres maximo quidem
errore maluarū pro arundinū cōuertit. In co-
dice enim Græco Galeni diserte scribitur:
ἡ γὰρ τῶν κάρδουων ἀρὶ μαράγγει ἴσται. Galenum autē id
Sacharis gen⁹ cognouisse, hinc euidenter colli-
gi potest. Nō est verisimile, Galenū rerū taliū
diligentē ac solertē indagatorē, rē Domitiani,
immo Publij Terentij Varronis ætate, qui
tū vbi Cæsar imperiū occupauit, vixit, notissi-
mā ignorasse. Exrant enim huius Narbonēsis
Varronis

Varronis versiculi, qui sole clarius mōstrant
id genus Sacharis hoc tempore cognitū fuisse,
eiusmodi scilicet.

Indica non magna nimis arbore crescit arundo.

Illus & lentis premitur radicibus humor,
Dulcia cui nequeunt succo cōtendere mella.

Præterea Lucanus, quem C. Cæsare & L. Cæ
sario consulibus natum esse constat, tertio
Pharsaliæ sic scriptum reliquit.

Quique bibunt tenera dulces ab arundine
succos.

Stattius etiã Papinius, qui Neruz imperato-
ris temporibus clarus fuit, lib. 1. suarum syl-
uarum in hunc scribit modum.

Et quas præcoquit Hypalita cannas.

Strabo quoq; quem sub Octauiano celebrẽ
fuisse constat, lib. 15. vtriusque sacharis men-
tionem fecit. Alterius, dum inquit. Erato-
sthenes arborum radices, præsertim magna

rum arundinum, & natura, & decoctione
dulces esse tradit. Prioris verò, vbi ita de eo-
dem Eratosthene scribit. Dixit etiam arun-
dinem mel sine apibus gignere. Solinus deni-
que, qui Plinij contemporaneus fuit, ca. 65. de
India scribens, inter reliqua sic ait. Quæ palu-
stria sunt, arundinem creat ita crassam, vt fis-
sis internodijs, lembi vice vectitet nauigan-
tes. Eradicibus eius exprimitur humor dulcis
ad melleã suauitatẽ. Hęc ille. E quib; omnib;

Strabo vtrius-
que Sacharis
mentionem fa-
cit.

Plin. de saccharo lib. 12 c. 8.

iam à nobis productis locis abunde constare iudico, Sachar alterius etiã generis ante Galeni tempora notissimum fuisse, adeoque illi quoq; cognitum: quod certe locus ex quarto simpl. medi. libro paulò ante à nobis productus satis testatur, quanquã nullius tũ, vt antea est cõmemoratũ, in medicina vsus. Cæterũ à secũdo Sacharis veterũ genere, nostrũ, quod Arabũ more officinæ Zuccarũ nominãt, non distat nisi cõpositionis modo. Veteres enim suũ Sachar expresserunt, nostrũ coquitur. Non est enim nisi stirpis arundinisve succus, qui per plurimã ignis cõtionẽ dealbatur ac induratur. Prisci enim hãc coquendi rationẽ aut ignorauerunt, aut studio & de industria ea vti noluerunt. Porrò quod purius & candidius est, Tabarhed Arabes, & officinæ Finum, inepta admodũ voce, appellãt. Quod minus est expurgatũ & coctũ, Rubrũ cognominãt. Huius nostri sacharis nõ tantũ Arabes sed & põsteriores Græci Aduariº & Nicolaº meminerunt, illisq; in frequenti vsu fuit.

Nostrum zucarum à Sacharo alterius generis non nisi cõpositionis modo distat.

*Tabarhed.
Finum
Rubruum.*

Sanguis draconis Serapionis.

Sanguis draconis officinarum triplex.

Sanguis draconis Serapionis nõ est nisi succus herbæ Achilleę, quę etiã Sideritis dicitur, vt lib. i. paradox. ca. 29. euidentissimis rationibus demonstrauimus. Eius hodie in officinis nullus est vsus. Sanguis verò draconis qui in officinis passim habetur, triplex est. Vnus quidem factitius & adulterinus prorsus, ex pseudobolo armenio, succo sorborũ, & sanguine hircino

hircino, vel aliis rebus subactis, & in orbiculos aut pastillos in sole aut furno cōformatis cōstat. Eū prorsus abiicere cōuenit. Alius est liquor cuiusdā arboris magnę, nuper in Lusitanorū insulis inuenta. Eā tradunt esse instar colūnæ, absq; ramis, foliis spatulæ foetidæ vocatæ similibus, crassiorib⁹ tamē, cortice subcinericio, & vnā cū vniuersa arbore rubro liquore pleno. Lignū subinde ei⁹ arboris in frustra confectum decoquūt, liquorēq; inde collectū igne aut sole defant. Tertius officinarū sanguis draconis est eiusdē arboris gummi. Nam arbor hęc scarificata liquorē aut verius lachrymā emittit sanguineā, perīde atq; larix resinā, quā instar gūmi densatā è cortice abradunt in colæ, nec vilius vendunt. Cuius rei testis est Aloisius Cadanustus Venetus patricius, qui ca. 4. suæ nauigationis ita scriptū reliquit. In Insula Sancti portus sanguis draconis reperitur, qui lachryma est cuiusdā arboris. Nā statō tēpore āni arbores ferro sauciāt, quæ vbi sunt incisæ, anno sequēti gummi per incisioēs emittūt. Gūmi verò ahenis decocta sanguis efficitur, quē Draconis appellāt. Eius arbor pducit fructū Cerasi instar Martio mēse, gustu eximiū, coloris veneti. Hęc ille. Lachryma melior est gūmi. Facileq; discernuntur, in gūmi. n. cortices arboris manifeste deprehēdūtur, ī lachryma absunt. Vterq; sanguis draconis gustu adstrictionem quandā præ se

Lachryma &
gummi quo-
modo discernuntur.

DE COMPOS. MEDIC.

fert, ideóque pro vero sanguine Draconis veterum, qui hodie ignoratur, vsurpari potest. Quid autem fuerit verus sanguis Draconis, in capite de animalibus, & eorundem partibus dicemus.

Thapsia.

Thapsiæ liquor herbæ ferulaceæ.

De lachrymis.

C A P. X.

Lachryma.

Lachryma, Græcis δάκρυον dicitur, humor est ex stirpe sua sponte defluens, ac gummi modo concrefcens. Sunt autem sequentes in officinis vsitatæ lachrymæ.

Bdellium.

Bdellio vero destituuntur officina.

Bdellium lachryma arboris est Sarracenicę. Vero tamen Bdellio caret officinæ. quo enim vtuntur, amarum non est, & si accendatur, gummi odorem redolet.

Cancamum.

Lacha.

Lacha officinarum.

Cancamū lachryma est Arabici ligni Myrrhę quodāmodo similis. Lachan pafsim Actuario dicitur, Arabibus Lacca, id quod ex collatione, Græcorū qui Cancamū vocāt, cū Serapione fit euidentissimū. Lacha verò q̄ pafsim in officinis prostat, nō est neq; Dioscoridis & aliorū Græcorum Cancamus, neq; Serapionis Lacca, quod odore profus careat, neque cum Myrrha vllam affinitatem habeat. Sciendum autem tres res Lachæ appellari nomine. Vnam, quæ est verum Cancamū, hodie ignoratum. Alteram factitiā, quæ Venetiis & aliis locis paratur è cocci fœce, & aliis rebus, qua pictores maxime vtuntur. Tertiā, ex qua

ru.

ruber color fit, qui vulgo Carmesinus appellatur. Hæc tinctoribus est expetita, hincque à Nicolao in antidoto è lacca, infectorū lacca, Arabibus autem rubra lacca nominatur. Roris modo supra furculos arborum infidēs, præsertim Mespili, & coalescens in gummi. Infectores floccorum purpuræ eam macerāt, vt dictum est, vt colorē ebibant lanæ: & quod remanet, lacca esse dicitur. Hoc modo solet elui. Ramuli & frutices qui hoc scatent gummi, feruēte aqua, in qua Aristolochia & Iuncus odoratus inferbuerint, resperguntur, & pistillo subiguntur, dein aqua, quum sidunt, emittitur. Quod si nō perluceat, idē op^o subire oportet, dein in vmbra siccare, & ita recōdere. Quæ omnia ex Isaac sentētia Serapion recenset. Vt hinc omnib^o perspicuū sit Serapionē miscuisse ac cōfundisse inter se Cancamū, q̄ lachryma est, & laccā, quæ gūmi est, vulgōq; Charmes & Chermesim dicitur, ex quo floridus ruber fit color, qui Charmesinus nūcupatur, quod Antonius etiam Musa tradit.

Serapion Cancamū & Laccam confundit

Caphura, vel vt hodie loquūtur, Camphora, *Caphura.* post Dioscoridis, Plinij, Galeni, & Pauli seculum inuenta, aut saltem ad vsum reuocata, ideóque recentioribus tātum Græcis, Aëtio, Aëtuario, Nicolao, Simeoni, & Arabibus celebrata est. Ea quidē duplex. Vna natiua, quæ bituminis est genus. Hanc Serapio copiosam gigni scribit, quū terra crebris motibus cō-

DE COMPOS. MEDIC.

conquassatur, quæ tum nõ raro magnam vim tam sulphuris quàm bituminis solet profunderi. Et hæc quidem Caphura non calore, sed tenuitate partium, à candida Babyloniorum naphtha differt. Altera est factitia, q̄ scilicet ad nos in pastillis affertur. Fit autem hunc in modum. Indicum bitumẽ quod ex nativa efflorescit caphura, in vase subiectis carbonib⁹ ardentibus coquitur, eiúsque partes tenuissimæ in candidum colorem versæ in operculũ feruntur, quod ipsis collectis eam, quam videmus, dat figuram. Esse autem Bituminis speciem hinc etiam liquet, quòd nõ minus ac reliquum bitumẽ & facile ignẽ concipit, & ardet. Cæterùm Arabes quidã, & iuniores Greci, inter quos est Simeon Sethi, aliam de caphura opinionem habent, scribuntq; lachrymam esse arboris Indicæ adeo patulis ramis diffusæ, vt sub ea centum homines umbram captare queant. Nasci in montibus mari vicinis. Lignum eius arboris esse album, leue, & ferulaceum, addunt. Ludouicus Romanus patricius lib. 6. suæ nauigationis cap. 26. Borneam insulam mittere quotannis assatim Caphuram testatur. M. Paulus Venetus lib. 3. suæ nauigationis cap. 19. in regno Fansur optimã nasci Caphuram, quæ auro adæquetur, tradit. Ea forte est regio quæ à Serapione, de sententia Isaac, Fassella dicitur. Natiuæ color non vnus, nam aut alba est & dilucida, habens maculas

culas subrubras; aut alba & obscura, aut fusca. Factitia verò semper est alba. Sapor eidẽ mistus. acris enim & amarus, vnde omnibus perspicuũ sit Camphorã esse calidam. Quod inde etiam liquet, quòd caphuræ natura adeo est ignibus amica, vt si eos semel conceperit, vsque dum tota consumatur, ardeat. Quin si stiria ea fuerit oblita, accesa nõ extinguitur, dum vlla caphuræ particula fuerit reliqua. Hinc etiam quòd calida sit, deprehenditur, quippe tenuissimis constat partibus. Frigida enim nequaquam tenuiũ, sed crassarum sunt partium. Quapropter in aërem sublata & suspensa sensim dissoluitur, & euanescit. Quod quum sciant pharmacopolæ, in vase includunt milium, aut lini semen, eoque caphuram obruunt. Quare ex Mauris quidã recte scripsit eam in secundo ordine esse calidam & siccam. Natiua verò vt sit minus calida quã factitia, tamen eam quoque esse calidam necesse est. Vtraque igitur caphura in vsu medicinæ calefacit & exiccat. Quomodo enim multus Caphuræ vsus, vt Rasis tradit, vigilias faciet, si erit in tertio ordine frigida? Sed ea de re plura etiam doctissimus vir Georgius Agricola in lib. 4. de fossilium natura. Caphuram autem propter vulgi opinionẽ inter lachrymas recensuimus, commodiorem locum habitura inter ea quæ ex aquis sumuntur cum bitumine, cuius genus est.

DE COMPOS. MEDI.

Hederae lachryma.

Hederę lachryma in caudice aut trunco interdū eius cōcrescit. Hęc Dioscoride & Gale no testib. psilothrū est. Quare quod officinę gūmi hederę appellāt, falsimq; vendūt, nō est legitimū, sed planē spurīū & adulterinū, quōd nedum non sit psilothrū, sed quōd gustu neq; mordax sit, neq; calorē aliquē prę se ferat. Hic error facile ex officinis explodetur, si Seplesia rj ipsi ex Hedera lachrymam decerpere studebunt.

Gummi hederę officinarū non est legitimum.

Myrrha.

Myrrhę parū tutius vsus existit.

Myrrha arboris Arabicę est lachryma. Officinarum autem myrrhę omnino adulteratę parū tutus est vsus. Sunt qui putent esse Bdelium. Ego alteram speciem Myrrhę apud Dioscoridē, quę illi Caucahis dicitur, esse censeo.

Myrrha stacte.

Myrrha stacte, id est stillatitia, nihil aliud est, quā recentis myrrhę expressa pinguitudo. Ex myrrha enim recente, pingui, & solo letiore nata, largior exudans cum aqua pauca tūditur, pōst machina exprimitur, colore pallido, amaritudine præcipua, odoratissima.

Storax liquida.

Officinis Storax liquida dicitur, quū Styraç potius liquidus illis dicendum esset. Stacten autem esse Styraçem liquidum, Græcorum & Arabum inter se in eius historia collatio abunde docet. Eius fex Arabum familię Storax rubea dicitur.

Storax rubea.

Gummi Elemi.

Oleę Aethiopicę lachryma officinis inter Gummi recensetur, atque illis gummi Elemi corrupta voce appellatur. Nam oleę vox primum

mum in eleæ, postea in elemi ab imperitis est
deflexa. Videntur autem officinæ vera oleæ,
feu vt ipsæ nominant, elemi lachryma carere,
quòd cum Scammonia similitudinem non ha
beat, nec ruffa sit, nec gustu mordax.

Resina Lentiscina, id est Mastiche, officinis *Mast. he.*
Mastix nominatur.

Terebinthina quæ passim venditur, nõ est
legitima. flau enim coloris est, quum vera te
rebinthina sit alba, vel cerulea, vel colore vi
tri, perlucida, odorata, & Terebinthum refe
rens. Quare quæ pro Terebinthina, vel vt ip
si loquuntur, Terpétina, veditur à Seplasiarijs,
Laricea est. Ea autè Terebinthinæ pmodum
similis est, ob id in huius penuria illa vti licebit.

Colophonia, Dioscoride lib. 1. ca. 78. autòrè,
liquida è pinu & picea resina est spòte manãs.
Hęc quia olim nõ ex omni loco, sed Colopho
ne potissimùm Asiæ ciuitate petebatur, Colo
phonix sibi nomè vèdicauit. Liquidã verò pi
neã resinã duplicè fuisse constat. Vnã quidem
purã, & alienorũ cõmixtione carentem: quæ
vtribus asseruabatur ac portabatur, Theo
phrasto lib. 9. de historia stirpiũ ca. 2. teste. Al
terã impurã, quæ s. ligna & lapidosa corpora
in se habuit. Hãc Galenus lib. 3. de cõpo. med.

κατὰ γινῶσι vocat *συνομισην*, eò quod impura aduehere
tur in figulinis, siccilibus amphoris seu dolis.
Hinc est quod eandem multis in locis resinã *ἐν τῶν
πρωμίνων* id est ex siccilibus appellet. *πρωμίνων* enim

*Terebinthina
vera officina
destituta.*

Colophonia.

*Liquida pinea
resina duplex.*

*συνομισην.
Resina ex fi
cilibus quæ.*

M

DE COMPOS. MEDIC.

Græcis fictile significat. Porrò cruda & liquida resina, Plinio lib. 24. ca. 6. attestante, rarò vsi sunt medici. coctâ. n. & vsâ magis vsurparunt. Fit autè per coctionè ac vsionem resina arida & friabilis, quod manifeste Dioscorides lib. 1. ca. 78. & Aëtius lib. 1. testâtur, vbi vterq; coquedi & vrèdi resinâ modû docet. Hac autè lege coctâ & vsâ resinâ Græci φρυτήν, hoc est frixâ & tostâ nominauerunt. Neq; huic quod iâ diximus, obstat quod Galenus lib. 3. de cōpo. medi. ca. 2. & 4. φρυτήν appellat quæ eliquata percolatur ac purificatur. Nâ priusquâ resina torretur, vt eliquata percoletur necesse est, Dioscoride etiâ ipso attestâte, vt .f. quod in ea fordidum ac lignosum est, secernatur. Quocirca tosta coctâq; esse nequit resina, nisi eadè prius depuretur. Quod dilucide admodum testatur Galenus ca. 2. iâ citati libri, vbi ita scriptû reliquit. *δύσκολα δ' ἴναι τῶν μαλακῶν ἀνάφραξις τῆς τοῦ φρυτῆος.* Quippe iis verbis diserte innuit non differre abinuicem impurâ & haud tostam. Proinde nihil refert vt rû impurâ, minimèq; colatâ, aut nò tostam frixâmve dixeris resinâ. vt. n. φρυτήν fiat, necesse est prius repurgetur. Cæterû hoc modo tostam frixâve resinâ, vt lib. iâ citato testis est Galenus, nōnulli, etsi falso, Colophoniam appellauerunt. Qui sane error ad hæc vsq; secula nostra promanauit. Nâ in hodiernû vsq; diem frixâ & tostam resinâ officinæ Seplastiariorû Colophoniam

Resina frixa
& tosta.
Obiectio di.
luitur.

Resina impu-
ra & non to-
sta eadem.

Tosta resina
falso Colopho-
nia appellata.

niam, & Græcâ picē appellant, picis nomine
improprie vtētes. Veteres nāq; quod ex viuē-
tibus destillat arborib; resinā dixerūt. Quod
autē ex incensis pinguisimis harū arborum
lignis in furno effluit, picē, eamq; liquidā ap-
pellauerūt. Hanc hodie officinæ Nauale picē
vocat, quā tamen à Zopissā Dioscoridis, vt

G. ica pix.
Resina quid
proprie.
Pix quid pro-
prie.

κοπίσσα.
quæ sit resina cū cera nauibus derasa, differre
cōstat. Liquida verò pix decocta in siccā coit,
quā Dioscorides

καλιφονία, hoc est, bis picem
nominat. Vera autē Colophonia peculiaris
fuit resina Mastichæ similis. Quod euidenti-
sime testatur Galenus lib. 7. de cōpo. medi. uæ.

Colophonia
vera quæ.

κα γίνεσθαι, in eū scribens modū, ἡ πικρὰ τῆν πικρίων, καὶ

φρουρῶν. ἐν τῶν εἰώθεσσι καὶ πολλοὺν ἀναμάσσειν ἰστίον ἐστὶ καὶ

ἄλλα τίς ἐστὶ πολλοφονία πικρὰ καὶ ἰστίον, καὶ αὐτὴ

ἢ ἰστίον ἢ καὶ τίς ἐστὶν. id est. Consueuerunt picē, & frixā

resinā, etiā Colophonīā nominare. Sciendum

verò quòd & alia quædā est Colophonia Ma-

stichæ chix similis, emolliēdi aliquā habēs fa-

cultatē. Quā Galeni sententiā Plinius quoq;

cōfirmat li. 14. ca. 20. ita scribēs. Colophonia

resina præter cæteras est fulua. si teratur, al-

ba fit, grauior odore, & ob id ea non vtuntur

vnguentarij. Vnde satis liquet veterib; tripli-

cem fuisse Colophoniam. Vnam pineam & pi-

ceam ex Colophone allatam. Alteram resinā

frixam. Tertiā verā, quæ Mastichē referebat.

Styrax lachryma est arboris Syriacæ, & ca-

lamites quod in arundinibus afferatur, pro-

M ij

Triplex vete-
ribus Colo-
phonia.

Styrax.

DE COMPOS. MEDIC.

Arabii error. batis autoribus nominatur. Officinis Storax calamita vocatur. Arabes hallucinantur qui ex eadē arbore liquidū, & calamitē Styracem colligi censent. Eius arboris pictura est in altero tomo.

Sarcolla. Sarcocolla arboris Persicæ lachryma est.
Succinum. Succinū seu Succina gutta, à succo ex quo concrevit dicta, Græcis ἑλιτρον, quodd tritu calefactum ad se trahat paleas, aliâsq; res tenues & minutas, appellatur. Hinc est quodd Dioscorides lib. 2. cap. 73. etiam *πικρυγαφίρον*, hoc est, pēnas seu paleas ad se alliciens nominat. Mauri

Charabem. & officinę persicæ voce Charabe, si fuerit Germanicum: sin Arabicum aut Indicū, arabica

Ambrascina. Ambram citrinam vocant, ad alterius Ambrę quam griseam appellant, de qua suo loco, differentiā. In orbiculos & verticilla quibus religiosę foemine suas preces numerant, effingunt. Succinum autem esse pingue terrę succum qui in mare influit, Nicias recte sensit. Quoniā verò pingue est Succinū & ardet, vt sulphur aut bitumē sit necesse est. Esse autē bitumen potius q̄ sulfur, indicāt fontes varij coloris bitumē effundētes, candidū. s. luteum, rufum, nigrū, in nigro purpureū, in nigro cæruleū. Indicat artificiosa illa coquēdi ratio, qua vertitur partī i oleū sui coloris, partim i bitumē nigrū, qđ atritu fit purpureū, qđ que adeo simile Iudaico, vt ab eo distingui non possit.

Thus. Thus lachryma est Arabicę arboris. Officinis

nis articulo græco adiecto olibanus nominatur. Mannâ autē thuris Græci vocant exiguas *Manna thuris.*
 micas thuris ex magnis fasciculis glebifve *vis.*
 cōcussu motūve elisas, à thure læuigato diuer-
 sas. Nam, Galeno lib. 4. de cōpo. medi. κατὰ γίνε-
 teste, fragmēta quædā exigua corticis thuris
 ei mannæ inhærent, à quibus exiguū quiddā
 adstrictionis assumpsit, quo ab ipso thure dif-
 fert, vt quo magis adstringat. Hinc est quodd
 lib. 5. the. meth. Galenus Mannâ *συνήκιστον ἐστὶν*
φάρμακον τῷ λιθωνιτῷ diserte scribat. Quapro-
 pter Ioānes Cornarius locū Galeni lib. 3. the. *Cornarius*
 meth. recte se habentem stulte admodum de- *notatur.*
 prauauit. Legitur enim recte *λιθωνιτονικὴ μάννη.*
 Vult enim Galenus non tantūm thus, sed &
 thuris mannâ esse adiiciendam.

Tragacanthos, Tragacantha, vel Tragacā- *Tragacantha.*
 thon lachryma est, Dioscoride attestate, q̄ ra-
 dicib. vulneratis emanās, cōcrescit. Officinis
 Dragagātum deprauata nō nihil voce appel-
 latur, & perperâ in genere gūmi habetur. Sūt
 tamen qui gūmi Arabicum officinarum, Tra-
 gacanthum esse putent.

De Gummi. CAPVT XI.

Gummi est lachryma in truncis arborum *Gummi.*
 concreta. Vitrata hæc sunt in officinis.

Arabicum gummi ex Acacia quadā Aegy- *Gummi ara-*
 pti spina manat in vermiculorum speciem cō- *bicum.*
 tractum, vitri modo perlucidum. Dicitur etiā *Thebaicum.*
 Galeno thebaicū, aliis Babylonicum, à Baby *Babylonicum*

DE COMPOS. MEDIC.

Officinarum
gummi arabici
cum adulterinum.

Iuniperi gummi.

Sandaracha
quid officinis
Vernix.

lone Aegypti attingentis Arabia. Officinarum gummi Arabicum vix esse legitimum potest, sunt enim illi comixta varia aliarum arborum gummi. Amygdalae amarae. Cerasi. Cedri.

Iuniperi gummi veteribus non memoratur Graecis. Plinius tamen, & inter posteriores Graecos Actuarius & Nicolaus eius saepe mentionem faciunt. Officinis & Arabes sequentibus medicis Sandaracha & vernix, quae rore verno magis crescere, appellatur. Picioribus in multo est usu.

Pruni gummi, potum in vino calculos frangere dicitur.

De corticibus. CAP. XII.

Corticibus partim est fructibus, partim est radicibus arborum & herbarum sumuntur, atque earumdem nominibus appellatur. Visitati autem hodie in officinis Seplasiariorum sunt qui sequuntur.

Aranciorum, aut rectius aurantium, de quibus ca. 6. diximus.

Cassia officinarum / puria.

Vera cassia est
Cinamomum
visitatum.
Canela.

Fistula cassiae.
Lignea cassia.

Cassiae cortex officinarum, quae nec acris gustu, nec odoratus sit, est Pseudocassia, aut, ut alij quidam censent, cortex cuiusdam generis genistarum. Vera autem Cassia non est nisi Cinnamomum officinis passim visitatum, quod Nicolao & aliis Canela & Canella nominatur. Videntur enim huic convenire notae Cassiae quae sunt apud Dioscoridem. Habet & alia apud Actuarium & Nicolaum posteriores Graecos nomina. Nam *σβύριξ τῆς ναοίας*, hoc est fistula Cassiae, & *ξύλον ναοίας*, id est lignea cassia, qua appellatione

ne

ne adhuc officinæ vtuntur, dicitur.

Capparis radicem.

Cinnamomo vero hodie destituuntur officii *Cinnamomo ve-
ro destituta
officina.*
næ. quo enim sub hoc nomine vtuntur Seplarij, Casia est vera, vt paulo ante est com-
moratum.

Citrei mali, citri officinis dicitur.

Punicorum malorum, granatorum officii *Mala grana-
ta.*
næ appellant.

Macer cortex flauescens, crassus, gustu per-
quã adstringens, ex barbaria aduehitur Dio-
fcoride autore. Galen^o etiã corticẽ esse gustu
multũ acerbo, cũ leui quadã acrimonia odo-
rata esse tradit. Eũdẽ i tertio ordine exiccare
adiicit, in calore autẽ & frigore esse tẽperatũ.

Macis Arabũ extrema est membrana ac folli-
culus qui nucẽ moschatam propemodũ totã
tegit ac vestit, tenuis, fusca, aut flaua, odora-
ta, sapore subacri, altero liueo nucis inuolu-
cro cohærens. Calida & sicca, Auicenna teste,

in secundo ordine. Ex quibus ferẽ suspicio fit
Macem & Macerẽ esse res diuersas. Nam etsi
odore & colore quadantenus conueniunt, ta-
men in aliis distãt. Macer enim cortex crassus
est, macis cõtrã tenuis. Macis sapore subacris
est, macer perquã adstringens. Macis calidus,
macer autẽ tẽperat^o cortex. Quod si itaq; iter
se differũt, Macer certe hodie incognitus est.

Fraxini cortex. Eius arboris pictura est in
altero tomo.

M iiij

Mandragoræ.

Nucis iuglandis.

Raphani.

Sambuci.

Tamaricis, officinis tamarisci dicitur.

Thuris.

De lignis.

CAP. XIII.

*Agallochon.
Dioscoridis lo-
cus restitutus.*

A Gallochō est lignū quod ex India & Arabia, Dioscoride autore, defertur, Thuiæ ligno simile, solidū, cōpaētū: nō maculatū, vt interpretes ferè omnes Dioscoridis reddiderunt: non enim ἰσχυρίων legendum, sed potius, vt habet Aldinus codex, ἰσχυρίων, hoc est constrictum, compactū, & solidum. Quod monēdum hoc loco duximus, ne quemadmodū plerique putarunt, lignum aloës verum esse non putaremus, nisi quod esset maculatū, seu punctis interstinctum. Satis enim est, si reliquis etiam notis accedentib. sit compactum, odoratū, gustu adstringēs, & subamarū. Accedit quodd neq; Serapion, neque Auicēna macularum & punctorum meminerint, sed vterque durum, & ponderosum seu graue, quale certe est id quod compactū & solidum existit, esse feribit. Dioscorides quidē eius corticē corij habere similitudinē, & versicolore esse tradit, non tamen lignū ipsum. Quare interpretum Dioscoridis conuersio qui ἰσχυρίων legerunt, & maculatum interpretati sunt, prorsus repudianda erit, & ἰσχυρίων cum emendationibus cōdicib. potius legendū. Xylaloe Aëtio,
Nico

Xylaloe.

Nicolao, Actuário, & Simeoni Sethi recetio-
ribus Græcis, dicitur officinis lignum aloës. *Lignum aloës.*

Qui itaque verum lignum aloës cognoscere
cupit, is ad notas superiores è Dioscoride præ-
dictas respiciat. Sūt qui optimi hanc esse pro-
bationem scribūt. Si coniectum in carbones
thuris modo liquefcit, lachrymamve fundit,
& odorem spirat bonum, diūque antequā ab
igne absumatur perdurat, legitimū optimū-
que erit.

Aspalathus optim⁹ est grauis, detractō cor-
tice rubens, aut in purpuram vergens, dēsus, *Aspalathus.*
odoratus, gustu amarus. Est & alterum genus
candidum, lignosum, sine odore, quod deterius
habetur.

Bersilium vel Bresilium, vel verzinium, à *Bersilium.*
Verzinia vrbe Indiæ vnde aduehitur dictū.
Medicorum in vsum nōdum venit, sed velle-
ribus imbuendis expetitur. Qui librorum
mangonio dant operam, segmenta ligni ace-
ro tantisper macerant, dum omnem coloris
vim ad se rapiat, cui nonnihil gummi, ne char-
tas penetret, adiiciunt.

Gaiacum officinæ Guaiacum nominant, li *Gaiacum.*
gnum nuper inuētum, morbis ex humoribus
frigidis natis mirifice conferens.

Santalū triplex Nicolao & Actuário Græ *Santalum.*
eis est, candidum, rubrum, & luteum. Præfer-
tur in iis generibus luteum. Secundas partes
obinet rubrum, tertiam sibi sedem arrogat

DE COMPOS. MEDIC.

album. Tertiam sibi frigidorum classẽ as-
sumit Santalum, sed rubrum ceteris frigidius
existimatur: sicca tamen omnia in secũdo re-
cessu. Quod officinæ vsurpant, potissimum
flauum, quod illæ citrinum appellant, linguã
acrimonia sua pungit, vt calidum sit, adeoq;
cedri, vel alterius aromaticæ & calidæ arbo-
ris lignum: nec eo vtendum temere in calidis
morbis medicis erit. Officinis Sandalum v-
nius literæ commutatione dicitur.

Tamariscus.

Tamarix, tamariscus officinis.

Viscum quernum, vel vt officinæ vocant
quercinum.

*Xylobalsamo
carent officinæ*

Xylobalsamum probatur recens, sarmen-
to tenui, fuluum, odoratum, quadantenus o-
pobalsamũ spirans. Quare quod officinæ mõ-
strant, Xylobalsamum nõ est, quum ab iis no-
tis plurimum absit.

De pinguedinibus & adipibus. CAP. XIII.

*Pinguedo.
Adeps.*

Pinguedo propriè est quæ Græcis *πικρὴν* di-
citur: adeps autem seu seuum, quod *ιὴδὲ*
σίωπ nominatur. Differt autem, Galeno lib. II.
de simpl. medicamen. facul. autore, adeps seu
seuum à pinguedine, quòd crassius sit. Hinc
est quòd animantibus vniuersam naturã ma-
gis terream habentibus seuum proueniat, ve-
lut humidioribus pinguedo. Quare pingue-
do in ignem posita celeriter liquefcit, nec fa-
cile vbi liquata fuerit, rursus cõcrefcit ac co-
gitur.

gitur. At seuū adepsve nec facile funditur aut liquefcit, & fusus celerrime coit, ac cōglaciatur, multōq; apparet pinguedine durior. Tamen non defunt qui omnem oleosam & pinguem in animantibus substātiā adipem appellāt. Sed & pinguedinem totum hoc genus nominare licet. Sunt autem in officinis vſitatæ pinguedines huiusmodi.

Anatina.

Anserina.

Ardeæ.

Capi, caponis barbara voce officinis.

Canis.

Ceruina.

Caprina.

Felis, cati.

Gallinacea.

Hircina.

Humana.

Leonina.

Suilla, porcina.

Tauri.

Taxi.

Vitulina.

Vrsina.

Vulpina.

Vulturis.

Canina.

Ceruina.

Bubula, vaccinā

officinæ vocāt.

Hircina.

Tauri.

Vitulina.

Medullæ

De ossibus actestis. CAP. XV.

OS à corde cerui exemptum, humanū cor *Oss cordis ceruini.* totius substantiæ similitudine roborare

DE COMPOS. MEDIC.

inter posteriores Græcos Actuarius & Nicolaus, cum tota Arabum Schola tradunt. Veteres Græci medici eo non sunt vsi. Certum verò est os nō esse, sed osseam potius cartilagineam. Quæ proferuntur à pharmacopolis, piscium potius, aut grandius agni hyoidis ossis ossicula sunt.

Os cornu ceruini.

Caprinum.

Ebur.

Humana ossa. Humana ossa vsta admodum discutunt ac deficiant.

Os sepiæ. Testa sepiarū, os sepiæ appellant officinæ, dentifriciis aptissima est.

Mater margaritarum. Testa concharum, officinis mater margaritarum seu perlarum dicitur.

Vnguis odoratus. Vnguis odoratus, qui Græcis onyx nominatur, Conchylij operimentum regumētūmve est, ei simile quo purpura integitur, in India nardiferis lacubus inuentum, suauē odorem spirans.

Blattium byzantium. Differt ab eo quod Actuarius ac Nicolao βλάττος & βλάττιον βύζαντος appellatur.

Nā vt testis est Nicolaus multis in locis, Blattium byzantium siue byzantis non est nisi ἄσπρον τῆς βύζαντος τῆς πορφύρας: id est, os narium purpure. Blattium autem dictum est, quòd de purpura Indica, quæ recentioribus Græcis blattiū vocatur, sumptum sit. Et Latinis etiam blatteus color pro purpureo dictus est, vt à Fauio Vopisco in Aureliano, & ab Eutropio in Nerone

rone, qui ait. Retibus aureis piscaretur, quæ
blatteis funib⁹ extrahebat. Officinæ hodie os
hoc quod in ore aut naribus purpuræ reperi-
tur, Blattam byzantium vocant.

Vnguis caprarum.

Vnguis asinorum.

Vnicornis, Græcis ^{μονόκερος} nuncupatur, & Vnicornis.
Rhinoceros. Hodie eius vsus frequens aduer-
sus affectus pestilētes, ac venenatos, & puero-
rum nobilium lumbricos.

De animantibus, & eorundem partibus.

CAP. XVI.

Castorium siue testes Castoris animantis *Castorium.*
Cancipitis, cauda piscosa, pilo superne cani-
no, pedibus posterioribus anseris, anteriori-
bus simiæ aut canis, dente validissimo.

Cancrorum fluuiialium vstorum cinis ad
morsum ranis rabidi laudatur.

Cantharides probantur in frumentis inuē *Cantharides.*
tæ, Dioscoride autore, & quæ luteas in alis
transuersas lineas obtinent, corpore longo,
crasso, blat tarum modo præpingues. In harū
vsu diligenter animaduertendum à medicis
erit, quando integris vtendum sit, & quando
caput ac pedes auferre conueniat. Quum ex- *Quando inte-*
trinsecus corpori ad tollendas impetigines, *gris canthari-*
pforas, lepras, & scabros vngues admouētur, *dibus, &*
nihil prohibet corpore solo cantharidum ab- *quando mi-*
iectis pedibus, capitibus, & alis vti, quod ni- *nus vti liceat.*

DE COMPOS. MEDIC.

mirum hac ratione magis erodant, utpote
 iis quæ erosionem impedire possunt, abiectis.
 Alas autem & pedes Cantharidum maleficio
 aduersari, in primis testatur Dioscorides, qui
 lib. 2. cap. 53. manifeste scribit, pennas pedes-
 que cantharidum iis qui eas in potu hauserunt
 esse *ἀντισημανον*, id est, remedium, Aëtius quo-
 que lib. 13. cap. 49. ita scriptum reliquit. Can-
 tharidibus haustis contrariæ affectionis ratio-
 ne, quantum nihil aliud, auxiliatur Canthari-
 dum alæ & pedes cum passo potest Plinius de-
 nique lib. 19. cap. 4. de Cantharidibus in hunc
 scribit modum. Conuenit inter omnes, pennis
 earum auxiliari, in quacunque parte sit vene-
 num. Idem etiam lib. 11. cap. 35. ita scriptum reli-
 quit. Venenum hoc remedia secum habet. alæ me-
 detur, quibus demptis letale est. Hinc est quod
 prudenter admodum Galenus lib. 11. Simplicii
 totas cantharides tam in exteriori quam in-
 teriore usu esse usurpandas docet. Quippe
 præstat, in externo etiam usu, ut cantharidum
 corpora mitius erodant erodant, adeoque vis
 illarum venenata nonnihil obtundatur, quam ut
 de integro suam facultatem magno cum ægrotan-
 tis periculo, imò non raro presenti eiusdem in-
 teritu, exerant. Quapropter plurimum errant
 qui alas & pedes in interiori usu abiiciendos
 esse docent, quum totis potius sit utendum. Si
 enim integræ exhibentur, tum non indigent
 iis quæ vim illarum corrigunt, quum secum ha-
 beant;

*Alas & pe-
 des canthari-
 dum maleficio
 aduersantur.*

*Medicorum er-
 rot.*

beant, nempe alas & pedes, ~~que~~ veneno earū
dem mederi possunt. Proinde si ab imperitis
medicis ea quæ corporum cantharidum no-
xā corrigunt, negligantur temere, tamen ni-
hilominus ab ipsis min⁹ sit periculi oportet,
quā si alis & pedibus abiectis sumptæ fuissent.
Præstat itaq; perpetuò totis vti cātharidib⁹,
nisi vbi vehemēter erodēdi nobis cōsiliū est.

Cerebella passerum prolificis remediis mi-
scentur. *Cerebella pas-
serum.*

Cerebrum leporis.

Coagulū leporis omnium præstantissimū.

Cochlea, limaces officinis nominantur. *Limaces.*

Hirundines.

Iecur lupinum.

Iecur caprinum.

Iecur canis rabidi.

Intestina lupi.

Lūbrici seu intestina terræ. Officinis ver-
mes nominantur. *Intestina ter-
ræ.*

Mumia Rhazis hominū est liquamē, aloe, *Mumia Rha-
zis.*
myrrha, & id genus aliis in sepulchris condi-
torum. Calida & sicca ordine tertio. Adstrin-
git. Serapionis Mumia Græcorum est Pissa, *Mumia Sera-
pionis.*
sphaltus, de qua infra dicemus.

Pulmo vulpis.

Renes scincorum.

Scinci. Stincos officinæ cōmutatione vni⁹ *Scinci.*
literę appellāt. Scine⁹ autē animal est in aquis
degens, lacertæ magnę simile, sed vētricosius,

DE COMPOS. MEDI.

*Offinarum
scana spurij
sunt.*

cauda lata, vt anguilla, ad natandum apta. Quapropter quos officinæ subiciūt cū duabus caudis, veri nō sunt, quōd veris multo minores sint, nec latam caudam habeant. Aegyptij itaque non sunt, sed ex Vincētino agro allati.

Viperæ caro.

Vulpes tota.

Margarita.

Vniones seu margaritæ velluntur ex quodam Concharum genere laues, Perlas officinæ vocant. Harum aliquæ perforatæ sunt, alia integræ, quæ quidē reliquis sunt meliores.

De iis quæ ex animantibus sumuntur.

CAP. XVI.

Bombyx.

BVtyrum. Bombyx Iulio Pollucivermis est, à quoraneorum modo fila nentur, quæ in vestes texuntur. Sericum autem huiusmodi fila appellant, vt paulò post fufius dicemus.

Sericum.

Cafeus.

Moschus.

Fel tauri. Hirci. Accipitris. Leporis Piscii. Moschus Paulo, Aërio, & Aëuario, cæterisque recentioribus Græcis testibus Gazellæ dicti animalis Dorcadi seu capræ similis pus est in vmbilico maturum. Est id animal vnico armatum cornu, prægrandi corpore. Quum ruit in venerem quasi furiis stimulatam, ei vmbilicus intumescit, vomica prægnans, cōgesto inibi crassiore sanguine: quo tempore & pabulo & potu fera abstinet, in terraque

terrâque crebro voluitur. Qua quidem ver-
satione umbilicum lutofo fœculentôq; san-
guine, qui ibi coierat, turgentem exprimit, e-
missâque sanies post aliquod tempus sibi ma-
gnam odoris suavitatē adsciscit. Hæc Aetius.

Officinis Muscus dicitur.

Oesyphus est succidarū lanarū pinguitudo. *Oesyphus.*
Recentiores Græci, Paulus nimirum & Nico-
laus, *ἰσωνον ὑγρὸν*, hoc est Hyssopum humidam, *Humida hysso*
vocant. Quos sequentes qui hodie medicinā *pus.*
faciunt, etiam hyssopum humidam, ab Hyssop-
o herba separare volentes, appellant. Gale-
nus autem & Dioscorides *ἰσωνον* perpetuo no-
minant.

Sanguinis vsus est potissimum hircini, co-
lumbini, leporis, suilli, & vespertilionis.

Sanguis draconis veterum, Plinio lib. 33. *Sanguis draco-*
cap. 7. teste, sanies est Draconis elisi elephan- *nis veterum.*
torum morientū pondere, permixto vtrius-
que animalis sanguine, qui subinde terra mi-
xtus colligitur, ac in pastillos ac rotundos or-
bes conformatur. Hodie ignoratur.

Lac omnis generis.

Lactis serum.

Sericū vellus est quod vermiculi Seres no- *Sericum.*
minati pedibus explicantes nent, & congesto
glomeri se condentes emoriuntur. Semestris
enim illis tantum vita est apud nos, prorsus-
que ante completum annum, quum suū nen-
di obierunt opus, efflant animam, prius tamē

N

DE COMPOS. MEDIC.

ascitis sibi alis in volucres papiliones degene-
rantes, & relictis ovis quib⁹ sua rediuiua pro-
les sequenti anno renascatur, vt copiosius to-
mo primo de stirpium historia cōmentario-
rum in capite de moro, cuius foliis vermiculi
illi pascuntur, diximus. Horum lanificio recē-
tiores Græci in quibusdā medicamentorum
cōpositionibus vtuntur. Folliculos recentes,
qui cortinas aut colorē nō dum experti sunt,
sericum crudum Latini, Aëtius, A&uarus, &
Nicolaus *μικροσκόπιον* & *μικροσκόπιον*, officinę Serā cru-
dam appellāt. Dicendum autē potius erat Se-
ra, à Seris vermiculis, q̄ aliter bōbyces, vt pau-
lò supra monuimus, dicti sunt. Et haud dubie
primum cœpit vocari Sera, sed deinde rerum
ignoratione factum est, vt r in t sit mutatum.

*Sericum cru-
dum.
Sera cruda.*

Steticus bubulum.
Caninum, quod officinis Album græcū vo-
catur.

*Album græ-
cum.*

Columbinum. Caprinū. Gallinaceū.
Murium. Ouillum.
Saliua.
Sudor.

*Tunica inte-
rior ventricu-
li gallinarum.*

Tunica interior vētriculi gallinarum. De
qua quid sit sentiendum, Galenus lib. II. Simp-
plicium monuit, & Iacobus Syluius in metho-
do sua componendorum medicamentorum.

Vrina.

Zibettum.

Zibettum recentioribus Græcis dicitur
quod è genitalibus locis cuiusdam feræ ani-
mantis,

mantis, feli qui veteribus ædificiorum ruinis oberrat, nō abſimilis eſt, Moſcho ſimile, eruitur. Nomē hodie illud in officinis retinet. Hujus odoramenti tam amans eſt vulua, vt ad id vñdecunq̄ue admotum irreat.

De Metallis. CAP. XVII.

Metallica medicamenta, vt Galenus teſta *Metallica* tur, medicis mos eſt appellare, quorum *quia* generatio in metallis eſt ſiue ſpontanea ſiue per fornacem facta. Vſitata officinis ſunt.

Aurum metallorum precioſiſſimum in fo- *Aurum.* liola & velut braſteolas multis iſtib⁹ lateſcit, quibus pilulæ inaurantur, & alia quædā medicamenta. Quod ſtatim ſuum eſt, Græci vocant *ἄργυρον*, id eſt, ignē non expertum. Contra quod vſque eò coquitur, dū argentum omne ab eo fuerit ſeparatum, *ἄργυρον*. Idem obryzū nominatur.

Argentum ſimiliter foliatum.

Arrhenicū à vetuſtis Græcis, à noſtræ æta *Argentum.* tis hominibus commutatione vnus literæ *Arsenicum.* Arſenicum, latinis Auripigmentum dicitur. *Auripigmentum.* Eius duo ſunt genera, Dioſcoride teſte, vnum aureo luteove colore micans, Chymiſtę croceum, officinæ citrinum vocant. Hoc itaque *Citrinum.* quod auri colorem imitatur, ex multis tenuibus cruſtis cōſtat, tanquam ſquamis, vt altera alteri impoſita videri poſſit, & findi vt lapis ſpecularis. Alterum gleboſum, & pallidum, colorēque Sādaracham imitās. Chymiſtę al- *Album.*

Rubrum arsenicum est veterum Sandaracha. *Rubrum arsenicum est veterum Sandaracha.* Hæc præsentissima venena sunt. Officinæ tertium, nempe rubrum adii-
ciunt, quod nõ est nisi Dioscoridis & veterũ aliorum Sandaracha, vt infra fufius dicemus.
Aes vftum.

Viride æris. Aerugo æris, officinis viride æris dicitur. Gignitur, Dioscoride teste, duobus modis. Aut enim ex lapidibus ærariis exigua, sed bona, efflorescit, aut ex specu qualam destillat per cuniculorum oras, copaiosa & grati coloris, sed mala, quòd cum multis calculis, & aliis fossilibus sit permista. Prior autem abraditur, quæ Græcis *ἰὸν ἔργον*, rasilis ærugo dicitur. Posterior sicca colligitur. Est insuper tertiã etiã fossilis, quam à similitudine vermium *ὀνύχιον* Græci nominãt. Similiter factitiæ sunt tria genera. Aut enim abraditur ab ære, aut in vermes formatur, aut in mortario æreo efficitur veteri ex vrina, quæ ab effectu Chrysolilla, vt infra latius ostendemus, appellatur.

Alumen. Alumẽ, autore Plinio lib. 36. ca. 15. nihil aliud est quàm salsugo terræ. Eius sunt plura genera. Quippe alumen tum natura, tum ars facit, & quidem vtraq; ex aqua terraque aluminosa. Inter factitia primũ est quod hodie Alumẽ catinæ nominãt, à catino in quo fit, ita vocatum. Eo vitra purgari consueuerũt. Nec est aliud, nisi Cali Arabibus vocatę herbæ cinis.

Catina. Alterũ alumẽ factitiũ est, quod in metæ figurã formãt, & Saccharinum, vel vt loquuntur officinæ hodie Zuccarinũ nuncupãt, eò quòd
in

Zuccarinum.

in massas quasdā turbinatas in modū globorū sacchari fingatur. Fit ex alumine liquido, aqua rosacea, & oui albumine. Mulieres ad de albādas & abstergēdas facies eo vtūtur. Atq; hæc duo genera veterib⁹ iudicta sunt. Quod verò ab illis tractatur, est è cōcreti genere, & Græcis *σχιση*, Latinis scisile nominatur, cō q̄ *Scisile*. in capillamēta diuiditur. Hinc quia canis capillis simile est, Græcis etiam *τριχιστε*, Latinis capillare, officinis plumosum appellatur. *Plumosum.* Liquidū etiam alumē veteribus est descriptū, *Liquidum.* quod officinis alumē Rochæ nominatur. Hoc *Rochæ.* plerūque nascitur, funditūque venis abūdanribus aliis aluminis generibus, perraro autē fit. Huius duo sunt genera, quorū alterum purū est, lactei coloris. Alterū impurum, pallidū, & scabrum. Dioscorides etiā rotundi aluminis meminit. habet enim formā rotundorum calculorum. Præter iam dicta genera est etiā alumen quod hodie Scaiolæ appellant, & nō *Scaiolæ.* est nisi gypsi exquisitissima pars.

Cadmia, Dioscoride & Galeno testibus, *Cadmia triplex.* triplex est. Prima fit ex ære in fornacibus cādēte, fuligine & fauilla egesta flatu, & lateribus camerisq; fornacum ferratis adhærēte, quæ Cadmia fornacum appellari potest. Hæc variat specie. Alia enim Botryitis, id est racemosa dicitur, quòd scilicet corpus sit racematum & dense cōcretum, aut q̄ eius superficies vuarum speciē gerat. Hęc tenuis materię pars egesta est, quare ppter leuitatē magis in subli

DE COMPOS. MEDIC.

- Crustosa.* me fertur, & in editiorib⁹ fornacum locis infidet, ibiq; similiter in corpus racemosum cōcrefcit. Alia *πλαυίτις*, hoc est crustosa, quòd crustæ similis fit cōcretio, nominatur. Fit in humilioribus fornacum locis, quēadmodum ea etiā quæ quia terrena & dura est, *δεπραυίτις*, à testa quam representat superficie, dicitur. Secūda Cadmia ex pyrite lapide in fornacib⁹ vsto fit. Has duas Arabes Climias, haud dubie voce deprauata vocāt. Tertia absque fornace in Cypro reperitur & effoditur, atq; idcirco fossilis dicitur. Ac iure quispiā illā lapidē nūcupet. Hinc in hodiernū vsque diē lapidis appellationē in officinis retinet. Lapis enim calaminaris dicitur. Esse autē calaminarē nominatū lapidē Cadmiā, germanica eiusdē abunde testatur nomenclatura. Calmy nanque ex Cadmia corrupta voce pro Cadmoy vulgo nominatur.
- Climia.*
- Lapis calaminaris.*
- Chalcanthus.*
Atramētum
sutorium. Chalcanthus vel Chalcanthū Græcis, atramentū sutoriū Latinis dicitur. Atramētum enim ab atro colore quē reddit, & à sutorinis ī quibus coria & pelles eo denigratę tractātur, sutoriū nominauerunt. Natiuū est, & factitiū. Hoc, vt testis est Galenus, in Chalcitin trāsit. Extimum enim eius post annos plus minus vīginti Chalcitin effectū esse scribit, intima ei⁹ parte Chalcanthi seruāte speciē. Chalcanthū autē hodie vulgo & officinis Vitriolū viridē à vitri haud dubie speciē quā refert, appellatur, Germanice Kupffer vasser. Hic est quod re&isime
- Vitriolum viride.*

rectissimè Plinius lib. 34. ca. 12. tradit Chalcā-
thū colore esse cæruleū, perquā spectabili ni-
tore, vitrūque esse credi. Cæterū differt atra-
mentū futoriū à metallico, quod priuatī Græ-
cis *μικρανθρα* nominatur. Hoc sulphuris colo-
rē trahit. Hinc à nonnullis atramentū citrinū
vocatur. Est etiā librarium scriptoriū ve a-

*Citrinum.**Librarium.*

tramentum, quod Græcis *μικρανθρα* dicitur.
Chalcitis, Sori, & Misy, vt lib. 9. Simpli. re-
ctis est Galenus, eiusdē tū generis, tū facultatis
sunt medicamēta. Sori enim in fodina in-
firmū & crassissimū est, & quia lapidosū ac ve-
hemētius cōpactū in humore nō liquefcit, friā
do nigrius ceu Melantheria Dioscoride lib. 5.
ca. 73. autore, apparet. Serapioni Zeg rubeū,
& corrupta voce Surie, quē admodum etiā A-
uicēnæ vocatur. Est que hodie vitriolū rubeū
nominatū. Misy grumosum & frustulosum,
Dioscoride citato loco teste, magisq; durum
est, quod friādo auri colorē imitatur, & stellę
modo splēdet. Situ supremum est, quodd veluti
flos sit atramēti futorij, substātia tenuissimū
Zeg viride Serapioni, Officinis Romanū, vel
flauum vitriolum: (aureum enim, vt cōprehē-
sum est, colorē refert) dicitur. Chalcitis situ
& essentia media est, æri similis, friabilis, nec
lapidosa. Officinis album vitriolū appellatur.

*Chalcitis.**Sori.**Vitriolum ru-
beum.**Misy.**Vitriolum Ro-
manū vel flauum.**Vitriolum al-
bum.**Chryfocolla.*

Calx, duplex, viua & extincta. Cerussa.
Chryfocolla duplex est: metallica seu fossi-
lis, natiua ve & factitia.

Metallica in fibris & venis aut reperitur

N iiij

DE COMPOS. MEDIC.

per se, plerūq; arenæ similis, aut materiæ metallicæ auri, argēti, æris, & plumbi adhæret, & porri colorē reddit. Germanis Berggrien oder Schifergrien dicitur. Factitia duplex est. Altera fit ex dura nativa, tingiturq; lutea herba, ob id herbacea dicta, atq; ea laudatissima est, nativāq; preciosior. Altera, qua aurifices utuntur, & quam Dioscorides in æruginū numero reponit, dicitur Santerna, cōstatque ex Cypria æruginē, pueri ipubis vrina, & nitro. Galenus eā, Dioscoridē secutus, ex æruginē & vrina tantum fieri tradit. Quia verō propter Cypriæ æris inopiā confici nō potest, altera Chrysololla in eius locum successit, quæ fit ex nitro fossili, & Arabibus vocatur Tincar, ac Borax, quod ipsi cū reliquis nitrīs est cōmune. Baurach enim aut poti⁹ Borax Mauris omne nitrum appellatur. Officinis etiā hodie atque Germanis Borras dicitur.

Borax.

*Cinnabaris
veterum.
Cinabrium.*

Cinnabaris veterum & à Dioscoride descripta hodie ignoratur. Cinabrium autē neotericorum ex sulphure viuo & argento viuo simul vstis constat, adeoq; venenum est. Flos æris quo pacto fiat, Dioscorides mōstrat.

Gypsum.

*Argentum
vium.*

Hydrargyrus, latinis Argentum viuum dicitur, argentum quidem à colore, argento enim simile est; viuum à motu, quod aquæ instar sit liquidum fluatque. Hydrargyrus itaque, hoc est aqueum seu liquidū argentum Græcis accom-

accommodatissimo nomine dicitur. Hodie sunt qui Mercurium appellant. Vbi in sui generis vas à Chymistis impositum, calore ignis in sublime fertur, ex eo efficitur corpus album, quod isti argētum viuum & Mercurium sublimatum vocant. Id insignem erodendi vim habet. Est autē duplex, natium & factitium argētum viuum. Natium iterum duplex est. Vnum quod per se inter metalla inuenitur. Alterum quod in argenti fodinarū tectis stillatim concretum est: quod Plinius lib. 33. cap. 6. cognouisse videtur, quum scribit. Est & lapis in iis venis, cuius vomica liquoris æterni, argenti viuum appellatur. Factitium ex minio, ad eum quem Dioscorides ostendit modum conficitur. Plinius purū & natium nominat argentum viuum: factitium autem, hydrargyrū. Diuersis enim verbis diuersas res significari putauit. Sed legentibus Dioscoridem est perspectum vtranque rem eodem nomine Græcos appellare. Quæ ad eius temperamentum ac vires attinent, Iacobus Sylius copiose explicauit.

Lithargyros Græce, spuma argēti latinis nominatur. Officinæ Lithargyrium appellant.

Minium duplex est, natium & factitium. Natiui, quod à Vitruuio lib. 7. suæ architecturæ ca. 8. describitur, hodie nullus est vsus. Factitium, cuius iam vsus frequēs est, fit ex accensa coccinea arena argētariæ arenæ mixta.

*Mercurius.**Lithargyros.**Minium.*

Principiū autem pluribus loturis lauant, & aliis rubris adulterant.

Nitrum.
Nitri spuma.

Nitrum, spuma nitri, & aphonitrum composito nomine à Galeno & aliis veteribus Græcis appellatum, non raro veluti diuersa inter se medicamēta recensentur. Nitrū autē quod Arabib⁹ Baurach dicitur, alio nomine Græcis etiam litrū vocari, notius est quā vt à nobis demōstrari debeat. Natiū nitrū reperitur ī terra, & extra terrā. In terra iuenitur, aut aliorū fossiliū modo cæditur, hoc durū & spissū, lapidūq; similius: aut in speluncis colligitur, ex quarū cameris vel pēdēs stiriarū instar cōcreuit, vel excidēs liquidū adhuc in terram defertur. Id est molle, laxū, candidius, atque spumę similius. Vtrūq; , hoc est tā id quod effoditur, quā id quod in speluncis colligitur, à Græcis vocatur *ἀφρονίτρον*, quū molle dūtaxar, ac spumę similius sub hac voce recte cōplecti possit, durū & spissum non possit. Factitij verò nitri plura sunt genera. Vnū fit ī Aegypto ex Nili aquis, q̄ nitrosę sunt, in nitrarias infusis. In iisdē nitrariis tenuissimū & leuissimum spuma siue flos appellatur, Galeno præsertim li. 4. de simp. med. facul. ca. 20. tamē multo frequentius spuma. Hanc Græci duab. separatis vocib. *ἀφρονίτρον* & *νίτρον* nominant, vt. s. distinguant à fossili, item spumę simili, quod composita voce *ἀφρονίτρον* appellant. Dioscorides tamen, vt infra fusius docebimus, aphonitrum & spumam

mam nitri vocat ἀφρόν νιτρον. Alterum nitrum factitium etiam hodie ex nitro fossili conficitur. Græcis etiam, ut dictum est paulò ante, Chrysocolla nuncupatur. Tertium genus nitri fit ex quercu cremata. Porro ex iis quæ iã diximus omnibus palam fit Aphronitrum à spuma nitri diuersum esse. Aphronitrum vero à spuma nitri differre, euidenter admodum monstrant ea etiam quæ scribit Galenus lib.

9. simpli. cap. de aphronitro, vbi ita inquit.

Αφρόνιτρον ἀφρο νιτρον διαφέρει. Hoc est. Aphronitrum

à spuma nitri differt. Quanquam eo in loco

& græcum & latinum Galeni exëplaria sunt deprauata. legunt enim, Aphrolitron ab a-

phonitro differunt. Hanc autem lectionem

esse falsam, & priorem veram, in primis testatur

Paulus Aegineta libro 7. vbi expressis ver-

bis aphronitrum à spuma nitri differre doc-

cet. Multo clarius Aëtius libro 2. cap. 50. vbi

ita scriptum reliquit. Αφρόνιτρον καὶ νιτρον ἀφροῦ δια-

φέρεισιν ἀλλήλων. Hoc est. Aphronitrum, & spu-

ma nitri inuicem differunt. Vterque autem,

nempe tam Galenus quàm Aëtius, quæ inter

Aphronitrum & spumam nitri sit differen-

tia, euidenter admodum expresserunt inquentes.

Nitri spuma medicamentum est quod magis

exiccatur, triticeæ farinæ aspectu similis, et-

enim & alba est. Aphronitrum autem farinæ

speciem non habet, neq; dissolutum laxumve

est, sed compactum. Cæterum differre inter

Aphronitrum
à spuma nitri
differt.

Codex Galeni
emendatus.

Nitri spuma.

Aphronitrum.

DE COMPOS. MEDIC.

se aphronitrum & spumam nitri Galenus etiam lib. 4. simpli. cap. 19. monstrat, in eum scribens modum. *ὅντι καὶ τὸ νίτρον αὐτῷ, καὶ ὁ ἀφρόνιτρον, καὶ τὸ συνθετὸν προσκρηστικῶς καλούμενον ἀφρόνιτρον.* Quod est, Sic & nitrū ipsum, & ipsius spuma, & quod cōposita appellatione aphronitrū vocatur. Item cap. 20. eiusdem libri, & lib. 5. cap. 11. iterum separatim floris seu spumæ nitri, aphronitri, & nitri mentionem facit, hoc ipso aperte innuēs hæc tria inter se differre. Inter aphronitrum & spumam nitri esse differentiā Serapion quoque euidenter testatur, dū inter se Baurach Aphricū seu spumosum (sic enim aphronitrum appellat) & spumā nitri differre scribit. Quinetiam Auicenna etsi baurach voce confuse iam pro nitro, iam verò pro aphronitro vtitur: si quis diligēter eius verba expendat, hanc quam diximus differentiam inter nitrum, aphronitrum, & spumam nitri diserte innuere videtur, baurach armenū, nitrum: baurach aphricanum, perinde atq; Serapion, aphronitrum: & spumam baurach, nitri spumam appellans. Accedit quòd inter recentiores Græcos hanc etiam differentiā Nicolaus myrepsos obseruauerit. Is enim interdum, vt illitiōe 42. *νίτρον ἀφρονιτρον*, interdum, vt in illitiōe 43. & multis aliis locis *ἀφρονιτρον* mentionem facit, Quinetiam Plinius lib. 31. cap. 10. separatim spumę nitri, aphronitri, & nitri meminit, adeoque hanc de qua nunc diximus diffe-

Baurach A-
phricum.

differentiam agnouisse videtur. Vt iam sole
 clarius à nobis demonstratum sit, à spuma ni-
 tri diuersum esse quod composito nomine
 Aphronitrum dicitur. Nihil autem refert si-
 ue aphronitrum, siue aphrolitru, siue adem-
 pta vna litera aphonitrum aut apholitrum ap-
 pelles. Vt enim inter se non differunt nitrum
 & litrum, sic etiam aphronitrum & aphroli-
 trum, pari quoque ratione aphonitrum &
 apholitrum. Sciendum tamen nomen apho-
 nitrum & apholitrum esse exoletum & repro-
 batum: quod diserte admodum Phauorinus
 testatur dicens. ἀφρόνιτρον τελίως ἔξιστηλον καὶ ἀδόμιμον.
 Atque hinc est quòd hæc vox aliquoties in Ga-
 leni & Pauli libris remanserit, & in manuscri-
 pto Nicolai myrepsi codice passim adhuc ἀφρό-
 νιτρον pro ἀφρόνιτρον scribitur. His quæ diximus
 probe intellectis, facile erit alteram partem
 Galeni loci ex lib. 9. simpli. producti mirifice
 vitiatu emendare. Ibidem enim in Aldino co-
 dice ita perperam legitur. ἰσθρέθη γε μὴν ἄλιγον ἕμαστρο-
 διν ἰν τῷ μεταξὺ ποσσά τὴν δυνάμιν εἶναι τὸ ἀφρόλιτρον ἀφρο-
 νίτρον τε καὶ ἄλιων. Quæ verba interpres sic con-
 uertit. Dicitum tamen paulo ante est, aphroli-
 trum in medio consistentem habere facultate-
 tem aphronitri & salis. Emendandus itaque
 is locus erit, atque pro eo quod scribitur in
 Asulano codice, εἶναι τὸ ἀφρόλιτρον, substituendū
 εἶναι τὸ λίτρον ἀφρολιτρον τε καὶ ἄλιων &c. hoc est, nitru
 in medio consistentē habere facultatē aphro-

Aphronitru
 & aphonitru
 nihil distant.

Aphonitrum
 vox exoleta.

Aliquot Ga-
 leni loca emen-
 data.

DE COMPOS. MEDIC.

litri & salis. Et quidem sic esse legēdum, locus quem citat, hoc est capur ab eo in quo scribūtur tertiū de salibus abunde docet, in cuius fine ita scriptū reliquit Galenus. *in τῷ μέσῳ δ' ἀμφὸν ἴσθι δ' τοῦ λίτρου.* id est, In medio autem vtriusque, scilicet aphronitri & salis (de iis enī duobus locutus est) sapor nitri existit. Sic enim reddendum, & non quemadmodum fecit interpretes, spuma nitri. Nam articulus ad vocē *χουμίν* quæ paulò supra est in Galeno, & non ad *ἀφρόν*, de qua in eo capite nulla fit mentio, referendus est. Quod evidentissime alius Galeni locus conuincit, qui est in eodem libro, capite de Nitro, vbi in hunc scribit modum. *νίτρον εἶρηται καὶ πρὸθεν ἰν τῷ μεταξὺ τῶ ἀφρονίτρον τε καὶ ἄλλων δ' ἰσθμῶν ἐν αὐτῷ.* id est, Nitrum dictum est supra (capitibus nimirum de salibus & aphrolitro) in medio esse aphronitri & salis. Et alius locus qui est lib. 11. simpli. in fine propemodū, vbi de nitro ita scribit. Ostensum est & hoc medicamentum in medio salis & aphrolitri vires habere. Præterea legendum esse in capite de aphronitro apud Galenum, vt paulo ante indicauimus, manifestissime docet etiā Aetius, qui lib. 2. cap. 61. de nitro in eum scribit modum. *νίτρον μεταξὺ τῆς ἀφρονίτρον τε καὶ ἄλλων δ' ἰσθμῶν ἴσθι.* Et Serapion quoque Galeni ex hoc capite referens sententiam, inquit. Natura baurach est media inter naturam baurach aphrici, & naturam salis. Ex iis omnibus sole

meri-

meridiano clarius fit plurimum hallucinari
 Ioannem Cornarium Marpurgensem medi-
 cum, qui in suis commentariis in primum Ga-
 leni librum de compo. medica. localium non
 veretur falsissimis, & nullius momenti ratio-
 nibus affirmare, diuersum esse ab *ἀφρονίτρον* τὸ ἀ-
φρόλιτρον, quum tamen Græcis etiam gramma-
 ticis notissimum sit hæc duo esse eadē, & nul-
 la alia differre ratione, quàm quòd alterum sit
 atticum, vtpote cui sermoni id peculiare exi-
 stat, & literæ loco, & literā sæpe vsurpare, vt ali-
 bi quoque monstrauius. Dein quod cōposi-
 ta voce *ἀφρονίτρον*, ab eo quod soluta cōpositiōe
ἀφρίσιτρον appellare solēt, nihil differre, nō mi-
 nori errore, putat, quū tamen rarum haud sit
 apud Græcos voces compositas longe aliud
 quā dissolutas significare. Nam *χάλκιον* diuer-
 sum esse ab eo quod *χάλκου ἄνθος* dicitur, & *λυκία*
κάνθον ab *ἀνάνθη λυκίη*, sicut multa alia similia, dif-
 ferre nemo ignorat. Vt mirum sit in hanc
 opinionem tantum leonem venisse temere,
 quam etiam nuper firmissimis argumentis
 doctissimus vir Augustinus Riccus medicus
 Lucensis, tanquam peruersam & erroneam
 non tantum improbauit, sed & penitus euer-
 tit. De cuius laudibus cur tantopere triūphet
 Cornarius, non video. neq; enim illi tantum
 doctriinæ largitur, quātum sibi arrogat Cor-
 narius, sed de melioribus tantum studiis be-
 nemeritum esse ait, interim tamen etiam fal-

Cornary falsa
 opinio refellitur.

DE COMPOS. MEDI.

sis & confictis rationibus eum tueri suam opi-
 nionem adiicit, & Galeni sententiam insigni-
 ter peruertisse ac deprauasse manifeste afir-
 mat. Sed ista missa faciamus, & ad cōfutationem
 prodigiosorum mendaciorum quæ nuper
 Cornarius in libello se digno, cui titulum
 fecit, Nitra ac brabyla, proferre voluit, pro-
 grediamur. Primum enim omnium menda-
 cium esse nemo non nouit, quod se non igno-
 rasse ait Græcos grammaticos *λίτρον* pro *νίτρον*
 Atticos dicere annotasse. Nam statim altero
 versu metipse conuincit se de mendacio, di-
 cens. Et satis constabat ex Hippocrate & Ga-
 leno, *λίτρον* vel esse omnino nitrum, vel saltem
 aliquam eius speciem. Nam dum subicit, vel
 aliquam eius speciem, palàm fatetur se adhuc
 dubitare num litrum & nitrum prorsus idem
 sit. Quod autem ignorauerit Græcos gram-
 maticos *λίτρον* pro *νίτρον* dixisse, satis ostendit
 locus qui est in commentariis eius loco cita-
 to, ubi ita scriptum reliquit. Quod verò ita
 legendū sit, etiam postea capite de litro edo-
 cemur, quanquam & tum corrupte *νίτρον* pro
λίτρον legatur. Quid per Deum immortalem
 opus est Galeni caput de Nitro inscribere po-
 tius de Litro, si non diuersa putat Cornarius?
 Sin eadem censet, cur lectionem integrā exi-
 stimat corruptam? Vtcunque igitur quæsitus
 hinc inde coloribus fucum inducere Corna-
 rius veritati conetur, tamen tantus est veri-
 tatis

ratis splendor, vt obfuscarī hęc ipsa verborū lenociniis non possit. Fateatur igitur oportet vt litrum & nitrū inter se diuersa esse putauerit. At qui tantus est illius furor atq; pertinacia, vt nunc etiam, quanquam de errore monitus & conuictus, in ea sententia permanere, nec receptam, imò deprauatam ac peruersam à se lectionem, in Galeno, quem ex aliorum rapinis cōfectum iam propediem inuulgabit, immutare velit. Ridiculum autem est, vt obiter & id ipsum attingam, quod me hortatur ad modestiam, quum tamen omnibus perspectum sit me hæcenus modestissime aliorum conuiciis respondisse, atq; de doctis viris semper honorifice & scripsisse & sensisse. Nec alia de causa mecum est congressus Cornarius, quā quòd illius maledicentiā aliquoties notauerim. Contrā quis est hodie Cornario petulantior? quis eo magis mordaci cæteros perfundit aceto? quæ equè ac ille scurrili dicacitati indulget? In se igitur primū descēdat, & quantus ipse sit cōuiciator, animaduertat: ita erit vt subinde alios de ferociente lingua & calamo accusare desinat. Sed hęc extra institutū nostrū dicta sint. Cæterū pergit Cornarius in suo libello & ait, se iturū in Ricci sententiam penitus, si persuasus id modo esset, quomodo spuma nitri & aphronitrū sint diuersa, & non eadē res, velut Dioscoridi ac Plinio videtur. Quibus sanè verbis palā ostēdit se è po

*Cornarij dicta
citata scurrilis
notatur.*

○

DE COMPOS. MEDIC.

estate exiisse, quòd nò animaduertat hãc in-
ter spumã nitri & aphronitrũ differentiã lu-
culenter admodũ à Galeno, Paulo, & Actio,
quorũ verba supra produxim⁹, esse demõstra-
tam, qui vno omnes ore affirmãt spumam ni-
tri medicamentũ esse exiccãdi vi præditũ, fa-
rinã triticeã aspectu simile: aphronitrũ verò
farinã speciẽ non habere, neq; dissolutum, sed
cohãrens ac cõpactum esse. Et mirũ certe hoc
in loco Cornariũ ad Dioscoridis autoritatẽ
confugere, quũ tamen contentio non sit orta
de Dioscoridis, sed potius Galeni, cuius ille lo-
cum peruertit & deprauauit, sentẽtia recte e-
ruenda. Quare Cornario dicendũ erat quid
de spuma nitri & aphrolitro sentiret Galen⁹,
& Dioscoridis mentio nulla faciẽda. Nihil. n.
mirũ Dioscoridẽ idistincte aphronitrũ & spu-
mam nitri vnico nomine ἀφρονιτρον cõplexũ,
aliter ac Galenũ locutũ esse. Galenus. n. vt in
omnibus aliis simplicib⁹ peruestigandis fuit
mirifice diligẽs, ita in metallicis certe omniũ
fuisse diligentissimũ ac studiosissimũ cõstat,
vt qui horũ cognoscendorũ gratia Lemnum
insulam, Cyprum, Palãstinã, & alia minerarũ
celebria loca adnauigauerit. Proinde mirum
neminivideri debet, si pleraq; de materia me-
dica, in metallis præserti, distinctius & exqui-
situs tradiderit quã Dioscorides, quum non
pauca ex iis quã Dioscorides docuit, re ipsa
falsã esse deprehẽdit, vt de Lemnia terra quòd
cum

*Galenĩ diligẽ-
tia in metalli-
cis inuestigã-
dis.*

eum hircino sanguine misceretur . Certum
 autem est, Dioscoridem , vt diximus , aphro-
 nitrum & spumam nitri vocasse *ἀφρονίτρον* *virgov*, ac
 bonitate alterum ab altero discreuisse . Pri-
 mas enim tribuit ei quod ex Philadelphia Ly-
 diae defertur , quod nō est nisi Aphronitrum:
 secundas Aegyptio , quod est spuma nitri . Id
 quod ita ostendi potest . Nam Dioscorides
 tradit probatissimam nitri spumam leuissi-
 mam & sine pondere esse, ac crustaceam, fria-
 bilem, & colore ad purpureum declinante, ac
 spumofam . Quæ quidem notæ Aphronitro
 prorsus conueniunt : Quod diserte testatur
 Plinius loco supra citato, vbi de Aphronitro
 ita scribit. Probatio, vt sit minime pondero-
 sum, & maxime friabile, colore penè purpu-
 reo. Aegyptij autem nitri quod tenuissimum
 & leuissimum est, appellari spumam nitri su-
 pra diximus. Quamquam igitur Cornario po-
 tius Galeni quàm Dioscoridis de nitri spu-
 ma sententia explicanda erat , tamen intelli-
 gitur nunc etiam illum temere sibi sui que er-
 roris patrociniū apud Dioscoridem quaesiv-
 isse: vt qui, quamuis obscure , perinde atque
 Galenus ac alij Græci, inter aphronitrum &
 spumam nitri aliquam esse differentiam sta-
 tuit. Sed contempta etiam illius, aliorūque
 græcorum, Serapionis etiam Arabis (qui q̄ sit
 genuina Galeni lectio, pulchre mōstrat) auto-
 ritate, non sine magna impudentia aphroli-
 O ij

trum, nulla fulcitur ratione, ab aphronitro esse diuersum asserere pergit, & falsissimam Galeno lectionem affingit, hanc nimirum, ἀφρολιτρον ἀφρονίτρον διαφέρει. Non enim esse hoc pacto legendum, supra firmisimis rationibus monstrauius. Et quanquam reliqua recte se habent, nisi quòd λίτρον pro λιτρον scriptum est, (neque enim inter ἀφρολιτρον & ἀφρονίτρον differentiam vllam facimus) tamen in fine, fretus Serapionis, quanquam falsissimè, autoritate, verba quædam à Galeni sententia alienissima adiecit, hæc nimirum. τῷ δὲ ἀφρολιτρον ἀμφοτέραι δωάμεν εἶδι, πλὴν ἢ συνπιπνὴν ἄλιγν. πωλὸ δὲ πλείων ἢ ῥύπτωτή. Nam aphrolitro, vt testatur Galenus libro 9. simpli. cap. de aphronitro, sola inest vis extergendi, igitur adstringendi vim nullam obtinet. Præterea quàm falso asserat se hæc verba ex Serapione adiecisse, satis eiusdem oratio, quæ sic se habet, ostendit. In Baurach autem sunt duæ virtutes simul, nisi quia virtus styptica est pauca in eo, virtus verò absterfua est multa. Quæ sane verba si legitima essent, vt non sunt, ac minime deprauata, tamen nõ erant ad Aphrolitru, sed ad litru potius (quod Serapioni, vt comprehensum est, Baurach dicitur) per Cornarium transferenda fuerant, ac plane ita legendum. τῷ δὲ λιτρον ἀμφοτέραι δωάμεν εἶσιν &c. Quam quidè lectionem confirmat etiam Auicenna, qui libro 2. cap. de Baurach inter cætera sic scriptum

Cornarius Galeno falsissimè lectionem affingit.

Aphronitrum nullam ad stringendi vim habet.

ptum reliquit. Et in baurach quidem est stypticitas pauca cū absterfione bona propter sui falsedinem. Sed quærendus erat Cornario fucus, quo peruersam suam ornaret opinionem. Serapionis autem verba, etsi expositionis causa esse addita alicui videri possunt, esse tamen deprauata quiuis deprehendet, si illa cum Galeni codicibus græcis diligenter contulerit. Nam quæ hic Baurach tribuuntur à Serapione, ea salî Galenus adscribit lib. 9. simpl. ita inquit, *ὁ δὲ ἐν ἀλσί τοσοῦτον ἀπολείπειται κατὰ τὸ βῦπτεον, ὅσον πλεονεῖται κατὰ τὴν σφῦν. ἔστι γὰρ μικρόν, ἐν δὲ τοῖν ποιοτήτων βῦπτεῖν τε καὶ σφῦπτεῖν, id est, Salis verò sapor tanto in absterfione inferior est, quantum plus habet adstrictionis. Est enim ex duabus qualitatibus mixtus, absterfente scilicet & adstrigente. Et bene expèdendum erit hoc loco quod Galenus ait, *σαλί πλεονεῖται*, hoc est plus habere adstrictionis. Nā inde locus alius, qui est in libro 9. simpl. ca. de aphronitro, emèdari potest, vbi in fine ita legitur. *τοῖς δὲ ἀλσί καὶ ἡ σφῦπτεῖν, πολὺν πλείων δὲ ἡ βῦπτεῖν, quum potius ita scribendum sit. τοῖς δὲ ἀλσί καὶ ἡ σφῦπτεῖν πολὺν πλείων, ἢ βῦπτεῖν, Salibus verò etiā adstringendi multo magis, quàm extergendi. Atque ita esse legendū alius Galeni locus cōfirmat, qui est lib. 2. de compo. medi. localium cap. de medicamentis valide extergentibus, vbi ita scriptum reliquit. *πρὸς γὰρ αὐτοῖς ἀλλοῖς καὶ ποῦτε τοῖς ἀλσί ἐξαιρέσει ὑπάρχει τὸ σφῦπτεον μᾶλλον, ἢ βῦπτεον***

O iij

DE COMPOS. MEDIC.

id est, Nam præter alia hoc quoque sal eximiū
obtinet, vt adstringat magis, quàm extergat.

*Serapionis lo-
cus restitutus.*

Quapropter Serapionis locus ita haud dubie
restituendus ac legendus erit. Postquam dixi
» quòd natura baurach est media inter naturā
» baurach aphricæ, & naturā salis, est hoc, quia
» in baurach aphricæ est virtus quæ abstergit
» solū, in sale verò duæ virtutes sunt simul, nisi
» quia virtus styptica est multa in eo, virtus ve-
» rò abstersiua est pauca. Et errorē subesse cer-
te verba etiā ipsa Serapionis abunde ostendunt, q̄ sic habent, nisi quia virtus styptica est pauca in eo multa. Quod si itaq; pauca vocē exemeris, recte se habebunt. Cæterū si sic legatur ī Serapiōe, planè cū Galeni cōsentiet verbis, q̄ sūt eiusmodi: *ἰσχυρὴ γὰρ μὲν ἐστὶν ἑμποροδίων τῷ μεταξὺ πατῶν δυνάμει εἶναι τὸ λίτρον ἀφρονίτρον τι, καὶ ἀπλῶν ἀφρολίτρον μὲν γὰρ ἢ ἐνσωτικὴ δυνάμει ὑπάρχει μόνη. Τότε δ' ἀπὸ καὶ ἢ ἐνσωτικὴ πολλὴ πλείων, ἢ ἐνσωτικὴ.* id est, Dicitū tamē paulo ante est (capite nimirū de salib⁹)

litrum mediā habere facultatē aphronitri & salis. minus. n. quā aphronitriū, plus verò quā sal extergit. Aphronitro. n. sola extergendi facultas inest, sali verò etiā adstringendi multo maior, quàm extergendi. Non posse autē hæc Serapionis verba de litro, multoq; minus de aphrolitro, vt Cornarius putat, intelligi, satis testantur ea q̄ scribit Galenus lib. 4. simpl. ca. 19. vbi ita iquit. *ὅτι καὶ ἐστὶν καὶ τὸ νίτρον αὐτὸ, καὶ ἀφροδίων αὐτὸ, καὶ τῷ συμβίτῳ προσσηγορίᾳ καλούμενον ἀφρολίτρον ἰσχυρὰ μᾶλλον πύφνη ἐνσωτικῆ, ὡς αὐτὴν ἴσως μὲν ἐνφορτὰ, πικρὰ δ' ἀ-*

ηρυβίαι

πριβίος ὑπερχυνοται id est, Sic & nitrū ipsum, & ipsi^o
 spuma, & quod cōposita voce vocatur aphro-
 litrum, magis extergere possunt, vt q̄ nequa-
 quā adstringunt, exacte vero amara sunt, *ἡμισα*
 verò aduerbiū hoc loco *ἠδαι μῆς*, id est nequa-
 quam, significare, satis conuincūt verba hæc,
 exacte amara. Nā sic in eodē capite vocat Ga-
 lenus, q̄ nulla alia sensu notabili qualitate par-
 ticipant. Et omnium maxime locus qui est in
 lib. 2. de compo. medi. localium cap. paulò an-
 tē citato, vbi in eum scribit modū. *ἐπὶ τῷ ἐν-
 φρενίτιν ἠδαι μῆς ἔχουσιν ἀφρονίτρον καὶ νίτρον, ἀλλ' ἡμείους
 μὲν ἠδαι μῆς τῆς σωματικῆς διωλέμεως.* id est, Siccare verò
 sal nihil minus quàm aphronitrum & nitrū
 potest: sed illis adstringendi facultas non in-
 est. Aëtius quoque lib. 2. ca. 50. in hunc scribēs
 modum. *ἔκτων δὲ διαφέρει ἀφρονίτρον καθέσον ἴσα μόνον ἐπι-
 κρατονύτα χυμὸν ἐν αὐτῷ ἰσορροῖα ἴσιν ἰδέν τὸν πικρὸν, διαφορη-
 τικὸν μὲν ἔχοντα διωλεμῶν, σωματικὴν δὲ αὐτῆ ἔχοντα καθάπερ
 οἱ ἄλλοι.* Id est. A salib. n. differt aphronitrō, qua-
 tenus vnum tantū amarum in eo dominari fa-
 porem manifeste videmus, qui quidē discutiē
 di vim habet, non autē constringentem quē-
 admodū sales. Videre nūc euidenter censeo oēs
 quā turpiter ī aphronitro & aphrolitro lapsus
 sit Cornarius, ita vt prolixiore confutatione
 nō sit opus. Cæterū etsi hodie omnia hæc, nē-
 pe nitrū, spuma nitri, & aphronitrū, ī omnib.
 fermè officinis desiderātur, tamē cōuenit me
 dicis disquirere quales res sint, vt aliquando
 Dei benignitate, in vsū medicum reuocata,

O iiij

DE COMPOS. MEDIC.

dignosci certius queant. Horum etiam propter Galeni scripta recte intelligenda cognitionem certam habere oportet. Ego quidem olim, sed uetus mēdoso Galeni codice, differre aphronitrū ab aphonitro putavi, quū tamen, ut antea dictum est, eadem significēt, nisi quōd alterū exoletum sit. Quocirca hac opinione iā prorsus reiecta, ut hactenus est à nobis copiose expositū, de iis rebus deinceps sentiam. Officinæ nitri loco nūc utitur sale petræ vocato, qui nūc terra & scrobib. circa parietes inuētis paratur. Vfus eius plurimus in extorquēdis è machinis bellicis, quas Bōbardas appellant, globis lapideis aut ferreis.

Officina vero nitro haud utuntur.

Plumbum.

Plumbum trium est generum, vnum candidum, alterum cinereum, tertium nigrum.

Pōpholyx.

Pōpholyx fit quādo æs perficitur. Hoc enim in caminum iniecto, & Cadmia friata inspersa, fumus ab ea eleuatur subtilior & leuior, q̄ fornacis cameris insidens, in bullas tumet cādidus, pompholyxque dicitur Græcis, Tutia verò officinis & barbaris. Pōpholyx autē lota, omnīū propè citra morsum sicantiū, ad oculorū fluxiones efficacissima est. Officinis nil vocatur. Hic Germanis vsitatū est dicere,

Tutia.

Nil.

Nil prodest oculis. Quid multa? dū æs perficitur, detrita Cadmia cumulatius inspersa, fauilla in camerā integrā effertur tenuissima, q̄ in pōpholygē ceu bullas quasdā coit. Cæterū crassior, grauior, & impurius, & q̄ veluti re-

cre-

crementi portio in pavementum repercussa recidit, Spodiū quod cineracei sit coloris dicitur. Ex pyrite pōpholyx cādida, & spodium cinereū. Ex plumbario lapide fere luteū spodium, vel cinereum. Differt autem spodium Græcorum ab eo quod Arabes pingunt. Hoc enim, vt ex Auicenna colligitur, non est nisi radices cannarū arundinumve adustæ. Quare cum eo quod Græci Antispodiū appellāt, conuenire videtur. Officinæ, Platearij cuiusdam, nullius autoritatis hominis, nixæ testimonio, pro spodio tam Græcorum quàm Arabum, oſsibus vſtis vtuntur, quæ elephantis, si Diis placet, esse putant, quum verisimilius sit bouis, vel canis, vel alterius esse animātis ossa. Quocirca cū verum & Græcorum Spodium, quod Tutia vocata species est, habeatur, ex officinis profus hæc cōbusta ossa proſcribantur, eiūsque in Græcorum cōpositionibus vsus sit, in Arabum verò compositionibus cannarum. India spodio, aut si illud haberi non possit, radicibus cannarum nostrarum adustis vtendum erit.

Spodium Græcorum ab Arabum spodio diuerſum.

Platearij nulla autoritas.

Spodium officinarum abutendum.

Salis genera vſitata hodie officinis sūt hæc. Sal fossilis aut fossitius, vulgo & officinis Sal gemmæ dicitur. Sal amoniacus, officinis vnus literæ adiectione Armoniacus appellatur.

Sal fossilis.

Sal gemmæ.

Amoniacus.

Sandaracha Dioscoridis, Galeni & aliorū veterum non est nisi id quod hodie officinæ veterū quid.

Sandaracha veterū quid.

DE COMPOS. MEDIC.

- Auripigmentum* vel *Arsenicum rubrum* nominant: idque nō temere, quōd *Arsenico* nō solum natalib⁹, sed etiam tota natura affinis, & colore ad satietatem rufa sit. Et hæc quidē natiua est, & vera. *Adulterina* fit ex cerussa decocta, vt *Vitruuius* lib. i. architecturæ docet. Cæterum *Arabum Sandaracha* nihil est aliud quàm gummi *Iuniperi*. *Sandaracha* verò vtuntur pictores, vtuntur tornarij, vbi circum vascula lineas ducunt. Vtuntur medici, quōd facultatem habeat vrendi.
- Scoria.* *Scoria* est omnium metallorum spurcitia recrementumque, & velut stercus.
Squama ferri & æris.
- Stimmi.* *Stimmi* aut *Stibium*, officinis *Antimoniū* appellatur. *Mulieres* oculis gratiā *Stibio* cōciliant, hinc est quōd *Gynæceum* sit cognominatum.
- Sulphur.* *Sulphur* duplex est. fossile quod ἄργου *Græci*, Latini viuum, & ignem non expertum vocant. Factitium, quod iidem *Græci* πνευματικόν, id est, ignem expertum appellant. Factitij species est, quod ex sulphure & squama ferri fit, cōcoctis & in vrceos transfusis. Id, quoniam equorum scabiem eo sanant, *Caballinum* nominant. *Sulphuris* autem, vt omnium aliorū metallicorum, vsus è *Galeno* & *Dioscoride* discendus.

De lapidibus & gemmis. CAP. XVIII.

Aëtites,

Aetites, officinis aquilæ lapis vocatur. *Aquilæ lapis*
 Aluti prægnans, quum quatitur, propter a-
 lium quem continet in vtero, sonat. Armen- *Armenius la*
 nius lapis, vel vt Galenus vocat, armeniacus, *pis.*
 & armenus etiã dicitur. Hic Dioscoride teste,
 læuis est, colore cæruleo, perquam æquabili,
 nõ calculosus, & friabilis. A cæruleo proprie
 vocato differt modico candore, qui vt Plini^o
 scribit, teneriorem hũc efficit colorem. Dif-
 fert etiam loco à cæruleo. Nam ex Armenia
 vt nomen indicat, affertur, quum cæruleum
 in multis etiam Germaniæ locis inueniatur.
 At qui nunc lapis in officinis pro Armenio
 habetur, cæruleo & Chrysocolla partim asper
 sus, vt ex Armenia affertur, vt color ille cæru-
 leus sit, ipse lapis non est Armenius. Alexan-
 der Trallianus & Aduarius alique recen-
 tiores Græci lapidem hunc atram bilem &
 omnem létum crassúmque humorem sangui-
 ne commixtum educere tradunt, vt infra co-
 piosius dicemus. Hodie ab omnib⁹ propemo- *Lapis arme-*
 dum ignoratur. Neque enim lapides virides *nus hodie in-*
 quos pro Armenio Seplasiarij ostēdunt, legi- *cognus.*
 timi sunt, quòd nullum habeant leuorem.

Cæruleus aut Cyanus, officinis Lazuli lapis *Cærulei s.*
 dicitur. Auræ quædã maculæ velut stellæ ra- *Lazuli lapis.*
 diantes acsplendentes in eius fracturis cernũ *stellatus la-*
 tur. Hinc stellatus est dictus. Raro verus in of- *pis.*
 ficinis habetur. Est etiã duplex, natiuus, & fa-
 ctiti^o. Pictores tã natiuo quã factitio vtũtur,

DE COMPOS. MEDIC.

Medici natiuo, eliguntque quod est saturo colore.

- Corallium.* Corallium Dioscorides rubrum & nigrū facit, albū tamen citra etiam vstionē vifitur.
- Cryſtallus.* Cryſtallus ex ſimilitudine quam cum glacie obtinet, idem quod ea nomen apud Græcos inuenit.
- Granati.* Granati lapides, quos veteres carchedonios vocarunt, in genere ſunt carbuncolorum. Sic autem dicti ſunt, quod granis granatorum aſſimilentur.
- Iaspis.* Iaspis virens ſtomachū & ventriculū contactu ſuo iuuat.
- Iudaicus.* Iudaic^o, Actio Amideno Syriacus, & quòd liquefaciat lapidem, Tecolithus dicitur. Copioſe à Dioſcoride & aliis pingitur.
- Tecolythus.*
- Hyacinthus.* Hyacinthus gēma eſt purpurea, & Plinio teſte in ea fulgor violaceus dilut^o eſt. Duplex reperitur, nigrior, quā marem appellant: candidior, quam fœminam. Aliqui pro iis oſtentant vitra illius coloris tranſlucida, è quibus in templis fenestre fiunt.
- Hæmatites.* Hæmatites, de quo plura Dioſcorides. Sic autem à ſanguinis colore quem refert, dictus eſt, vt rectè ſentit Galenus: vel quòd ſanguinis fluxum ſiſtat.
- Lyncurium.* Lyncuriū, vt teſtis eſt Dioſcorides lib. 2. ca. 73. nō eſt niſi ſuccinū, quod ille, vt alij etiā veteres ſcriptores, ſic nominauerunt, quòd iſtis opinione perſuaſum eſſet ex lyncis vrina fieri
- Hinc

Hæc sunt qui simul atque excernitur, glaciari
 coræque in lapidis duritiem fabulatur. Hinc
 est quod officinæ lapidem quendam spongio-
 sum, subnigrum, aliqua parte cinereum osten-
 tent, quæ pro lyncurio, seu vt ipsæ loquuntur,
 pro lyncis lapide vendunt, qui tamen non est
 nisi Belemnites dictus lapis. Nec enim vnquã
 vllum tale fuit lyncurium quod ex vrina lyn-
 cis concreuerit. Hinc Plinius quoque lib. 37.
 ca. 3. fabulosum esse quod de hoc lapide plerũ-
 que affirmant, contendit, & illi experientia e-
 tiam subscribit. Lyncuriũ autem de quo Dio-
 cles & Theophrastus scripserunt, vt etiam ex
 Dioscoride (vt pauld ante commemoratum
 est) liquet, Succinum est, quod ipse electrũ ap-
 pellat, quemadmodum etiam Aëtius lib. 2. ca.
 35. testatur.

*Lapis lyncis
 officinarum
 spurius.*

*Lyncurium ve-
 terum est Suc-
 cinum.*

Magnes.

Magnes, & Magnetis, & Heraclius, & Si-
 deritis dicitur.

Pyropus lapillus officinis à colore Rubi-
 nus dictus, itidem Carbunculi gen^o est. Quia
 verò valde ardet, ab ignis aspectu Pyropus
 Græcis, vt etiam Ouidio dictus est. Gypsum,
 cuius saxum calcarium parens est.

Rubinus.

Gypsum.

Specularis lapis res gypso cognata est. sic
 dictus, quia perspicui potest, & rei quæ ab eius
 tergo est, imaginem reddit, ipsique adeo no-
 men à speculo impostum est. Græci aliqui
σκληρὸν appellant, quòd plena nocte ad incre-
 mentum lunæ soleat inueniri. vnser frauen

eyff Germanis vocatur.

Pyrites.

Pyrites lapis sic dictus, quod ex eo facile ignis excutiat, aut quod ipsi persæpe igneus sit color. Officinis & Arabum familiæ Marchasita dicitur. In ardentibus fornaces coniectus fluit. at ubi deflexerit in catinum, rursus concrefcit, & durefcit. Est trium generum. v-

Marchasita.

Tria pyritis genera.

nus quidem argentarius dictus, quod scilicet argentum ex eo excoqui possit, & argenteo quasi colore sit. Alter aureo est prorsus colore. Tertius etiam aureo serè colore est, ex quo æs constant. De quibus multa habet in suo Bermanno Georgius Agricola.

Pumex.

Pumex in locis qui olim arserunt, aut etiã nunc ardent, reperitur. Græcis verò *υλαργις* vocatur. Quod sanè nomen ex verme frumenta erodete inuenit, qui iisdem *uis* nominatur. vt enim is frumeta perforat, ita natura pumicè.

Sapphirus.

Sapphirus, Plinio lib. 37. cap. 9. teste, aureis puctis collucet, & similis est cælo sereno. Qui i officinis habetur exigui, & nigri, veri nõ sũt.

Smaragdus.

Smaragdus sua viriditate oculis iucundus est, & tanquam speculum imagines rerũ reddit, de quo copiosissime Plinius lib. 37. cap. 5.

*Gemmarũ v-
sus hodie pa-
rum tutus.*

Qui habentur in officinis propemodum omnibus, vitra sunt potius quàm gemæ. Quapropter hoc tempore huius, vt aliarum etiam gemmarum vsus, parum tutus est. Legitimo Smaragdo motus obscenæ voluptatis valde est perniciosus. Siue enim mas, siue foemina, dum

dum commiscet corpora, sic eum gestet, vel in annulo, vt contingat cutem, dirumpitur.

Spongiæ lapis, qui & Spongites dicitur, sic *Spongiæ lapis.* appellatus est quòd in spogiis reperiatur. De quo Dioscorides & Galenus plura.

De terris. CAP. XIX.

Bolus armenius, seu terra armenia, colore *Bolus armenius.* pallido vel luteo, promptissimè in summū lëuorè calcis modo soluitur pistillo, aut quouis liquore mista. arenosa substantia caret. Quid multa? commaducata instar butyri liquefcere videtur, & in gustu manifestam exhibet adstrictionè. Qui passim in officinis pro-

stat bolus armenius, has notas non obtinet, quare adulterinus sit oportet. Cretica terra terget sine morfu. Creta hodie passim vocatur. Ea etiam quia argentarij opera sua abstergunt vt splendescant, Argentaria nominatur. Lëniū sigillum, lemnia & sigillata terra quæ Turcicis literis est insignita, vera existit. Quanquam non desunt nunc impostores qui literas has imitari studèt, sic tamen vt dolus collatis inter se literis facile deprehendatur. Quam hætenus officinæ pro terra lemnia ostentarunt, à figulina terra, argillam vocant, nihil distare cëseo. Hanc, quæ nullam prorsus notam veræ terræ lëniæ præ se ferat, omni que adstrictione careat, Seplarij prorsus abicere debent.

Officinariū bolus armenius adulterinus.

Creta.

Lemniū sigillum.

Terra sigillata.

Terra sigillata officinariū abicienda prorsus.

DE COMPOS. MEDI.

De iis quæ ex mari & aquis salis sumuntur.

CAP. XX.

*Asphaltus.
Bitumen.*

A Asphaltos Græcis, Latinis bitumē dicitur, ac pōderosum est, validūque odorē vibrat. Præfertur omnibus iudaicum. Liquidum bitumen, quia oleo simile maximè propter pinguetudinē est, à quibusdā scriptoribus quondam oleum est nominatum: nunc petroleum, quòd effluit ex saxis, vocatur.

*Ambar.
Ambrum.
Ambragry-
sea.*

Ambarū, Ambar vel ampar, vulgo Ambra dicitur, recentioribus tantum Græcis cognitū, odoramenti genus, multis locis bituminis aut sulphuris modo scaturiens. Trium est generum. Vnū est præstantissimum, fulvum & pingue. Alterū subalbidum. Tertium nigrū. Duo postrema sunt omnium pefsima. Mauritanorum familię autores, vt videre licet apud Serapionem, in mari ambar non secus atque in terra fungos nasci tradunt. Sæuientibus enim procellis agitatum pelagus, cum prouolutis impetuose saxis expuit in littus, tum homines qui præsentiant maris insultus, ad vada se conferunt, & quod eructarūt ambarum congerunt. Præcellit quod in insulis harū regionum littoribus eiectum inuenitur, colore cæsius, in globi formam coactum. Hoc genus barbari Ambram griseam nomināt. Improbatur quod struthiocameli oui more candicat.

eat. Damnatur quoque ambarum quod è piscium ventribus exemptū fuerit. Nanque cetaceus piscis nīmīū avidus huius ambari, hoc esu necem sibi consciscit, præsertim dum copiosius vorat. Azolum vernaculo nomine piscem vocant. Is emortuus fluitat, & vndis maris emergit, tum insulani coniectis vncis & funibus extrahunt, ambarumque cæso ventre eximunt. Quare hoc ambarū est succini Asiatici species, & vt Europæum, in mare è fontibus effluit, ibiq; induratum eiicitur in littora. Quare insigniter nugatur qui spermatum esse, aut arboris cuiusdam marine fructum dicunt. Nonnulli piscis esse simum eadem vanitate affirmant. Ad nos hodie non affertur, sed in eius locum substituitur ambra factitia, muscum vel cibetum redolens: quæ fit aut ex Benzoo, cera cædida noui examinis, carie fraxini, arborū musco: aut ex styrace, ladano, ramentis xyloaloes. Additurque ad vtrâque compositionem muscus vel cibetum, atque omnia cum aqua rosacea commiscentur. Fraus facile deprehenditur. Natiua enim ambra nō ita celeriter vt factitia, aquis mollescit, & ab eadem colore & odore difert. Calefacit, humores incidit, cor item & caput roborat.

Pissasphalt^o Serapionis est mumia. Vox ipsa non aliud significat quàm picem & bitumen. *Serapionis mumia Pissasphaltus.*
bitumen enim & picem redolet. Hanc Dioscorides à Cerauniis montibus deuolutā impetu

fluminis rapi, æstûque in littus expui scribit.
 Hæc vera ac Serapionis Mumia nunc etiã tri-
 bus ferè miliaribus ab InspruK reperitur, &
 Tirschenblut nominatur. Eius portionẽ ad-
 huc aliquam mihi olim à Georgio Collimitio
 transmissam, habeo, quæ succësã bitumen
 ac picem verissimè redolet. Sal.

Sal nitri, vel rectius Halinitrum, non solũ
 excoquitur ex duobus natiuis, supra exposi-
 tis, nitris: sed ex molli & tenuissimã materia
 quam exudant montium saxa. Item ex dura &
 crassa, cui⁹ stirię pẽdere solent ex cameris cu-
 niculorum & speluncarum. Candidum est, ra-
 rũ, leue, facile teritur, falsum, & subacre. Ignẽ
 facile concipit, & inflammatur. Tenue enim
 admodum est, & multum aẽrem in se cõtinet.
 Quapropter vtile est ad compositionem pul-
 ueris, qui accensus missiles globos tormẽto-
 rum extorquet. Quãquam autem Salnitrum
 multũ à vero nitro distat, tamẽ etiã abstergit.

Spongia.

Spõgia noua nõ tantũ est materia quẽ irri-
 gandos humores excipiat, sed etiã manifeste
 desiccatur. Nã in spongia noua seruatür etiam-
 num ea quam à mari accepit facultas modi-
 ce corpora exiccandi. Temporis spatio, etiã si
 vsui non accommodatur, tamen odorẽ maris
 amittit, neque æquẽ desiccatur.

Pila marina.

Balla marina.

Sphẽra seu pila, à figura dicta, marina, est q̃
 hodie corrupta voce balla, pro pila, marina
 vocatur. Meminit huius Galenus lib. 1. de cõ-

po.

po. medica localium cap. 2. inquiens, *σφαίραν θαλάσσιον κικουμίνον*. Ex maris spuma ad littora collisa, & cuiusdam herbæ minutissimis festucis seu pilis fit. Ad litus enim detrusæ, ob motû ex fluxu collidente in gyrum & pilæ formam transeunt. Vnde omnibus perspicuum fit, pilâ marinam non esse nisi Alcyonij genus rotundû nominatum. Nam aleyonium fit ex maris spuma cû tenuissimis sordibus permista. Inuenit autem nomen suum ab auibus quas Græci *αλκυονας*, Latini alcedonas appellant, hac de causa, quòd ex mari innatante nidos fingunt ac construunt. Habet, vt reliqua Alcyonij genera, abstergendi & discutiendi facultatem.

Cornarius ignorâs quid esset Sphæra mari Cornarius nota
na apud Galenû loco paulo supra citato, suo tatit.
more, Galeni locum deprauauit, & pro sphæra spongiam substituit, adeoque res forma & aspectu diuersas confudit, multisque ne quid *pila marina* veteribus dicta fuerit indagarêt, occasio fuit. Habeo mihi per amicum quendâ *σφαίραν* marinam transmissam, quæ ita pilam refert, vt nihil æque: atque hæc è pilis seu minutissimis festucis esse congestam euidenter admodum apparet.

De limitatione ac finitione ordinis cuiusque calefacientium, refrigerantium, humectantium & desiccantium. CAP. XXI.

Non generatim solum simplicium medicamentorum vires noscendæ sunt, nũc scilicet

P ij

DE COMPOS. MEDIC.

calefaciant, refrigerent, humectent, & desiccet, sed & distincte membratimque quantam habeat quodque eorū, definiendum erit. Quippe multa sunt quæ calefaciunt medicamenta, idque sibi commune obtinent: at tamen maioris minorisque rationem non exiguam in calore sortita sunt. Proinde veteres non temere per vnumquemque excessum quatuor ordines, quos aliqui gradus appellant, statuerunt, separâtes à modice calidis, frigidis, humidis, & siccis, ea quæ euidenti eiusmodi qualitate præcellunt, tum quæ magna & vehementi. Calidū itaque, verbi gratia, in primo ordine nominant, quod nos calefacit, nō tamen euidenter, verūm vt opus sit in super demonstratione rationali. Sic frigidū, humidum & siccum, quod demonstrationem etiam requirat, nondum actionem valentem & manifestam adeptum. Quæ verò manifeste aut calefacere, aut refrigerare, aut humectare, aut desiccare possunt, ea secundi esse ordinis dicunt. At quæ iā vehementer quidem, non tamen summe, tertij. Quæ autem adeo exalfacere possunt, vt crustam moliantur & vrant, quartij. Sic quoque quæ vehementius refrigerat, adeo vt extinguant & mortem inferant, & ipsa quartij sunt ordinis.

Quatuor ordines.

Primus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Quæ calefaciendo & refrigerando temperata sunt.

CAP. XXII.

Adiantum

A Diantum, asparagus, eadmia, cera, citri cortex, faba, glycyrrhizę succ^o, lens, lyciũ, lith argyrum, myxa, muscus, vsneam barbari vocant, oleum dulce, pinci nucleii, zizipha.

Quę primo ordine calefaciunt. CAP. XXII.

A Bsinthiũ, agaricũ, aloẽ, althea, amygdala dulcia, anethum viride, beta, brassaica, bu glossum, chamæmelũ, castanea, cassutha, cupatoriũ, ladanũ, lini semẽ, lithospermum, malobathrũ, nuces virides, oryza, populi nigrę flores, sacharum, serum lactis, sesamum, vinũ nouum seu mustum, vuz maturę.

Quę secundo ordine calefaciunt. CAP. XXIII.

A Mbarum, anethum aridum, apium, artemisia, balsamũ, calamus odoratus, caparis, chamæpitys, crocus, chamæleontis albi radix, eruum, fcenum græcum, ficus, galbanũ, mastiche, marrubiũ, mel, melissophyllũ, myrrha, myrrhis, nuces aridę, nux moschata, ocimum, peucedanũ, pistacium, pix arida, poliũ, propolis, rapa, scilla, scolymi radix, succus cucumeris syluestris, sal, thus, vinum non admodum vetus, zadura seu zedoaria.

Quę tertio ordine excalefaciunt. CAP. XXV.

A Brotonum, & magis vstum, acori radix, amaracum, ammi, agnus, anethũ vstum, anisum, asarum, arum, amomũ, anacardiũ, dictamnus, careum, chamædryas, casia, cartamus, calamintha, cinnamomũ, coniza, cumi-

DE COMPOS. MEDIC.

num, carpesium, carnabadium, elleborus
vterque, epithimum, fœniculum, galanga, ga
ryophyllum, iris, iuniperus, helenium, hyssopum,
mentha, mêt hastrum, moschus, nigella,
opopanax, organû omnis generis, petroselinum,
piper, ptarmice, pulegium, raphanus,
ruta hortensis, sampsychus, sabina, silymbriû,
trifolium, vinum vetus.

Quæ quarto ordine excalefaciunt.

CAP. XXVI.

ALliû, adarce, cepa, costus, euphorbiû, lepidium,
nasturtiû, porrû, pyrethrû, ruta sylvestris,
sinapi, struthiû, tithymali, chelidoniû.

Quæ primo ordine refrigerant.

CAP. XXVII.

ATriplex, acini vuz, caro citrei, cotonea,
gramen, hordeum, malua, milium, myrtus,
pyra, pruna, rosa, viola.

Quæ secundo ordine refrigerant.

CAP. xxviii.

ACacia, blitû, cucurbita, cucumis, dama
scena pruna, galla, intybû, hyacinthus,
lens palustris, mala granata, oxyphœnium,
pepones, persica, plantago, polygonum,
psyllium, rhu obsoniorum, solanum hortense.

Quæ tertio refrigerant ordine.

CAP. xxix.

CAphura, hyoscyamus, mandragora, portulaca,
potamogiton, santala, semperuium.

Quæ

Quæ quarto refrigerant ordine. CAP. xxx.
Cicuta, opium, papauer.

Quæ primo ordine humectant.

CAP. xxxi.

BVglossum, citrij caro, helxine, malua, rapa, sacharum, satyrium, sesamum.

Quæ secundo ordine humectant.

CAP. xxxij.

ATriplex, blitum, cucurbita, lactuca, lenticula palustris, melones, oxyphœnicum, pepones, persica, portulaca, pruna damascena, viola, vuz matura.

Quæ primo ordine desiccant.

CAP. xxxiiij.

BRalsica, beta, castanea, chamæmelum, crocus, fœniculum, faba, fœnumgracû, hordeum, hyacinthus, malobathrum, myrtus, thus.

Quæ secundo ordine desiccant.

CAP. xxxv.

ANethum, artemisia, balauftium, balsamû, bursa pastoris, capparis, cassutha, calamus odoratus, cotonea, cruû, galbanum, gingidium, lentes, mel, mastiche, mentha, menthastrium, milium, myrrha, nuxmoschata, opopanax, oriza, pix arida, pistacium, plantago, pyra, raphanus, rosmarinus, santala, spica nardi.

Quæ tertio desiccant ordine.

CAP. xxxvj.

P iiii

DE COMPOS. MEDIC.

Brotonum vstum, acacia, absinthium,
A acetum, acorus, aloë, ammi, anisum, a-
 nethum, apium, asarum, careum, cha-
 mædrys, chamæpitys, calamintha, carnaba-
 dium, caphura, cinnamomum, coriandrû, cu-
 minum, elleborus, epithymum, galla, garyo-
 phyllum, hyssopum, iuniperus, macer, marru-
 bium, milium, moschus, origanum, petroseli-
 nû, pentaphyllû, peucedanû, piper, poliû, ptar-
 mice, rhu obsoniorum, Sâpsychû, sanguis dra-
 conis, sabina, sal, sisymbrium, trifolium.

Quæ quarto desiccant ordine. CAP. XXXVI.

A llium, nasturtium, ruta sylvestris, sinapi,
 chelidonium.

*De medicamentis simplicibus peculiares
 corporis partes inuantibus.*

CAP. XXXVII.

Scio non defuturos hoc nostro tēpore ho-
 mines indoctos, & ad calumniandum tan-
 tum natos, qui nos ridebunt, quòd esse medi-
 camenta quæ priuatim hanc vel aliam cor-
 poris partem, verbi gratia caput, thoracem,
 recur, iuuent, asseramus. Nam quî fieri pos-
 set vt hæc atas, quæ etiam optima quæque
 calumniis deprimere solet, illa tanquam à
 veritate aliena non exibilaret, quum Ga-
 leni etiam seculo, quod nostro paulo me-
 lius erat, reperti sint, qui hoc dogma pro-
 fus explodere voluerint, dicentes. Num
 præses quidam cis imperat, quemadmodum

Obiecta.

in Tragœdia inquit,

*ὅτι μὲν βλάπτει τὰς καρτὰς ἰνδύχρον γόλας,
ὅτι δ' ἀγρὶ βήβας ἔχει τὰς νὰδ' αἰνίας, id est,*

Tu vise l'âtas propere ripas Inachi,
Tu pge Thebas, modò quas Cadm^o cõdidit?

Vt medicamentum hoc ad iecoris por-
tas, illud ad vesicam vel renes proficisci ne-
cesse sit? An quod in ventriculum ingestum
est, iecur quidẽ excipit, inde verò per vniuer-
sas corporis partes defertur? Verũ ñs qui hoc *Responsio.*
pacto nobis obganniant, ita cum Galeno re-
spondebimus. Hoc scõmma eos tam esse me-
dicamẽtorum facultatis imperitos arguere,
vt à marino lepore pulmonem exulcerari so-
lum ex omnibus particulis corporis penitus
ignorent: vesicam solam à cantharidibus, ab
aliis renum lapides conteri, ab aliis rursum
pulmonis atque thoracis promptas fieri ex-
creationes, quemadmodũ ab aliis alia in vna
quadã particula singulariter perfici. Vt igitur
sunt medicamẽta quædã quæ priuatim partes
quasdam corporis vitiant: sic etiam nonnul-
la reperiuntur quæ quibusdam corporis par-
tibus eximie iuuandis sunt idonea. Quod in
libro de theriaca ad Pisonem idem cõfirmat
Galenus, in hunc modum scribens. Lepus igi-
tur, inquit, marinus pulmonẽ exulcerat. Can-
tharides peculiariter vesicam male afficiunt.
E contrario pleraque medicamenta quasdam
corporis partes præcipue iuuare solẽt. Labo-

DE COMPOS. MEDIC.

ranti enim iccori, sæpe eupatoriū herba per-
 strenue auxiliata est. Glans vnguentaria lienē
 iuuat. Saxifraga & betonica renes probe af-
 ficiunt. Et similiter alia aliorum, vt experien-
 tia obseruauimus, propria sunt medicamen-
 ta. Idem etiam lib. 13. thera. metho. tradit, vbi
 „ inter cætera ita scriptum reliquit. Quale me-
 „ dicamentum iocinori est absinthium, tale est
 „ lieni capparitis cortex. Quale rursus iocinori
 „ eupatoriū, tale est lieni scolopendrium. Gale-
 ni sententiæ subscribunt omnes propemodū
 nostræ ætatis medici, & ipsa certe experien-
 tia, cui temere nemo reluctari debet. Cæterū
 facultates à partibus nominatas esse sciendū,
 non quòd omnib. partis quā nomine indicāt,
 affectibus conueniant, nec quòd ita vni parti
 conducant, vt nihil aliis partibus prosint, sed
 quia frequētissime, & magno cū fructu, ac po-
 tissimum eā partē à qua nomen sunt mutua-
 tæ, iuuant. Quapropter quum in parte aliqua
 vna humorē cōcoquere, aut ab ea vacuare vo-
 lumus, tum medicamento facultas aliqua à
 parte illa nominata miscenda erit: Vt oxyme-
 li coquit, incidit, tenuat, vacuat ex æquo in
 omnibus corporis partibus. vbi verò præonia
 aut betonica illi incoquitur, id ipsum valen-
 tius in capite præstat, cappare autē in liene.
 Reliquum itaque est vt medicamenta quæ to-
 ta sua substantia corporis partibus sunt fami-
 liariora, eaque priuatim iuuat ac roborant, or-
 dine

*Facultates cur
 à partibus no-
 minatæ.*

dine pereenscamus, à capitalibus orfi.

Quæ caput iuuant. CAP. XXXVIII.

Calida. Acorus verus, agallochum, amba-
Crû, anisum, asarû, betonica, calamintha,
chamæmelum, castoriû, carpesium, eufrasia,
foeniculum, galanga, ladanum, lauandula, lau-
ri folia & bacce, macer, melilotum, maiorana,
mentha, moschus, myrobalana beletztica, ni-
gella, nux moschata, pæonia, pulegium, ruta,
satureia, saluia, seseli, serpyllum, sesamum, si-
symbrium, stæchas, thus, xylobalsamum.

Frigida. Acetum, caphura, lachumanum,
lascuca, myrti folia & bacce, nymphææ fo-
lia & flores, papauer erraticum, rosa, salicis
folia, solanum satium.

Quæ thoracem roborant. CAP. XXXIX.

Calida. Acorus, adiantum, ammoniacum
thymiana, amygdalæ amaræ, agaricus, ca-
ricæ, cinnamomum, costus, calamintha, dra-
cunculus, ficus, glycyrhiza, gummi arabicû,
iuncus rotundus odoratus, helenium, hyssop-
pum, iuniperus, iris, lini semen, marrubium,
myrrha, nasturtiû, organû, pinea nux, palmu-
læ, penidia, piper, pulmo vulpis, sagapenû, sca-
biofa, scilla, scordiû, stichas, triticû, terebin-
thina, thymus, vrtica, vua passa. *Frigida.* Hor-
deû, myxa, papauer satiuû, mora, tragacantha,

DE COMPOS. MEDIC.

viola, zizipha, tussilago.

Quæ cor iuuant.

C A P. XL.

Calida.

A Mmbarum, amomum, buglossum, behē, carnabadium, cinnamomū, cardamonū, caryophyllum, citrei cortex & succus, crocus, doricum, galanga, melissophyllum verum, macer, moschus, mentha, ocimum, poliū, rosmarinus, rosa, spodium arabum, spica nardi, styrax, vnguis odoratus, xyloaloe, zadura vel zedoaria.

Frigida.

Frigida. Acetum, caphura, coralium, ebur, hyacinthus gemma, lemnia terra, nymphæa, rosa, santala, smaragdus, succinum, viola, vniões, os ceruini cordis, fericiū crudū.

Quæ stomachum & uentriculum roborant.

C A P. XLI.

Calida.

A Bsinthium, agallochum, aloë, amygdalæ dulces, anisum, artemisia, aster atticus, cardamomū, calamus odoratus, careum, casfutha, cinnamomum, caryophyllum, cuminū, cupressus, cortex citrij, fœniculum, galanga, gentiana, helenium, iuniperus, iuglandes, iuncus odoratus, ligusticum, macer, mentha, mastiche, malobathrum, melilotus, nux moschata, nuclei pini, piper, serpyllum, smyrnium, xyloaloe, zingiber.

Frigida.

Frigida. Cucurbita, cucumis, cotonea, intybum, lactuca, mala punica, melones, mespilum, nymphæa, oxalis, portulaca, plantago, pyra, rosæ, violæ.

Quæ

Quæ iecur firmant. CAPVT XLII.

CAlida. Absinthiū, acorus, adiantū, agalochum, agaricus, amomum, anisum, anagallis, asarum, apium, ammi, betonica, cassutha, calamus odoratus, chamamelum, chamæpitys, cinnamomum, costus, chamædrydys, cicera, eupatorium, fumaria, gentiana, glycyrhiza, iuncus odoratus, fœniculum, radices quinque communes, scilla, semina quatuor calida, serpyllum, spica nardi, rha ponticum, spodium arabum. *Frigida.* Acetum, caphura, cucurbita, cucumer, intybum, lactuca, lichen, nymphæa, oxyacantha, portulaca, santala, solanum, semina quatuor frigida, rosa, viola.

Quæ lenem iuuant. C A P. XLIII.

CAlida. Absinthium, acorus, adiantū, agricū, anisum, aristolochia rotunda, amygdalæ amaræ, asparagus, asplenō, asarum, ammoniacum, betonica, brassica satiuā, bdelliū, buglossum, capparis, calamintha, cassutha, chamædrydys, chamæpitys, careum, cyclaminus, daucus, dictamnus, epithymum, filix, fraxini cortex, iris, lycium, linum, leucotyon, lupinus, lupus salictarius, hemionitis, nasturtium, polium, peucedanum, sagapenum, smyrnium, scordiū, semina quatuor calida, radices quinque communes, rubia, vitex. *Frigida.* Acetum, corallia, cotonea, intybum, lactuca, nymphæa, santala, semina quatuor frigida.

DE COMPOS. MEDIC.

Quæ renes roborant. CAP. XLIIII.

Calida.

Calida. Abrotonum, agaricum, anagallis, amygdalæ amaræ, asparagus, apij radix, betonica, daucus, cicer, cubebe, calamus odoratus, cinnamomum, eruca, eryngium, fœniculum, iuncus odoratus, iuniperus, lithospermon, milium solis, nuclei pini, petroselinum, pimpinella, radices quinque communes, ruta, rha ponticum, ruscus, saxifraga, smyrnium, spica nardi, seseli, vua passa, vrtica. *Frigida.* Intybum, lactuca, malua, hordeum, plantago, portulaca, nymphæa, parietaria, semina quatuor frigida maiora, tragacantha.

Frigida.

Quæ uterum iuuant. CAP. XLV.

Calida.

Calida. Abrotonum, agaricum, ammi, artemisia, aristolochia, ambra, balsamum, bdelliū, betonica, calamus odoratus, calamintha, cinnamomum, costus, cyperus, gentiana, iuncus odoratus, ebulus, fœnum græcum, iuniperus, iris, iuglans, linum, lilium, laurus, laserpitium, mēthastrum, mentha, melissophyllū, myrrha, moschus, nuxmoschata, opopanax, peucedanū, piper, pulegiū, rubia, ruta, sabina, sagapenū, saluia, spica nardi. *Frigida.* Acacia, balaustuū, galla, geranium, polygonum.

Frigida.

Quæ artus iuuant. CAP. XLVI.

Calida

Alida. Acorus, asarum, ammoniacū, *Calic.*
C bdellium, castorium, chamæmelum,
 chamæpitys, costum, chamædrys, eu-
 phorbium, hypericum, hermodactylus Pauli,
 galbanum, myrrha, melilotum, nasturtium, o-
 popanax, origanum, polium, pulegium, ruta,
 rosmarinus, salvia, stacte, sagapenum, scilla,
 sinapi, sapa, styrax, stercus caprinum, verbascu-
 la, zingiber. *Frigida.* Acetum, bolus arme-
 nius, intyba, lactuca, myrti baccæ, psyllium, sa-
 licis folia, solanum, semperuiuum, vitis folia.

*De secundis & tertiis simplicium medicamento-
 rum facultatibus.* CAP. XLVII.

Facultates secundæ sunt, quæ primas simpli *Facultates se-
 cundæ quæ.*
 ces, vel coniugatas nullius interuentu se-
 quuntur, vt adstringendi facultas refrigera-
 tionem primo sequitur, quemadmodum etiã
 densandi, repellendi, & claudendi. Discutien-
 di autem, abstergendi, tenuandi, attrahendi,
 & rarefaciendi, calefactionem: emolliēdi, hu-
 medtationem: durandi, siccationem. Tertiæ *Tertiæ facul-
 tates quæ.*
 autem facultates sunt, quæ vltius procedē-
 do propè particulatim appellantur, vt mēses
 ciendi aut sistēdi facultas, seminis generatrix,
 extinctrix, vrinam mouens, & similes. Hæ ma-
 gna ex parte primas & secundas sequuntur.
 Texemus autem ordine per singula prope-
 modum genera medicamentorum quæ se-
 cundis & tertiis prædita sunt facultatibus,

DE COMPOS. MEDI.

catalogos, vt imperitiores ex iis minore negotio formulas compositionū struere queāt, orsi primū à repercutientibus, quæ Græcis *ἀνασπυγγαὶ* dicuntur.

Quæ repercutiunt. CAPVT XLVIII.

Repercutientia quæ.

REpercutientia humores occurrentes in altum pellunt, qualia certe existunt adstringentia, quæ terrena sunt, & crassa corporis consistentia, qualitate verò frigida, Galeno lib. 4. simpli. cap. 6. teste. Atque hæc quidē introrsum cōtactam nostri corporis partem ex omni parte pellunt, idque æqualiter veluti pellentia, ac stipantia, contrahentiave. Sunt autem talia quæ sequuntur. Aloë, alumen, amomum, acacia, absinthium, agnus, acetum, ærugo, agaricum, arsenicum, balaustium, bolus armenius, bursa pastoria, adeps taurinus, vitulinus, & caprinus, brassica bis cocta, chalcanthum, crocus, castanea, cyperus, corallū, chrysocolla, cadmia, carpeñū, cristallus, cornus, cotonea, cypressus, cortex thuris, equisetum, ebulus, flos æris, glans, galla, granū tinctorium, gētiana, gramen, hypocisthis, hederā, helixine, hieracium maius, hæmatites, intybum, lauri folia, lycium, lysimachium, lutecum cui assum, leporis coagulū, lēs, lythargyrū, ladanum, melilotum, myrrha, myrtus, mētha, morus, mespilus, milium, myricæ fructus, malum punicum, malicoriū, nuclei acinorum,
nux

nux moschata, oxalis, oxyacantha, omphaciū,
 oryza, polygonum, palmula, pentaphyllum,
 pilus leporis, pissasphaltum, plantago, psylliū,
 portulaca, pyra, persica, plumbū vstū, quer-
 cus folia, rosa, ruta, rhu obsoniorum, rha pon-
 ticum veterū, rubi folia & germina, salix, sem-
 peruiuum, santala, sal, sanguis draconis, suc-
 cinum, spodium, spongiæ, terra lemnia, thus,
 tragacantha, verbaicū, vitex, vitis capreoli,
 steracus asininum, & xyloaloe.

Quæ ex alto trahunt. CAP. XLIX.

A Ttrahentia medicamenta Græcis ^{ἐπιρμα} *Attrahentia*]
 vocata, sunt, vt testis est lib. 5. simpli. me- ^{qua.}]
 dicamen. cap. 16. Galenus, quæ ex alto vehemē-
 tius trahūt, essentia quidem calida, & tenuiū
 partium. Cæterum attrahentium materia a-
 lia sponte nata est, vt anagallidis vtriusque, ^{Attrahentii}
 aristolochiæ, cyclamini, dictamni, galbani, ^{materia du-}
 genistæ, oxyacanthæ radices, propolis, picis, ^{plex.}
 piperis, porri, sagapeni, scorix argenti, san-
 darachæ, sulphuris, succi cyrenaici & medici,
 terebinthinæ, & thapsiæ. Alia ex putrefactio-
 ne, seu coaccēte putredine generatiōē sor-
 titā est, qualis est fermenti, & pforici, cuius
 lib. 9 simpli. cap. vltimo Galenus meminit: &
 fimi, si eius generatio ex putrefactione con-
 stat, materia omnis attrahendi facultate pol-
 let.

Quæ discutiunt. CAP. L.

Q

*Discutiētia
quæ.*

Discutiētia, quæ Græcis *διαφορητικά* dicuntur, attestante lib. 13. the. metho. Galeno, sunt quæ per insensiles meatus educūt. Sunt autem eiusmodi. Abrotonū, althæa, adiantū, anethum, aristolochia, atriplex, asphodeli radix, brasicæ folia, bdellium, butyrum, bryonia radix, cappares, chamæmelum, erui farina, furfur, fœnumgræcum, dauci semen, galbanum, hordei farina, tritici, lupinorum, lini semen, lacha, ladanum, lilij folia, malua, mentha, mercurialis, melilotū, nigella, nitrum, organum, pix sicca, piper, resina omnis, ruta, stichas, sesamum, sampsychum, styrax, sulphur, sagapenum, stercus omne, terebinthina.

Quæ ora uasorum aperiunt. CAP. LI.

*Ora venarum
aperientia.*

Venarum & arteriarum ora aperiētia medicamenta, Græcis *ἀνασφομητικά* dicta, calida sunt, acria, mordacia, Galeno lib. 5. simpli. ca. 13. autore, crassarū partium, & terrena, qualia sunt, allium, cepa, fel taurinum, cyclaminus.

Quæ ora uasorum obstruunt. CAP. LII.

Obstruentia.

Obstruentia medicamenta, Græcis proprie *σφραγιτικά* Galeno loco iam citato teste, vocantur, sunt quæ ora vasorum constringunt & cōtrahunt, aut quæ sensiles excretiones cohibent. Hinc alio nomine *σωληγγόντα, κλειόντα, καὶ σφίγγόντα*, hoc est contrahentia, occludentia, & cōstringentia dicuntur. Hæc frigida natura

tura sunt, crassarum partium, & adstringentia, vt bolus armenius, balauftium, & multa alia supra cap. 48. recensita.

Quæ rarefaciunt. CAP. LIII.

Rarefacientia, Græcis ἀραιωτική appellata, *Rarefacientia.* sunt quæ cutis meatus referât ac dilatât.

Horum natura modice calida, minimum desiccans, & tenuiũ partium, vt chamæmelum, althæa, & quod ex ipsis præparatur oleum, nec minus quod cucumeribus agrestibus, oui album, thus, oleum vetus, & cicinum.

Quæ densant. CAPVT LIIII.

Densantia, Græcis πυκνωτική dicta, priorib⁹ *Densantia.* contraria, sunt quæ meatus contrahunt.

Horum natura frigida, non terrea, neque ærea, sed aquea, vt est aqua frigida, semper uiuũ, portulaca, tribulus viridis, lens palustris, psyllium, & vt semel dicam, quæcunque refrigerant, sed non adstringunt.

Quæ emplastica. CAP. LV.

Græcis ἐπιπλαστικά dicuntur medicamēta, Galieno lib. 5. simpl. ca. 10. teste, quæ tenaciter corporis meatib. illita inharēt. Alio nomine *Emplastica.* *ἐμπλαστικά*, hoc est, infarcientia nuncupantur. Hæc consistentiam nata sunt siccam, citra tamen mordicationē terrenam, ac glutinosam, vt amyli, cerussa, calx lota, cadmia, cimolia, alica, pompholyx elota, terra samia.

Quæ meatus repurgant, & obstructionem tollunt. CAP. LVI.

Q ij

*Meatus uti
purgantia.**in pugnantiis.*

MEatus repurgantia medicamenta, empla-
sticis contraria sunt, Græcisque *ἰμακτι-
κά* vocantur. Hæc natura glutinosa nō sunt,
neque mordacitatis expertia, sed nitrosa &
subtilia. Hæc eadem etiam *ἰμφορτικά* Græcis di-
cta sunt, hoc est obstructions tollentia, aut
infarctū liberantia, vt erui farina, & lupino-
rum, amygdalæ amaræ, nitrum, aphronitrū,
spuma nitri, abrotonum, seriphium, vrticæ
femen, scilla, iris, aristolochia, asparagus, ab-
sinthium, chamæpitys, cassutha, capparidis cor-
tex, lichen, serum lactis, & quæcūque in se vin-
centem amaram qualitatem obtinent. His
quoque inest vt crassos lentosque humores
extenuent. In extenuantium verò numero est
artemisia, cinnamomum, hyssopus, iris illyri-
ca, iuniperi baccæ, pulegium, stichas, & cala-
mintha.

Quæ extergent. CAP. LVII.*Extergentia.*

EXtergentia, Græcis *ἰμωτικά* dicta, sunt quæ
in superficie sordem à cute, & vlcerebus,
Galeno vbi supra attestante, auferunt & ter-
gunt. Differunt ab iis quæ meatus repurgāt,
& obstructions tollunt, quòd illis sint imbe-
cilliora, & viribus inferiora, dulcia, & falsa,
vt mel, amygdalæ dulces, mullsa, sacharum,
hordeum, cicer, iridis radix, hordeum, faba,
sal, terebinthina, lupinorum & erui farina.

Quæ emolliunt. CAP. LVIII.

Emol-

EMollientia, Græcis *μαλακτικὰ* dicta, sunt quæ *Emollentia.*
 Eid quod concretum est fundunt, Galeno
 lib. 5. simpli. ca. 6. teste, & sensim per halitum
 discutunt. Nec admodum calida, nec valde
 etiam sicca sunt, quale est ammoniacum, adipe
 omnes, atriplex, bdelliū, butyrum, althæ
 radix, adeps caprinus, & taurinus, cera, colo
 phonia, fœnum græcū, crocus, galbanum, lada
 num, linū, liliū, lithargyrū, malua, nigella, o
 popanax, cœsypus, pix, resinæ omnes, medulla
 ceruina, & vitulina, styrax, & viscum.

Quæ indurant. CAP. LIX.

Indurantia medicamenta Græci *σκληρωτικά* *Indurantia.*
 Inominant, vt libro 5. simpli. cap. 9. testis est
 Galenus, facultate sunt frigida & humida, ve
 lut portulaca, psyllium, lenticula palustris,
 semperuiuum, & solanum. Nam concretio
 ne, non vacuatione, propriè loquendo, du
 rum aliquid efficitur.

Quæ suppurant. CAP. LX.

Suppurantia siue pus mouentia medicamē *Suppurantia.*
 ta sunt, quæ in pus vertunt humorem exci
 tantem tumores, & carnem contusam. Græ
 cis *πυωλινοῦσα* dicuntur. Hæc cognatū ac simil- *πυωλινοῦσα.*
 limum corpori cui admouētur & ipsa immu
 tanti calorē obtinent. Sunt etiā humida mo
 dice, ita nimirū, vt nec augeant nec minuant
 naturalem eius partis cui admota sunt humi

Q iij

DE COMPOS. MEDIC.

ditatem, Galeno lib. 5. simpli. cap. 5. attestante, quod saltē manifestum sit, & sentiri queat, sed aliquid excrementi in vacuis spaciis contenti discutiant. Pus autem mouent hæc. Althæa, aqua temperata, adeps porcinus, vitulinus, butyrum, crocus, cera, fœnum græcum, farina lolij, bryoniæ radix, capita liliorum alborum, hordei farina, tritici farina, ladanū, lini semen, mastiche, œsypus, pix, thus, resina, ficus, styrax, stichas, & smyrnium.

Quæ crustas efficiunt et adurunt.

CAPVT LXI.

*Crustas efficiencia.
naugmā.*

Medicamenta *ισχαπορία* Græcis appellata, sunt quæ crustas admotā efficiunt. Hæc alio etiam nomine *naugmā*, hoc est adurentia nominatur, suntque in quarto ordine calida, ac cōsistentia crassa, ignisq; instar & cauterij ritu corpus colliquant, & crustas faciunt, vt allium, æs vstum, auripigmentum, cantharides, cinis præsertim ficulna, calx viua, chalcāthum, chryso colla, pyrethrum, sinapi.

Quæ putrefaciunt. CAP. LXII.

Putrefaciencia. **P**utrefaciencia medicamēta Græcis *ορωτριά* dicta, sunt quæ carnem, potissimum mollem & tenerā, tum liquare, tum colliquare possunt, idque absque dolore, vt sunt arsenicum, chryso colla, dryopteris, pityocampe, aconitum, & sandaracha. Ex iis sunt quæ proprie putrefa-

refacientia nominatur, quæ scilicet cum fec- *Prop. o pu-*
tore corrumpunt. Inter putrefaciētia etiam *refacientia.*
recensentur, quæ Græcis *πυρριτινά* vocantur, *πυρριτινά.*
hoc est detractoria, quod nimirum extimam
modo superficiem detrahant, & carniū ex-
crescentiā absumant. imbecilliora enim sunt,
quàm quod in altum subire valeant, vt flos a-
fiæ petræ, aris squama, æs vstum non lotum.

*Quæ cicatricem inducunt, & glutinant, &
carnem generant. CAP. LXIII.*

Cicatricem inducentia, Græci *κρωλαυτινά* no *Cicatricem in-*
minant, sunt Galeno lib. 5. simpli. cap. 15. *ducentia.*
autore, propriè quæ cutem contrahunt, con-
stringunt, constipant, densant, præterea sic-
cant, & calli instar indurant. Differunt ab iis *Glutinantia.*
quæ Græcis *κολλυτινά*, Latinis glutinantia di-
cuntur. Nam quæ cicatricem inducunt, iis
quæ glutinant, sicciora sunt. Quippe in gluti-
nandis vlceribus siccandum solum quod con-
fluit, quod videlicet laborans particula super-
uacuis vacet. In cicatrice autem ducenda, nõ
modò quod cõfluit, verum etiã humor qui in
ipsa carne cõtinetur, est cõsumendus. Sarcoti-
ca verò, hoc est carnè gignētia, iis oĩb⁹ minus *Carnem gene-*
siccāt, vt copiosius li. 3. the. meth. ca. 4. & 5. Ga- *rantia.*
lenus docet. Glutinant autē & cicatricē indu-
cūt sequētia. Aloë, alumē, amyly, aristolochia,
althæa, anagallis, bolus armenius, balauftiũ,
centauriũ, chamædrys, chamæpitys, cadmia,

Q iij

DE COMPOS. MEDIC.

corallium, dracunculus, equisetum, eupatorium, ebulus, æs vstum, gummi acaciæ, gentiana, glâs, gypsum, iris illyrica, isatis, lolium, lycium, myrtus, myrrha, lithargyrum, palmulæ, plantago, pentaphyllum, pumex, plumbū clotum, perfoliata, papyrus vsta, symphytum maius, sanguis draconis, sarcocolla, spongia, terra lemnia, thus, tormentilla, testa oui, verbenaca.

Quæ urinas mouent. CAP. LXIII.

Urinam mouentia.

URinam mouentia, Græcis *διουρητικά* dicta, ex acrium sunt genere: vt lib. 5. simpli. ca. 12. testis est Galenus, ac proinde calida & sicca: & quod in sanguine aqueum tenueque & serosum est, segregât: cuius generis sunt apij semen, ammi, asarum, acorum, dauci semen, fœniculi, betonica, radix asparagi, polium, meum, sefeli, phu, smyrniū, & omnia fere quæ menses cient.

Quæ menses mouent. CAP. LXV.

Menses cientia.

Menses cientia medicamenta ab iis quæ urinam mouent, differunt, quòd minus deficcant. Sunt autem eiusmodi, asarum, amomum, aristolochia, abrotonum, acorum, adiātum, abſinthium, artemisia, anisum, asphodeli radix, ammi, brasiica fatiua, bryoniæ radix, betonica, cyperi radix, casia, cinnamomum, costum, cicer, calamus odoratus, castorium, capparais

capparis, centaurium maius, & minus, chamæ-
melum, calamintha, chamædrys, cassutha, cy-
claminus, dictamnus, daucus, gingidium, fœ-
niculum, eryngium, elleborus vterque, galba-
num, helenium, hypericum, heliochrysus, iun-
cus odoratus, iris, lilij radix, leucoion, laferpi-
tium, maiorana, marrubium, myrrha, melif-
sophyllum, nasturtium, nigella, opopanax, ori-
ganum, ocimum, pulegium, piper, poliū, pe-
trofelinum, pæonia, ruscus, ruta, radix rubiæ,
rosmarinus, smyrnium, salvia, sabina, sagape-
num, seseli, serpyllum, scordium, styrax, thla-
spi, trifolium, staphylinus, vrtica, vitex, phu-
thymus.

Quæ menses sistunt. CAP. LXVI.

Sistunt menses omnia quibus adstrictoria *Sistentia men-*
sine facultas, præsertim acacia, anthera, *ses.*
balaustium, bursa pastoria, coagulum lepori-
num, fragaria, hypocisthis, cornu ceruinum,
hyoscyam^o, lycium, lapis hematites, limoniū,
lysimachia, myrtus, nymphæa lutea, pæoniæ
femen, calyces glandium, rufus, oxyacantha,
semperuium, symphytum, solanū, thus, vua
passa cum nucleis.

Quæ lac & semen generant. CAP. LXVII.

Lac generant quæ mediocriter calefaciūt, *Lac generan-*
Galeno lib. 5. simpli. cap. 20. teste, & exic-
cant. Quæ verò plus quàm expediat calefaciūt,
quæque immodicè deficcant aut refrigerant,

DE COMPOS. MEDIC.

partim qualitatem ipsius sanguinis vitiantia, partim ipsum minorem reddentia, lac provenire prohibent. Lac autem gignunt partim medicamenta, partim alimenta. Medicamenta, quæ succos pituitosos excalfaciunt in sanguinem conuertunt. Alimenta, quæ boni sunt succi, & mediocriter calida & humida. In lactis itaque procreatione sanguis contemplandus venit. Si enim is paucus est, vniuersam vitæ rationem excalfacientem & humectantem esse oportet. Sin deterior, siquidem biliosus fuerit, primum purgationem desiderat, mox victum iam dictum. Si verò pituitosior, medicamenta requirit excalfaciuntia aut primo aut secundo ordine, non tamen desiccantia. Inter ea potiora sunt quæ non tantum sunt medicamenta, sed & nutrimenta, velut eruca, feniculum, & anethum, virentia adhuc. Huius generis est smyrnium, apium, sion, & polium.

Semen generantia.

Semen generant cibi qui bene nutriunt, & flatuosi sunt, totisque substantiis familiares: medicamenta verò flatuosa, & calida, vt bulbi, cicer, fabæ, polypodes, conus, scincus, satyrion, lini semen, & eruca. Extinguunt contra desiccantia, refrigerantia, & quæ totis substantiis sunt contraria, vt ruta, agnus, nymphæa.

Quæ leniunt dolorem.

CAP. LXVIII.

Dolorem

Dolorem lenientia & mitigantia, Græcis *ἀνώδυνα & παρηγορικά, & πᾶντινὰ* dicuntur, suntque primo ordine calida, ac tenuium partiū, *Μιγᾶν. ἀνώδυνα. ἰστέν.* vt anethinum oleum, chamæmelum, fœnum-græcum, linum, panis calidus, adeps anserin⁹, gallinaceus, suillus, vitellus oui. De iis plura dicemus lib. 2. cap. 4.

Quæ stupefaciunt. CAP. LXIX.

Medicamenta Græcis *ὕπνωτικά*, hoc est soporifera, & *ναρκοτικά*, id est stupefaciētia sunt quæ corpus refrigerant, & sensum eoufque obstupefaciunt, vt si paulo liberalius ebibantur, mortē afferant, vt opium, cicuta, mandragora, papauer, solanum, hyoscyamus, & id genus alia, de quib⁹ loco citato agemus fusi⁹. *ὕπνωτικά. Stupefaciētia.*

Quæ uenenis resistunt. CAP. LXX.

Medicamēta quæ uenenis aduersantur & resistunt, Græcis *ἀλεξιτήρια καὶ ἀλεξιφάρμακα ἀλεξιτήρια* dicuntur. Sunt tamen qui priuatim ea quæ uenenatarum bestiarum ictus aut venena sanāt, *ἀλεξιτήρια* nominēt: ea verò quæ deleteriis medentur, *ἀλεξιφάρμακα*. Horum medicamentorum duplex est natura, vt attestatur lib. quintum medicamentorum duplex natura. Si quidem quædam alterant, quædam verò vacuāt ex corpore laborante, seu uenenum corrūpens, seu deleteriū medicamentum. Alterāt autem vel vna qualitate, aut duarum coniugatione, aut denique tota substantia. Vacuant verò totius

DE COMPOS. MEDIC.

substantiæ similitudine, & caliditate subtiliũ
partium, vt fusius loco iã citato Galenus do-
cet. Venenis igitur resistũt, abrotonum, ani-
sum, aristolochia longa, absinthium, allium,
adiantum, ammi, apium, bdellium, butyrum,
brassicæ fuceus, bolus armenius, bryoniæ ra-
dix, cepa, cyperi radix, betonica, castoriũ, car-
damomum, citrij mali semen, chamædry, cy-
claminus, casia, cost^o, calamintha, erysimum,
fœniculum, gentiana, galbanum, iuniperus,
libycticum, marrubium, iuglans, organũ, pu-
legium, polium, laserpitium, piper, ruta, rapæ
fatiuæ semen, terra lemnia.

Quæ ambustis medentur. CAP. LXXI.

*Ambustifa-
nantia.*

A Deps suillus, althæa, acacia, asphodelus,
atramentum sutorium, adiantum, salumẽ
scisile, beta, corium vstum, bulbi hyacinthi,
& liliorum alborum, cynoglossum, cimolia
terra, ebulus, gallium, gummi arabicũ, hede-
ra, hypericum, helxine, lactuca syluestris, mal-
ua, morus, ouum, plantago, semperuiuum,
sesamum, stercus ouillum, columbinum, sam-
buci folia, thus, verbascum. De iis plura habet
Paulus lib 4. cap. ii.

Quæ strumas discutunt. CAP. LXXII.

*Strumas discu-
tuentia.*

A Diantũ, aparine, althæa, capparis radix,
coriãdrum, cortex fabarum, iris, hordei
farina, lens, lupinum, lolium, lapathum, melif
sophyllũ, laserpitium, lithospermõ, galiopsis,
nasturtium,

nasturtium, plantaginis radix, pix liquida, piper, pentaphyllum, scordium.

Quæ purgant. CAP. LXXIII.

Medicamenta quæ Græcis *καθαρτικά*, Latini purgatoria vocantur, bifariam accipiuntur. Primò communiter pro iis medicamentis quæ quouis modo excrementa expurgant. Hac lege *βρυχνα*, hoc est quæ tussim excitat, errhina, apophlegmatissimi, urinam & menses ducentia, purgatoria nominari possunt.

Secundò per excellentiam pro iis quæ vomitu aut ventris deiectione purgant. Quæcunque autem hac ratione purgant, ea trahendivim obtinent, alia vnum quempiam humorè,

alia duos, aut etiam plures. Trahunt autè humores sibi familiares, Galeno libro. 3. simpli. medica. cap. 24. teste, totius substantiæ similitudine, & simili elementorum mixtione, seu qualitatatum quæ in substantiis sunt familiaritate. nihil enim refert vtro loquendi modovtaris, quemadmodū docet Galenus lib. 5. simpli. medica. cap. 16. vbi ita scriptum reliquit.

Qualitatis familiaritate attrahere nihil aliud est, quàm totius essentiaæ similitudine trahere. Nam Galenus familiaritatem seu convenientiam hanc qualitatatum, quam elementorum mixtio efficit, & quæ in natura seu vniuersa rei substantia consistit, substantiaæ seu essentiaæ similitudinem vocat. Neque enim hæc similitudo familiaritatisve quæ vtrisque substantiis,

Purgatoria medicamenta duplicia. Generatim & communiter dicta.

Per excellentiam.

Purgatoria medicamenta trahunt humores sibi familiares totius substantiæ similitudine.

Qualitatis familiaritate attrahere.

Substantiaæ similitudo.

DE COMPOS. MEDIC.

eius nimirum quæ purgat, & illius quæ purgatur, inest, aliunde nisi ex quatuor elementorū commixtione nata est. Proinde quòd rha barbarum, scammonia, & id genus alia medicamenta flauam bilem purgant, non aliã ob causam accidit, quàm propter eãdem proportionem elementorum bilem constituentium ad eam qua rha barbarum coagmentatur. Hinc est quòd non raro idem qui vtrisque substantiis color inest, eã similitudinem indicet. Ita sanè rha barbarum eiusdem cum bile flaua coloris esse deprehenditur. Pari ratione quòd Cnicus pituitam trahit, non alio fit nomine, quàm quòd vtraque substãtia familiarem alteri qualitatem ex ipsa elementorum cõmixtione obtinet. Neq; iis quæ diximus pugnat quæ scribit Aristoteles in categoriarum suarum cap. 4. inquiens. ὁμοια δὲ κατὰ μὲν αἰ τὰς ποιότητες λέγεται. Hoc est, Similia dicuntur solis qualitibus. Nam substantiæ similitudinem, vt ex paulò antè dictis liquet, Galenus nõ vocat nisi familiaritatem qualitatum quæ substantiis insunt. Ex mixtione enim elementorum vtraque substantia qualitatem alteri familiarem consequitur, per quam similes dicuntur, vt fufius sect. 2. apho. com. 37. môstrauimus. Quòd autem medicamentum purgans humorẽ trahit, & vicissim ab humore nõ trahitur, id nõ alia de causa fit, quàm quòd in trahendo sint efficaciora, valentioraque. Cæterum in medicamentorū

Obiectio dilutur.

Cur medicamentum non vicissim ab humore trahitur

cametorum simplicium numero quæ per excellentiam purgantia nominantur, quædam sunt leuia admodum, moderate ac sine molestia humores noxios vacuãtia: quædã verò vehemètia, & nõ citra noxã & molestiã purgantia, de quibus ordine verba faciemus, à leuioribus orsi.

De *Casia nigra*. CAP. LXXIII.

Casia nigra, quam alij fistularẽ appellãt, *A-Casia fistularis.* *vis.*
 Auario autore, est fructus oblongus, teres, fistulosus, concretũ intus humorẽ continens, non vna coalescẽs serie cõtinuitateve, sed ex interuallis lignosis, tenuibũsq; mēbranis interueniẽtib; septũ, seminalibus granis figura & specie non dissimilibus iis quæ cognita nobis siliqua profert. Deligẽda pōderosa, col *Electio.*
 lucens, perplena, cuiº grana intus inclusa, vbi hãc cõcusseris, non obstrepunt. Flauã bilem, *Vis.*
 sed magis retorridã, & quæ iã in atrã degenerat bilẽ, citra molestiã expurgat. Quinctiã pituitã mediocriter educit. Datur iis qui obtenerã imperfectãmq; ætatem, aut aliã quamuis *Quibus danda.*
 causam deiciẽtia aluum medicamenta respiciunt. Audenter itaque & intrepide pueris, & sceminis vtero ferẽtib; , commoditate & necessitate quadam vrgente, quibus validius aliud medicamẽtũ sumere denegatũ est, præbetur. Itẽ iis quibº exuperãs febris reliquorũ medicamentorũ vsum aspernatur. Casia quidem tribus aut quatuor drachmis sumpta vix *Pondus.*

DE COMPOS. MEDI.

mouet aluum. Datur itaque à femuncia ad fescunciam.

De manna. CAP. LXXV.

MANNA proxima est natura, ideoque post Casiam meritò sibi secundum arrogat locum. Hæc tâquam ros, Galeno lib. 3. de alimé. facul. attestâte, è cælo cadit, vbi halitus è terra atque aqua prodeuntes, solis calore exactè extenuati ac cocti, à frigore noctis in vnũ coguntur & densantur. atq; in mellitos grumos eoit. herbarum & arborum foliis inhæret. Galenus mel aërium & roscidum vocat. Recentiores Græci huic eadem quam Casia nigra facultatem tribuunt. Nã bilem quoq; flauã, sed quæ retorrída desciiuit in atrã, educit. Datur iis qui certa ratione validius medicamentum aspernãtur. Maiori pondere quàm casia sumi debet. Datur enim ab vnica vna ad vnicias tres. Mesue tamen intra fescunciam consistit.

Mel aerium.

Vis.

Pondus.

De Oxyphænice. CAP. LXXVI.

OXYPHÆNICÆ ^{Ἐυφραίνης} Actuario, Nicolao & aliis posterioribus Græcis diã⁹ à sapore acido, syluestris palmæ fruct⁹ est, pruni figura, osse duro, nucleo intus exili, carne foris copiosa, colore è nigro in luteum læguescente. Officinæ barbaros imitãtes, Thamar indum, quasi palmulam indicã, nominant. Plurimum enim apud Indos nascitur, qui palmulam sua lingua Thamar vocare consueuerunt. Probat⁹ recens,

Thamar indus.

Thamar.

cens, acido sapore, subniger, lucidus, tener, *Elect.*
 non exactus vetustate. Flauæ bilis impetus ni
 hil æque domat, Actuário teste, præter Rheo *Vis.*
 Indicû. Arquatis auxiliatur, sitim restinguit,
 doloribus capitis remedio est, noxios humo-
 res qui in ventre coierunt deiicit, appetentiã
 inuitat, cibi fastidium abigit, naufeas & vo-
 mitiones sedat. Infantiam ac furorem mulcet.
 Tertianis febribus cum rheo & casia nigra
 profus liberat. Ardētibus quoque medetur.
 Noxas omnes à calore natas mitigat, destil-
 lationésque quas bilis feruor excitauit, inhi-
 bet. Dandi pôdus Actuário & aliis posteriorib⁹ *Pondus.*
 Græcis est vncia vna. Mesue, eò quòd im-
 becilliter purgat, ab vncis duabus ad quinq;
 posse propinari censet.

De myrobalanis. CAP. LXXVII.

MYrobalani, Actuário teste, fructus sunt *Myrobalan.*
 nobiles, mediocriter aluum cientes, qui
 ad nos ex Aegypto Syriãque deportantur, cal-
 lo corporis cõpactili, osse intus lignoso. Ho-
 rum quinque sunt genera. quidam enim flau *Flau.*
 vocãtur, eò quòd herbaceo colore flauescãt,
 spissi, ponderosi, exili nucleo, cute crassa. Lu *Lutes.*
 rei etiam appellantur, & ab officinis citrini.
 His succedunt, quos à nigro colore vulgus In- *Nigri & In-*
 dos & nigros nominat, solidi, sine nucleis, *di.*
 oliuæ forma. Proximi sunt quos Cepulos vo *Cepul.*
 cant, cæteris ampliores grauiorésq; ideo ma-

R

DE COMPOS. MEDIC.

Magr.

Empelitiá.

Beletzici.

Vires.

*Myrobolani
vsti & elori
purgandi fa-
cultatem amir-
tunt.*

gni quibusdam nuncupati sunt, ex fusco ruf-
fescientes, carnosí. Chebulos officinæ appel-
lât. Quarti generis Empeliticsi dicti, lappillo-
rum pene figura, cute oisibus hærente, colore
in cinereum languente, angustiores beletzici.
Officinis Emblici nominâtur. Quinti ge-
neris Beletzici appellati, eadem quali forma
qua empeliticsi, maiores tamen, & instar pyri
rotundi. Officinæ belliricos nuncupant.

Prima tria myrobalanorum genera trita pec-
uliariter capitis superuacuum humoré edu-
cunt, sed flauí seu lutei flauam bilem: atrí ni-
gram detrahunt, & exhilarant, quemadmodû
cepuli pituitam. Quinetiam vetriculum in-
testináque sua constrictione firmant, sed vsti
multo magis & elori. Qua de causa ignem &
aquam experti, magnam purgantis facultatis
iacturam faciunt, quodd tenuioribus & siccio-
ribus constet particulis. In quibus itaque de-
cumbens fluxio partem aliquam male haber,
aut intestina exulcerat, hos vstos & elotos ad-
hibemus, & mediocriter aluû subducunt. Ean-
dem vim sortiuntur qui Empeliticsi nominan-
tur. Priuatim tamen flauí corporis æstus re-
frigerant, nigri tristitiam discutiunt, quarta-
nas sanant, lepras purgant, colorémque cor-
poris bonum restituunt. Cepuli aciem oculo-
rum illustrant, pectus repurgant, coctiones iu-
uant, aquæ inter cutem, & longis febribus au-
xiliantur. Empeliticsi pituitam trahunt, pro-
sunt

sunt nervis, & lethargicis, mentis aciem ex-
 cuunt, ventriculum purgant, cardiacis suc-
 currunt affectibus, sitim sedant, fastidia discu-
 tiunt, comprimunt vomitus. Beletzici eiusdē
 quasi naturæ sunt cuius empelatici. Presertim
 verò purulentis medetur excreationibus, ve-
 nis, sedis sanguinem profundentibus, capillo-
 rum defluvio, quos etiam denigrare tradunt,
 ex amygdalino oleo & melle triti. Dantur, A-
 ctuario autore, binum aut ternum drachma-
 rum pondere triti. Mesue in flavis ad quinque
 vsque drachmas conscendit. In Indis & cepu-
 lis ad quatuor.

De Sena. CAP. LXXVIII.

Sena siue Sene posterioribus tantum Græ-
 cis nota fuit. Satis autem est à nobis in pri-
 mo de stirpium historia commentario descri-
 pta. Ramis enim exilibus est, folio fœnigræci,
 membraneo folliculo, in quo semen atrū, du-
 rum, latum. Is autore Actuario, citra noxam
 pituitam & bilem trahit. Reliquos humores
 modestissime purgat, retorridam atramque
 bilem, earumque in fusionses ex gallinaceo iu-
 re depellit. Verusto capitis dolori, scabiei, co-
 mitialib⁹, impetigini succurrit. Verum deco-
 ctū eius potius quàm farina propinatur. Pul-
 veris quidem pondus drachma vna. Decocti *Pondus.*
 semuncia, aut drachmæ quinque. Multis tor-
 mina concitat, alius est clemens, pro varia su-
 mentium natura. Infrenatur eius malitia

R ij

DE COMPOS. MEDIC.

adiectione mastiches vel caryophyllorū. Folia quoque eius non sunt inefficacia.

De Polypodio. CAP. LXXIX.

Vis. Polypodij radix sine morſu purgādi bilem pituitāmq; vim obtinet. Actuarius & alij poſteriores Græci ei melancholiz purgatricem facultatem tribuunt. Dantur purgatę radicis drachmę duę affuſa aqua mulſa. Meſue ad bilem atram & pituitam craſſam purgandam cenſet de ea eſſe exhibendum à drachmis duab⁹ vſque ad drachmas ſex. Noſtri eius malitiam corrigendam eſſe tradūt odoratis, ſemine nimirum aniſi, zingibere, caryophyllis, & cinnamomo.

Pondus.

Inſrenantia.

De epithymo. CAP. LXXX.

Epithymum quid. Quid ſit tum Græcis tum Arabibus Epithymum, ſupra cap. 4. de floribus copioſe monſtrauimus. *Vis.* Vis autem epithymi eſt vt atrā euocet bilem: vitiiis flatu turgētibus, & hypochondriorū noxis opitulatur, & quibus iecur aggrauatur, & qui ſpirandi difficultate laborant. Datur, Actuario autore, adultriſum & cribro excuſſum ſcrupulorū quinque pondere, cum paſſo vel aceto mulſo, & ſalis pauſillo. Alij, vt Dioſcorides, Epithymum pondere quatuor, drachmarum propinant ex ſero lactis, aut mulſa ad purgādum humorem melancholicum. Meſue à drachmis tribus ad ſeptem vſque progreditur.

Pondus.

ALoë optima censetur pinguis ac nitida, si- *Aloë optima*
 ne arenis, rufi coloris, friabilis, iocinoris *qua.*
 modo coacta, facile liquefcens, odorata, & a-
 mariffima. Hui⁹ generis aloë officinæ & se-
 plafiarij hodie succocitrinam vocant. *Succocitrina.*
 Alterum ei⁹ genus quod arenofum eft, puriffimæ *Caballina.*
 quali fcdimentum, Caballina appellat, quod
 fcilicet omniū fit viliffima, & folis mulome-
 dicis vfurpanda. Hæc nigra, obfcura, fæci fi-
 millima, odore tetro, & arenofa, ideoque, vt
 dictum eft, veterinariis dicata. *Vis.* Porro aloë
 non totum corpus vacuat, fed infidentem ſto-
 macho, ventriculo & inteftinis bilem, cū in-
 hærentibus inibi excrementis, citra noxam
 exigit. Danda eft iis potiffimum, qui capitis *Quibus dan-*
 afficiuntur moleftia propter frequentes *da.*
 exhalationes ex ventriculo fufum latas. Præ-
 benda quoque iis, qui ob eandem caufam o-
 culorum fuffufionibus laborant, necnon iis
 quibus lingua & os facile reficcantur. Por-
 rô quum omnia reliqua quæ ventrem deiici- *Purgantium*
 unt medicamenta ventriculo negotium fa- *medicamento*
 ceffant, fola aloë ipfum iuuans confirmat: *rum fola aloë*
 ideoque medicamentis quæ malitiam eius in- *ventriculum*
 frenent, emendent & obtundât, non indiget. *confirmat.*
 Datur pondere drachmarum duarum, *Pondus.* Actua
 rio attestante, ex aqua mulfa. Cuius ſententiæ
 Meſue etiam ſubſcribit.

R iij

DE COMPOS. MEDIC.

De *Cnico*. CAP. LXXXII.

CNicum tomo primo nostrorū de stirpiū
historia commentariorum descripsimus.

Vis. Semen eius pituitam purgat. Cibis admixtū,
iecoris cauum per vētrem vacuat.

Pondus. Actuarius
feminis triti drachmas tres in gallinacei de-
cocti ius, vel ptisanæ cremorem indendū, co-
latūque bibendum esse præcipit. Sunt qui,
eodem teste, feminis pulpam drachmæ pon-
dere cum amygdalis, aniso, & melle cocto mi-
sceant, & in catapotia cogant, & arquatis
commode præbeant: id quod mitius habe-
tur. De Mesues sententia semen hoc datur à
drachmis quatuor ad aureos quinque, seu ab
vncia dimidia ad drachmas sex. Flos eius à
drachma vna ad aureos duos exhibitus, idem
potest.

De *Rha* seu *Rheo*. CAP. LXXXIII.

*Posterioribus
Græcis du-
plex Rha seu
Rheum.*

*Vnum quod
purgandi sa-
cultate caret.*

Posterioribus Græcis, Actuario præsertim
& Nicolao, duplex est Rha seu Rheū. Vnū
cui nulla prorsus purgandi vis inest, quod re-
liquis adeoq; veteribus etiam Græcis cog-
nitum fuit. Dioscoridi *ῥῆα, ῥηοὶ ῥῆον*, veluti etiā Ga-
leno, hoc est, Rha & Rheum dicitur. Idē in-
terdum non simpliciter sed cum adiectione
ῥῆον ποικιλικόν, id est rheum ponticū appellāt. Vfus
est iisdem appellationibus Paulus. Interdum
etiam perinde atq; Actuarius, *ῥῆον ποικιλικόν*, hoc
est, radicem ponticam vocat Plinius Rhaco-
ma, celsus radicem ponticam nominat. Cete-
rum

rum hoc Rha caruisse purgandi facultate, hinc *Vete. in Rha caruisse, uirgã di facultate, rationibus ostenditur.* primum manifestum fit, quod nemo veterum illi vnquã purgandi vim inesse scripserit. Imò Serapion, & Auicena Canone secundo Rhu barbarum pingens, nullam prorsus ei purgatoriam vim inesse tradit. Dein omnibus in confesso est purgatoriam facultatem medicamentis non nisi à tota substantia inesse. Quæ autem à tota substantia insunt facultates, validiores esse iis quæ ab vna aliqua manifesta qualitate aut duabus proueniunt, omnibus etiam constat. Si igitur Rha veterum purgatoria facultate præditum fuit, necesse erit vt hæc ipsa reliquis omnibus superior fuerit: quod tamen falsum esse Dioscorides satis conuincit, qui in Rha pontico *ἀνωτέρω δυνάμει ἐν αὐτῷ* disertis verbis asserit, hoc est, *In rha veteris suprema facultas adstrictoria.* supremam aut maximam esse facultatem adstrictoriam. Quod si itaque purgatoria facultas, vtpote quæ à tota substantia inest, reliquas omnes superat, fieri certè haud potuisset, quin illã aliquando, si modò hæc præditum fuisset, veteres in vsu sui Rha pontici experti fuissent, adeoque id ipsum posteritati significassent. Nunc quum nusquam purgatorię illius facultatis mentionem faciunt, euidentissimum est nullam talem vnquam habuisse. Nullam autem prorsus habuisse purgatoriam facultatem veterum Rha ponticum, ex eius *Rhei pontici succedaneum.* succedaneo omnib⁹ cõspicuum fit. pro eo enim

R iij

DE COMPOS. MEDIC.

Centaurio magno sunt vsi, quod Galenus in libello suo *περί ἀντιβαλλομένων* satis testatur, vbi ita scriptū reliquit. *ἀντι γέν. κιντάριον*: id est, pro Rheo vsurpandum Centaurium. Nemo verò vnquam Cetaurio facultatem purgatoriam inesse scripsit. Atq; hinc quoque perspicuum fit, cur Centaurij magni radix, Rheipōtici nomē hodie in officinis retineat. Nam quum in penuria veri Rheipontici cœperint vti medici Centaurio magno, cuius radix rheopontico, Dioscoride teste, forma & facultate similis est, tādē quum è cognitione medicorum verum abierit rha ponticum, quod etiā hodie incognitum existit, cœperunt Centaurij magni radicem pro legitimo vsurpare rha pōtico, adeoque factum vt nomē illius in radicem Centaurij magni translatum sit. Non habuisse denique facultatē purgatoriā Rheū veterum, ex Nicolao etiā satis liquet, qui pro eo non solum Centaurium maius, sed & Symphyti radicem vsurpandam censet. In nomine enim quorundam interpretatione sic scribit. *ἰάν μὴ ἢ γέν. κιντάριον τὸ μυστ. ἢ συμφύτου γίνα.*
 Si destitueris Rheo, Centaurio magno, aut Symphiti radice vtendum. Alterum, quod purgandi habet facultatem, veteribus Græcis, Dioscoridi, nimirum & Galeno, atque inter Arabes Auicennæ etiam ignotum fuit, posterioribus autem Græcis celebratum, Paulo præsertim, Actuario & Nicolao, quibus simpliciter

Cur Centaurij magni radix hodie rha pontici nomen habet.

Alterum rha purgandi facultatem habet.

simpliciter ^{ῥῑου} appellatum fuit. Cuius iterum *Rha, organ.*
 duo fuerunt genera. Vnum ^{ῥῑου βαρβαρικῑου}, hoc *tis duo g. nera*
 est Rheum barbaricum dictum, quòd scilicet *Barbaricum.*
 ex barbaria deportaretur. Alterum ^{ῥῑου ἰνδῑου},
 id est Rheum Indicum est vocatum, quòd ex *Indicum.*
 India, aut locis India proximis, nempe à Sce-
 nitis populis, vt autor est Stephanus de vrbi-
 bus, Perfidis defertur, vnde sceniticum etiam *Sceniticum.*
 est nominatum. Esse autem rheum barbaricū
 & Indicum diuersa genera, ex Drosato Nico-
 lai 70. palàm fit. Nam vtrorumque in ea com-
 positioe seorsim mētio fit, quod minime, nisi
 diuersa inter se essent, Nicolaus fecisset. Inter
 Arabes Mesue quoque sui Rhei duo facit ge-
 nera, vnū Indicum, quod Raued Sceni nomi-
 nat: alterum autem barbarum appellat. Rha
 cuius hodie vsus est in officinis, ex India me-
 ridionali conuehitur plaga, & est Raued Sce-
 ni, seu vt rectius dicam, Rheum Sceniticū. *Rha officina-
rum non recte
barbarum ap-
pellatur.*
 Minus itaque apte barbarum dicitur. Vere autē
 barbaricum fuit quod superioribus annis se-
 cum aduexere milites, qui cum Carolo impe-
 ratore Tunisam, vel, vt nunc appellant, Tu-
 netum expugnauerunt. Indicum, & cuius ho- *Indici vires.*
 die creber vsus est, Aduario attestante, flauæ
 bilis impetus potenter domat, ideóque vere
 cholagogū existit. Non tamen ita leuiter pur- *Rha indicum
gravidis non
est dandum.*
 gat, vt grauidis innoxie, quemadmodum Me-
 sue putat, dari queat. Humores enim in venis
 etiam existentes biliosos attrahit, quod sine

aliqua grauiore agitatione facere haud potest: ideoque hoc nomine nō grauidis modò, sed & viris etiam interdum molestum esse solet. Quare plurimum errare nostri temporis medicos iudico, qui imbecilliorib⁹, & grauidis id ipsum exhibent. Nā si omni vitio ac molestia caret, quid opus est vt in eius sumptione infrenantia quædam adiiciamus, nēpe spicam nardi, cinnamomū, mastichen, & iuncū odoratum? Certe non ea facilitate qua Casia & manna, purgare rheū indicum, experientia etiā ipsa abunde testatur. Et noui ipse medicū cui infeliciter cecidit macerati etiam tantum Rheū indici in muliere quadam exhibitio. Sed

*Errore eorum
qui Rheū indi-
cum dysente-
ria correptis
propinant.
Erroris huius
ocasio.*

iis non minus errant qui Rheum illud alterū dysenteria laborantibus propinant, quemadmodum lib. 2. paradox. cap. 13. copiose monstrauimus. Erroris autem illius occasionem nostri sumplerūt à veteribus medicis tū Græcis tum Arabibus, quos quū viderent in dysenteria crebro vsos rheo pontico, voluerūt & ipsi eadem ratione vti rheo indico, quod nunc barbarum vocant. Inepti plane imitatores, quòd diuersum esse Rheum suum ab eo quo veteres vsi sunt, ignorarent. Quòd si ea quam nunc rheum ponticum appellant radice, hoc est Centauro maiori, pro veterum rheo vti voluissent, omnium calumnias ac reprehensionem euitare potuissent. Atqui desinant saltem nunc in eo errore diutius versari

sari, & subinde in dysenteria suo rheo pontico potius quàm rha barbaro vtantur. Nam vt veteres suum rheum in dysenteria & vulneribus sanandis esse efficax experti sunt: ita quoq; Centaurij radicem, quam officinæ rha ponticum nominant, miram in iis malis habere vim certò comperient. Cæterùm, vt ad institutum redeamus, rheum indicum & barbaricum dantur cum lactis sero, vel decocto intybi fatiui latifolij. Maceratur quoque in iisdem liquoribus, aut in stillatitio intybi fatiui liquore, idque in æstate maxime: aut vino albo & odorato, idq; hyeme. Propinatur per se pondere duarum, trium, aut quatuor, *Pondus.* Mesue attestante, drachmarum. Dilutum verò ac maceratum maiori sumitur pondere, nempe drachmarum quatuor, quinque, sex, aut plus etiam, pro sumentis viribus, ac constitutione corporis.

Exhibēdi rha purgatorij modus.

De Agarico. CAP. LXXXIIII.

Agarici descriptio, eiusque genera duo è Dioscoride petenda. Pituitam & bilem, *Vis.* vt autor est Actuarius, purgat, sed non celementer pellit. Aduersatur ventriculo, quòd sua leuitate emergens enatet. Internis omnibus vitiis conuenit, in omni ætate, ob quæ medicamentū familiæ veteribus est dictus. Infrenatur ei⁹ malitia adiecta tertia parte zingiberis *Emendatio.*

Agaricus medicamentum familiare.

DE COMPOS. MEDIC.

Pondus.

aut salis fossilis, quem gemmæ vulgò vocant. Dantur binæ drachmæ, Actuarius teste, cum aqua mulsâ, vel aceto mulso. Galenus de agarico dandum censet pondus vnius drachmæ, vel à scrupulis duobus ad drachmam vnam. Mesue itidem de puluere agarici dandum putat à drachma vna ad drachmas duas. In coctione autem à drachmis duabus ad drachmas quinque.

De Scammonio. CAP. LXXXV.

Scammonia.

Electio.

Vis.

Omnia purgatoriâ medicamentâ ventriculo infesta. Quibus scammonium non exhibendum.

Scammonia vel Scammoniû liquor est ex vulnerata radice crassa herbæ cuiusdam in Mysia Asiatica nata emanans. Probatum leue, nitidum, rarû, taurino glutino colore similitimum, fungosum, tenuibus fistulis, linguam non vehementer exurens. Flauam vacuat bilem, & pituitam, sed cordis dolorem mouet. est enim odore graui præditum, gustu iniucundum, & siticulosum. Si quidem quum omnia quæ aluum deiciunt medicamenta, aloë excepta, ventriculo infesta sint, Scammonium illi plus cæteris aduersatur. Proinde summopere cauendum iis qui stomachi sentiunt imbecillitatem, & iis qui febre laborant. Quippe suaapte natura leuissimum, in corpus facile rapitur, residemq; spurcitiam omnem in eo colluuiemque commouet. Datur itaque minori noxa iis qui febri vacant, & stomacho valent. His denique quibus ègre vomitus eliciuntur, nec

nec facile linquuntur animo. Permiscendus illi sal, Actuarius attestâte, aut thymus, aut pulgium, aut quippiam ex iis quæ gratum spirant odorem, & stomachum roborant, verbi gratia anisum, mastiche, & similia. Datur per se ex melle, vel ptisanæ cremore. Ponder Scammonij, vt autor est Actuarius, scrupuli duo, plus paulo, aut minus, pro viriû ratione. Hinc satis constat Scammonij liquorem, quem recentiores Græci *Scammonij liquor officinarum non est legitimus.* nostri autem corrupta prorsus voce Diagridium appellant, non esse verum & legitimum. neque enim ea quantitate quæ ab Actuario & aliis Græcis præscripta est, tutò dari potest. Consistédum itaque, vt Mesue tradit, intra duodecim grana. Quade re aliqua diximus lib. i. paradoxo. cap. 10. Vbi tamen, vt obiter hoc loco moneam, ita legendum erit. Cæterùm in Scammonia dosim esse à quinque granis ad duodecim Mesue scribit, quum tamè Dioscorides dare integrâ drachmam aut obolos quatuor non timeat. Perperam enim illic imo pro aut scriptû est.

De colocynthide. CAP. LXXXVI.

Colocynthidis historia est in primo nostrorum de stirpium historia commentariorum tomo exposita. Pituitam, bilem, humorémque mucosum vacuat: vnde peculiariter neruosa corpora purgat. Datur commode in omnibus quæ caput obsident malis, or-

DE COMPOS. MEDIC.

Electio. thopnoicis, & similibus. Item coxendicum cruciatibus, morbis articularibus, longis renum & vesicæ vitiis. Insuper iis qui renitentes & præduros conceperunt affectus, sic vt non nisi ægre excuti queant. Deligenda est candida eius & recens medulla. aridior enim & nigricans, vt vitiosa damnatur. Emendat infrenatque illius vehementiam ac malitiam mastiche & galla. Datur ex ea, Aëtuario autore, scrupulus vnus cum aqua mulsâ. Dioscorides quatuor obolorum pondere dandam esse autumat. Paulus ad drachmam vnam, seu duodecim siliquas propinat. Mesue à siliquis quinque ad decem exhibet.

De Turbit. CAP. LXXXVI.

Turbit diuersorum autorū aliud atque aliud. **T**urbit diuersi autores aliud atq; aliud pingunt. Serapionis enim Turbit, nō est nisi Dioscoridis Tripolium, id quod ex vtriusque historię collatione omnib. fit manifestū. Aëtarius duplex facit Turbit vel Turpetum. Alterū est pituisæ radix, quā Dioscorides etiā Turpet vocari Barbaris scribit. Alterū albū, quod Alypum est Dioscoridis. Turbit autem Mesue, quod ferulæ folia habet, non est nisi Thapsia Dioscoridis & aliorū, vt copiose admodum in tomo secundo nostrorum de stirpium historia cōmētariorū demonstrauimus. Siquidem nulla alia stirps quæ foliis sit Ferulæ, & lactescat, reperitur præter Thapsiā. Of-
ficina-

Mesue est Thapsia.

ficinarum verò Turbit, & quod hodie vſitatum est, Meſue non eſſe ſatis conſtat. Neque enim cortex eius albus, gummoſus, vacuus, arundinaceus, & friabilis. id quod plerique etiam qui ſuis manibus hęc radicem qua pro Turbit paſſim vtuntur, collegerunt, conſtanter affirmant. Neque enim ferulæ habere folia, ſed potius Portulacæ aiunt, longiora tamen, quæ læteſcant. Qui ſi vera aſſerunt, Tithymali ſpecies ſit, nempe Helioſcopius, neceſſe eſt. Nec deſunt qui eam radicem Myrti folia producere dicant. Qui ſi recte narrant, Tithymalum myrſiniten eſſe oportet. Quicquid ſit, Meſues certe Turbit non eſſe compertum eſt. Quapropter in iſta opinionum *Turbit officinarũ vti nõ ſatis tutum.* varietate de radice hodie parum comperta, & quæ viribus maleficis eſt prædita, ſatius eſt ea proſus abſtinere, & loco eius, agarico, aut alio quodam quod pituitam ducit, vti. *Infrenantia.* Turbit vehementiam noſtri cum tertia zingiberis parte infrenant. Datur ex melle roſaceo, vel paſſularũ decocto, pōdere vnius drachmę, aut paulo plus minũſque, pro accipiētis viribus. Meſue ad duas vſque drachmas de ſuo exhibet. Macerati, à drachmis duabus ad quatuor vſque propinandum eſſe cenſet.

De Lathyri. CAP. LXXXVII.

Lathyris hiſtoria eſt ĩ primo noſtro de ſtirpium hiſtoria commentario. Vocatur ho-

DE COMPOS. MEDI.

*Catapotia
minor.
Pondus.*

die Catapotia minor. Vehementius pituitam purgat. Dantur grana eius maiora, vt testis est Actuarius, quindecim, minora verò viginti. Idem iis qui efficacius purgari cupiunt, ea mandenda præcipit: iis verò qui deiectionem non desiderât copiosam, vt integra deuoerēt, præsertim vbi is qui sumit, malo fuerit ventriculo. Dioscorides ad purgandum septem aut octo grana sufficere tradit, intra quod pondus consistere tutius est. Alterius catapotia, quam officinæ maiorem vocant, Græci Cici, Latini Ricinum, priuatim meminisse hoc loco non est necesse, vt pote cuius historia à nobis tomo primo abunde sit exposita.

*Ricinus.
Catapotia maior.*

De Elleboro. CAP. LXXXVIII.

Elleborus niger incognitus

Ellebori vtriusque historiam in primo nostrorum de stirpium historia commentariorum tomo exposuimus. Albo propter vehementiam hodie raro aut nusquam vti tur. Niger, quod sciam, adhuc incognitus existit. Nam ea stirps qua pro Elleboro nigro vtuntur passim medici & officinæ, non est Dioscoridis Elleborus, quod eius ad historiam collatio abunde docet. Tamen accedit non nihil ad ellebori vires, quæ sunt vt flauam atramque bilem è toto corpore deorsum trahat, nec tamen citra vllam difficultatem pellit: ideo febribus circuitu repetètib; & longis obiciimus. Datur quoque insanientibus, altera in parte capitis existentibus doloribus diutinis com-

Vis nigri.

commodissime, præsertim visceribus, vtero & vesica purgatorium medicamentū postulantibus. Maxima verò vis est peculiariter e-ducere quicquid sanguini cōmixtum eū cor-rumpit. ideo veterascētibus arquatīs morbis vtilis, & quibus in superficie summatim aspe-ritudines emerferunt, velut lepris, impetigi-nibus, & horum similibus. Elephantia quoq; laborantibus accommodatus est. Verū sua-
Inferentia.
 uitatis gratia, & vt vehementiam eius remit-tant, quædam ex odoratis seminibus inseren-da. Datur ex passo, aut aceto mulso scrupulo-
Pondus.
 rum ternū, seu drachmæ vnus pōdere, aut paulo plus, vel minus, pro corporis habitu.

De Euphorbio. CAP. LXXXIX.

Euphorbium pituitam subducit, sed potius *Vis.*
 aquā. Est autē celerrimū, & maxime ignea vi flagrans: vnde colicis, & aluum frigidiorē habentibus datur. Cæteros vehementer con-turbat, sitim maxime ciet. Nonnihil ex odo-
Inferentia.
 ratis seminibus aniso, mastiche, & spica nardi ei est commiscendum. Datur ex aqua mulsa. Præstat autem cum melle cocto in catapotia digerere. *Pondus.*
 Pondus, teste Actuario, triobolare est. Mesue intra duodecim consistit grana, vt diximus lib. 1. paradox. cap. 10.

De Armenio lapide. CAP. XC.

Armenius siue armeniacus lapis quo picto
 res vtūtur, Aëtio teste, ex Armenia defer-
*Armenius la-
 pis vnde di-
 citus.*

DE COMPOS. MEDIC.

Vis.

tur, vnde nomen assumpsit. Atram bilem, & omnem lentum crassumque humorem sanguini commixtū educit. Quare, vt autor est Aëturius, melancholicis, elephanticis, & similibus dari solet, Item in renum vitiis, & spirandi difficultate. Citra verò molestiam alui deiectionem mouet, neq; vllus strangulationis timor subest, neque deliquiū animi sequetur, quæ ferè in purgationibus vehementioribus accidere consueuerunt. Hinc est quòd Aëtius hūc infantib. thoracis vitio vexatis ad vomitū excitandū dari præcipiat. Pōdus eius est, Aëturius attestāte, sextula, hoc est, scrupuli quatuor, aut paulo plus minusve pro sumētis viribus. Ita Mesue à drachma vna ad duas vsque progreditur, maxime in loto.

Pondus.

De Cyaneo. CAP. XCI.

Stellatus & lazuli lapis. Vis.

Cyaneus lapis, quem Arabum familia lapidem lazuli & stellatum nominat, vim purgantē melancholiam supra & infra obtinet. Quo circa aduersus omnes melancholicos affectus, maniam, melancholiam, comitiale, elephantiam, caneros, alphas nigros, quartanas, & hēmorrhoidas valet. Dum vritur, cæruleus magis euadit, si verus est: malus verò vftione nigricat. Pondus eius, quòd vehementior sit, armenio minus esse debet.

Probatio.

Pondus.

De Hermodactylo. CAP. XCII.

Her-

HErmodactyli Mesue duo facit genera. Vnum radice digitali longitudine, quod Behen, & minime Ephemerum non letale, vt quidam putant, erit, vt in annotationib. nostris in Nicolaũ myrepsũ demonstrauimus. Alterum radice rotunda: quod itidem in duo partitur genera. Vnum enim habet radicẽ albam, crassam, ac modice durã. Hoc est quod in hodiernum vsque diem nomen in officinis retinet. Id quidem alui deiectionem molitur, pituitãque crassam, ab articulis præsertim, extrahit. Ob id priuatim in podagra, & articulorũ doloribus, quum humores desfluunt, datur per se, vel decocto aliquo sumpta, aut etiam admota cũ farina hordei, vitellis ouorũ, & mica panis. Hoc præterea est quod Paulus Hermodactylum nominat, & stomacho nimis quã aduersari scribit. Proinde aliqua quæ eius vehementiam coërceant, miscenda erunt, vt, verbi gracia, cinnamomum, mastichẽ, zingiber, aut piper longum. Datur cum oxymelite scyllitico, aut melle rosaceo, pondere drachmæ vnius, aut plus aut minus, pro sumentis viribus. Alterum genus hermodactyli rotundi foris nigram aut rubentem radicem obtinet. Atque hoc est quod croci flore per autumnum sese ostentat, & passim per Germaniam nostram Hermodactylus appellatur, Græcis autem vetustioribus Colchicũ. De quo plura in vtroque nostro de stirpium

Hermodactyli duo genera.

Alterius generis hermodactylus itidem duplex.

Pauli hermodactylus.

Infernantia.

Pondus.

Hermodactylus noster.

DE COMPOS. MEDIC.

historia commentario diximus. Is intra corpus tutò haud sumitur.

De Tithymalo. CAP. XCIII.

Esula.
Vis.

Pondus.

ETithymalorum genere est Esula ab Auicenna & vulgo vocata. Pituitam & bilem eliciunt tithymali. Virentes illorum ramuli, auctore Actuario, fictili paulatim torrendi sunt, tritique cum polenta scrupulorum ternum pondere miscendi in aqua, & in potu præbendi: quippe quòd exiccati furculi impotentiores habentur. Admiscenda tamen iis erunt odorata aliqua medicamenta, & quæ eorundem vehementiam coercere possunt. Sunt hodie qui plus de tithymalis in puluerè redactis quàm drachmā vnā exhibēt. Tutius tamè est, vt intra pòdus ab Actuario nobis præscriptū cōstitamus. Historia & pictura omnium propemodum tithymalorū est in primo & secundo tomis nostrorū de stirpiū historia cōmentariorum.

De Elaterio. CAP. XCIII.

Elaterium.

Vis.

Pondus.

ELaterium est succus è fructibus cucumeris syluestris expressus. Modum exprimendi tradit Dioscorides. Bilem ac pituitā vacuat. Eius maximum pondus, vt auctor est Dioscorides, obolus est, minimū semiobolus. Infantibus tamen minus adhuc dandum, chalci nimirum duo. Actuarius obolos ternos, hoc est scrupulum & vnū semis, cū lacte recens emulso

so exhibet.

De epicerafflicis. CAP. XCV.

GRæci medici, potissimum verò Galenus, crebrò medicamentorum quæ illis *ἰατρικῶν* dicuntur, mentionē faciunt. Quare operæ precium nos facturos puto, si in extremo huius libri capite rationem illorum breuiter explicauero. Sunt itaque *ἰατρικῶν* medicamēta, quæ mordicantium humorum acrimoniā ac vehementiam retundunt, ac mitiorē reddunt. Vel breuius, quæ humorū morsum vel prauitatem obtundunt. Latinis igitur nō in-
Contemperantia
 epte contemperantia, aut vitiosos humores *ita.* retundentia vocantur. Sic quidem vna passā mordentes stomachum humores, Galeno lib. 2. de alimento facul. teste, obtundit. Hinc etiā *ἰατρικῶν*, Galeno lib. 9. the. metho. cap. 10. autore, non est nisi vbi paulatim vitiosus humor vacuatur, & bonus vicissim in eius locum reponitur. Saepè autem in Galeni codicibus *ἰατρικῶν*, & *ἰατρικῶν*, pro *ἰατρικῶν*, & *ἰατρικῶν* falso scribitur, quod nos & alibi quoque, & ante nos alij etiam nonnulli monuerunt.

Libri primi finis.

S iij

DE VSITATA HV-
IVS TEMPORIS COM-

ponendorum miscendorumque medi-
camentorum ratione, Liber secun-
dus Leonharto Fuschio
medico autore.

PROOEMIUM.



*Composita me-
dicamenta
quæ.*

Vperiore libro summa qua po-
tuimus breuitate, & quantum
instituto nostro sufficere ar-
bitrati sumus, simplicium quib⁹
in componendis medicamen-
tis nostræ ætatis medici fre-
quentius vtuntur, catalogum perstrinximus,
non alia sane de causa, quam vt rei medicamē-
tariæ studiosi paratiores ad struēda medica-
menta venirent. In altero verò huic operi di-
cato libro; præcepta quæ ad componēda me-
dicamenta attinent, trademus. Composita au-
tem medicamenta nobis hoc loco vocantur,
quæ medicus, qui naturę minister ac imitator
est, ex variis simplicibus commiscet. Quæ au-
tem huius commisionis sint causæ, lib. i. de
composi. medica. per genera ca. 3. Galenus do-
cet; vt nō sit necesse illas hic prolixius referre.
Porro

Porro quum in vniuersum duo sint compo-
 sitorum medicamentorum genera, vnum qui-
 dem quod intra corpus sumitur, alterũ quod
 extrinsecus admouetur, in secundo vniuer-
 sã huius tractationis libro, quæ ad primi ge-
 neris medicamenta recte componenda præ-
 ceptiones attinent, docebimus. Vnice autem
 curauimus vt essent breues & perspicuæ, quò
 ab omnibus, etiam citra docentem, apprehen-
 di possent. In formulis quoque compo-
 sitorum medicamentorum concinnandis da-
 ta opera à barbaris & ineptis simpliciuũ me-
 dicamentorum aliarũque rerum vocibus
 abstinuimus, & quoad fieri potuit, receptis
 Græcis aut Latinis vsi sumus, vt scilicet hac
 ratione medicinæ studiosos assuefaceremus
 vt impuras, barbaras, & ridiculas simplicium
 nomenclaturas tãdem dediscerent, aut pror-
 sus veluti abiectas contemnerent, atque pro-
 priis potius puras & latinas vsurparent. Raro
 etiam, aut ferè nunquam sumptuosa ac præ-
 ciosa admiscuimus, contra quorundam Ara-
 bistarum impostorum morem, qui nulla me-
 dicorum rescripta laudant, nisi quæ summam
 barbariem redoleant, & ex quatuor mundi
 partibus aduecta medicamenta habeant.
 Qui sane, quum pergant summa cum perti-
 nacia & impudentia imperitis imponere, in-
 digni sunt medici nomine, & inter carnifi-
 ces potius reputandi, vt qui rationem secten-

*Duo compo-
sitorum m. di-
camentorum
genera.*

*Arabistæ im-
postores no. a-
tur.*

atur ægris sæpe noxiam, & semper sumptuosam, quum tamen præstaret nostratibus, utpote minus sumptuosis, & longe peregrinis istis melioribus, uti. Verum quum materias medicas suis & legitimis appellatas nominibus nondum omnibus cognitatas esse perspectum haberem, in primo libro passim illis barbaras etiam nomenclaturas attexui, ne aliquis temere se neglectum esse queri posset. Sic omnium votis me accommodare, ut tandem vere restitutam habeamus medicinam, nihil piget.

De ponderibus officinarum. C A P. I.

Cognitio ponderum ad rationem componendorum medicamentorum necessaria

Pondera medica hodie vsi sunt.

Quum citra ponderum quorum hodie in medicamentis conficiendis frequentior vsus est, cognitionem, ratio componendorum medicamentorum intelligi haud quæat, principio de iis quibus hodie in officinis medicorum vtuntur, breuiter admodum disseremus: idque haud temere. Nam quum constituta ac certa sint quorundam medicamentorum pondera, adeo vt si quis temere in iis error accadat, is nunquam non cum aliqua corporis noxa, nonnunquam etiam cum summo vitæ dispendio cõtingat, danda certe opera medicinæ studiosis erit, vt eorundem exquisitam plenâque cognitionem habeant. Põdera verò quib. hodie medici & seplasiarij vtuntur, hæc sunt: libra, vncia, quadrans, drachma, scrup-

scrupulus, scriptulusve, siliqua: & hæc quidem à Græcis & Romanis recentiores acceperunt medicis. Præter hæc sunt alia, quæ ab Arabibus, barbaris & vulgaribus mutuarunt medicis, qualia sunt manipulus, pugillus, aureus, Kist, Kirat, & Dauic, quibus posterioribus Mesue potissimū vsus est. *Libra medica, quæ* *Libra medica*
 Græcis *λίτρα* dicitur, est vnciarum duodecim. Hæc alio nomine pondo vocatur, idque quū *Pondo.*
 per se seu absque alio pondere scribitur. Vbi verò cum alio ponderis vocabulo coniungitur, idem significat quod Græcis *εκαδραμιο & δραν*, hoc est pondus, vt pondo libra, pondo vncia. Plurimum itaque errant nostræ ætatis indocti pharmacopœi, qui librā in sedecim vncias partiūtur, quæ tamen non est medica, sed potius mercatoria & negociatoria, ideòque ea in componendis medicamentis non vtendum. *Quod si errorem hunc non fateantur, facile è libræ partibus, quadrante potissimū, quam illi quartam vocāt, conuincuntur. Huic enim vncias quatuor attribuunt. quod si verum est, libra eorūdem sedecim sit vnciarum oportet. Quatuor enim vnciæ quater sūptæ, sedecim producant vncias. Porro inter libræ* *Libra partes.*
 partes, quarum hodie vsus est, primū nobis occurrit quadrans, hoc est quarta eius pars. *Quadrans.*
 Non est autem quadrās, nisi vnciæ tres, sicuti Triens vnciæ quatuor, & sextans sexta eius pars, hoc est, vnciæ duæ. Quare in manifesto *Triens.*
Sextans.

errore omnes propemodum Germaniæ nostræ Seplasiarij ac medicamētarij versantur, eò q̄ triente pro quadrāte vtantur. Nullos enim hætenus quadrantē veram vsurpare deprehēdi, præter Monacēses quosdā, qui legitimo & medico pondere, dum illic medicinam

Vncia.

facerem, vtebantur. Vncia, *δύναμις* Græcis dicta, quæ est librę duodecima pars, drachmis octo, feu denariis Romanis septem constat. Vnde

Nicolai Salernitæ error. Seruitor.

fese primū error Nicolai Salernitæ prodit, qui nulla veterum autoritate munitus, vnciæ drachmas nouem tribuit. Cui etiam Seruitor,

Quorundam Galeni interpretum error.

scriptor triobolaris, subscribit. Atq; hos egregios duces magna Seplasiariorū turba sequitur, nulla alia ratione, quàm quòd ab illis est

Drachma.

scriptum, sese tuentium, quum illis potius iudicio meliorum autorum & Græcorum standum esset. Dein etiam error se pandit quorū-

Scrupulus.

dam Galeni interpretum, qui perpetuo denarium cum drachma confundunt, quum tamē certo constet denarium drachma paulo, vna

Obolus.

scilicet septima, grauiorē esse. Drachma quæ Græcis *δραχμή* & *δράμῃ* vocatur, octaua est vnciæ

Siliqua.

pars, habet in se scrupulos tres. Scrupulus autem siue scriptulus, quem Græci *γραμμία*, quasi primum ponderis elemētum appellant, obolos duos continet. Obolus itaque dimidiū est scrupuli, feu sexta drachmæ pars. Tribuūt autē hodie scrupulo hordei aut tritici grana viginti. Obolus pendet siliquas tres. Siliquæ

itaque,

itaque, quam Græci *νεφάρτιον*, Actuarius cū vul- *ναξίσουβιον*
 go, *ναξίσουβιον* vocat, sex, scrupulum pendēt. Semen
 verò eius, non tota filiqua intelligenda
 venit, & id mediocre, nō enorme: & habitius,
 neque strigosum & emaciatum. Vnum autem
 granum seu semen filiquæ, sex lentis semini-
 bus, quod nos experientia comprobauimus,
 pondere suo respondet. Hæc si sexies sumptis-
 ris, prodibunt in vniuersum triginta sex, quæ
 plane constituunt scrupulum. Quæ ideo cō-
 memorare placuit, vt hinc studiosi locum
 Rhemnij Fannij Palæmonis de ponderibus *Rhemnij locus*
 deprauatum restituerent, qui utique in co- *emendatus.*
 dicibus, quos viderim, omnibus ita legitur.

Semina sex alij filiquis latitantia curuis,

Attribuunt scrupulo, lentes veraciter octo.
 Deprauatum verò hunc locum esse quiuis
 deprehendet, si lentis semina octo cum scrupulo
 ponderare haud grauatius fuerit. Certò
 enim comperiet nō octo lentis semina, vt car-
 mina præscripta docent, sed quatuor, & quater
 octo, hoc est triginta sex, scrupulum equare.
 Leuiores enim sunt octo lētis semina, quàm
 vt suo pondere scrupulo respondere possint.
 Quapropter Fannij loc^o ita restituendus erit.
 Semina sex alij filiquis latitantia curuis,
 Attribuunt scrupulo lentes quatuor, quater
 octo,

Aut totidē speltas numerāt, tristēve lupinos
 Bis duo.

DE COMPOS. MEDIC.

Recentiorum
& Arabum
pondera
Manipulus.

Atque sic quidem se habent pondera, ut olim, ita etiam hodie à Græcis veteribus medicis usurpata. Nunc ad ea quibus recēiores & Arabes vsi sunt veniemus, inter quæ primū se nobis offert manipulus. Sic verò appellant herbarum aut florum fasciculum qui summa manu cōplicata apprehendi & complexi potest. Qua quidem voce sæpe etiam rei rusticæ scriptores vtuntur, ea nimirum significantes fasciculum quem manu quis apprehendit metēdo, siue id fiat in segete, siue in prato. Ita Columella lib. II. de re rustica hanc usurpat vocē, inquiring. In villam fœnum portetur, aut in manipulos colligatur. Quod monere volumus, ne quis vocabulum hoc ut barbarū adspernaretur. Nicolaus & alij recentiores Græci vocant *δραχμῆς ἑξήκοντα* *καὶ ἑξήκοντα* *χερσίωνων*. Cæterū pugillo, quod diminutiuum à pugno existit, recentiores & nostræ ætatis medici etiam pro pondere vtuntur. Significat autem illis pondus herbarum & florum quod pugno, seu cōpressis digitis capi potest, adeoq; alteram ferè manipuli partem denotat. Recentioribus Græcis, Aëtio potissimum, hoc ponderis genus *δραχμῆς* dicitur. Usurpant iidem quoque aureum, qui illis pondus est drachmæ vnius & dimidæ. Arabib⁹ in vsu est Dauc, quod sex granorum pondus est. Item Kirat, quod triū granorum pondus æquat. Quorum quidem meminisse decuit propter Mesuen, quem mul-
ti

Pugillus.

δραχμῆς
Aureus.
Dauc.
Kirat.

ti hodie in deliciis habent. is enim prædictis ponderibus crebro vtitur. Notæ ponderum quib⁹ hodie in formulis seu rescriptis suis medici vtuntur, sunt eiusmodi.

Grani	} Hæc nota	G.	xx	} <i>consuetudine</i>	Ponderum nota.
Scrupuli		ʒ.	ij		
Drachmæ		ʒ.	ij		
Vnciæ		ʒ.	est.		
Quadrantis		qr.	ij		
Libræ		ʒ.	xx		
Semis		S.			

Præstaret autem, abiectis ac contemptis profus iis notis, hæc ipsa primis suis literis scribere, potissimū drachmam & vnciam, ne scilicet notarum ʒ. & ʒ. affinitate vel medici vel seplasiarij ipsi magno mortalium incommodo peccent & aberrent. Proinde quod in mensuris vulgaribus faciunt medici, M. pro manipulo, & P. pro pugillo scribentes, id ipsum etiam subinde in aliis facere assuefiant, præcipuè verò pro ʒ. drach. & pro ʒ vnc. potius scribant.

Catalogus medicamentorum quæ intra corpus sumuntur. CAP. II.

PAuld antè à nobis cōmemoratum est medicamentorum compositorum hodie vsitatorum esse in vniversum duo genera, vnū quod ingeritur, & intra corpus sumitur: alterū quod extrinsecus corpori admouetur. De ^{Quid primo} _{libro tractetur.} priore quidem genere in hoc libro agemus, *int.*

DE COMPOS. MEDIC.

alterius verò tractationem in sequentem reiciemus differemusve librum. In primi autem generis speciebus enumerandis, vulgi nomenclaturas aliquot immutabimus, partim quòd ineptiores sint, partim quòd veterum appellationes puriores sint, & naturam rei nobis certius exprimant. Adde quòd recetiores partim sibi in suis nomenclaturis consent. Tamen ne imperitis obscuritatis alicuius autores essemus, passim in eandem explicatione barbaras & hodie vsitatas etiam voces adieciimus. Primi itaq; generis compositorum medicamentorum hæc sunt species.

Genera medicamentorum quæ intra corpus sumuntur

- | | |
|----|---------------------------------|
| 1 | Antidota. |
| 2 | Purgatoria medicamenta. |
| 3 | Catapotia siue pilulæ |
| 4 | Vomitum elicientia. |
| 5 | Sachara. |
| 6 | Condita. |
| 7 | Eligmata, loch. |
| 8 | Zulapia. Iuleb. |
| 9 | Succi medicati. Rob & miua. |
| 10 | Serapia. Syrupi. |
| 11 | Decocta. |
| 12 | Pulveres seu trituræ. Trageæ. |
| 13 | Pastilli. Trochisci. |
| 14 | Glandes, Suppositoria barbaris. |
| 15 | Clysteres. |
| 16 | Collyria. Sieff Arabibus. |
| 17 | Gargarizatus, Gargarismi. |

18 Denti-

- 18 Dentifricia.
 19 Pefsi, Peffaria.
 20 Errhina. Nafalia.
 21 Apophlegmatifmi, Maflicatoria
 22 Odoramenta.
 23 Suffimenta. Suffitus.

De quibus fingulis eo ordine quo sunt po-
 fita nunc differemus.

De Antidotis letalibus aduerfantibus.

CAP. III.

Quum de specie antidotorũ que letalibus
 & venenis aduerfantur, hoc capite si-
 mus aduri, præstat in initio cognoscere quid ge-
 neratim antidotum significet. Medicamenta
 autem quæ non extrinsecus admota corpori,
 sed intra corpus assumpta malis medetur, Ga-
 leno lib. I. de antido. teste, Græci veteres anti-
 dota nominauerunt, ab *avri* & *dida* que, quasi ad-
 uersus mala & vitia data. Fœminino quoque
 genere antidotos Medici appellant. Tres au-
 tem, eodẽ Galeno attestante, antidotorũ sunt
 differentiæ. Quædã enim aduersus letalia me-
 dicamenta offeruntur. Quædam contra feras
 venenum iaculantes, seu virulentas. Quæ-
 dam verò malis ex prauo visu obortis succur-
 runt. Sunt autem ex iis quæ vsum hunc tripli-
 cem promittunt, vt Theriaca, Mithridatios,
 quæ ob id à medicis nostri temporis con-
 fectiones magnæ dicuntur, non vt nonnulli

*Antidota
 que.*

*Tres antidoto-
 rum differen-
 tiæ.*

*Confectiones
 magnæ.*

DE COMPOS. MEDI.

tradunt, à clarissimis magnique nominis viris. De iis igitur, tanquam præstâtissimis, primo loco agemus. Sunt autem nostro tempore vsitatae antidoti, quarum nunc nomina & facultates subiiciemus.

Theriaca.

THERIACA seu theriace sic dicta est, quòd ferarum & viperarum morsibus medeatur, omnium antidotorum præstâtissima, exitiabilibus venenis, & ferarum virus eiaculantium ictibus aduersatur. Inueteratis capitis doloribus, vertiginibus, auriû grauitati, comitialibus, attonitis, resolutis, oculorum hebetudinibus, voci amissæ, asthmaticis, recenti & vetustæ tussi, sanguinem reiicientibus, vetriculi imbecillitatib⁹ ac inflationibus, colicis cruciatib⁹, ileosis, cholericis, cœliacis, regio morbo correptis opitulatur. Induratum lienē absomit, calculos in renibus comminuit, vrinæ difficultati, & vesicæ exulcerationibus medetur. Februm horroribus & rigoribus, hydropticis, elephantia laborantibus, sæpe præsentis est auxilio. Menstrua ciet, fœtum mortuû excutit. Articulorum doloribus adiuuato est. Non autem corpus modò, sed & animi morbos persanat. Melancholicis itaque, lymphaticis, aquæ pauoribus, & id genus aliis malis iugiter data succurrit. Cæterum in pestifera luc vix aliud præsentius magisque idoneum præsiidiû hac ipsa inueniri potest. Utendum vero ea est theriaca quam Andromachus primarius

marius Neronis medicus composuit. Cōponendi autem rationem Galenus in libello cui titulum fecit de theriaca ad Pisonem, & lib. 1. de antidotis tradit, & post eum Nicolaus myrepsus, qui huius quidem facultates copiosissime describit.

MITHRIDATI O S antidot⁹ sic ab ipso *Mithridatios*
 Mithridate, Ponti & Bithyniæ rege, qui eā inuenit, nominata, Galeo lib. 2. de antidotīs autore, ad eadē quæ Theriace valet, & ad pleraque perniciosa medicamenta est efficacior: in viperæ autem morsus curatione, theriaca inferior. Priuatim verò facit ad antiquas ventriculi fluxiones, itemque thoracis, & ad omnes inueteratas in profundo corporis exulcerationes, aut abscessus. Emendat & reducit appetentiam, & bonum corpori colorem reddit. Acuit visum eorum qui illa vtuntur crebrius. Mithridatij sunt varię descriptiones, quas Galenus libro secundo de antidotis tradit. Aëtius quoque lib. 13. cap. 98. Mithridatium describit. Ex Nicolai autem myrepsi præscripto hodie paratur. Huius descriptionem ex nostra conuersione petent Seplassarij, vulgares enim codices mirifice sunt deprauati, & propter obscuras aliquot voces nec intelligi nec rectè parari possunt.

HAEMAGOGOS antidotus utilis est ad *Hemagogos.*
 varia vitia muliebria. Eas certè mulieres quæ solito tempore nō purgantur, mirifice iuuat.

T

DE COMPOS. MEDIC.

Quippe menses euocat, foetum in utero mortuum excutit. Quæ à partu non satis purgantur, eas probe expurgat, & sanitati restituit. Calculum vesicæ conterit, & per urinam expellit. Stillicidum urinae, icoris obstructionem, & lienis duritiem sanat. Cruditati stomachi, coli doloribus, & nephreticis auxiliatur. Hæmorrhoidas aperit, secundas educit, vesicam expurgat, stomachum calefacit, flatu discutit, vomitumque compescit. Eius descriptio est apud Nicolaum ca. 26. sectionis primæ.

Esdræ.

ES DRÆ antidotus mirifice aduersus letalia venena confert, aliosque usus multos habet, quos Nicolaus & alij autores recensent. Nicolaus quatuor Esdras ordine commemorat, sed quæ in vulgatis codicibus, ex quorum præscripto hodie conficiuntur medicamenta, habetur, neutra illarum existit. Quapropter si qui probe paratam hanc antidotum in suis officinis prostare volunt, hi ex nostræ conversionis præscripto eam conficiant. Aëtius Esdræ conficiendæ etiam modum tradit lib. 13. ca. 101. Paulus lib. 7. ca. 11. Aëtuarius in lib. de compo. medica.

Tryphera Saracenicæ.

TRYPHERA SARACENICA est efficacissima ad melancholicos, omnique capitis, stomachi, & hypochondriorum, quod ex melancholia, aut flava bile exusta oritur, malum. Eius descriptionem habet Nicolaus cap. 209. primæ sectionis.

Tryphera

TRYPHERA MAGNA ad omnia mala *Tryphera ma-*
 muliebria à frigiditate nata cōfert, vt copio- *gna.*
 sius Nicolaus sect. 1. cap. 210. docet.

AVREA ALEXANDRI contra capitis *Aurea Ale-*
 defluxiones à frigore cōceptas efficax est, ocu- *xandri.*
 lorū lachrymas sistit, dentium dolores sanat.
 Aduersus capitis cruciatū sūmopere prodest
 illita fronti. Comitialibus subito factis peni-
 tus auxiliatur. Furiosis & vertiginosis admo-
 dū vtilis est, & in vniuersum omnē capitis no-
 xam mulcet. Tusientibus, tabidis, cardiacis,
 asthmaticis, sanguinē excreantibus, mirifice
 opitulatur. Confert resolutis, & laterū visce-
 rumque malis. Lapidēs conterit, stilliciū &
 difficultatē vrinæ, omniāq; vteri vitia soluit.
 Quotidianis, tertianis, & quartanis febribus
 ante inuasionis horā sumpta succurrit. Quis-
 quis denique semper vti hac antidoto cōsue-
 uerit, is neque apoplexiæ, neque coli dolori
 vnquam obnoxius erit. Eius descriptio est ap-
 ud Nicolauū sectiōe prima de antidotis ca. 11.

Veterib^o præter iā dictas quatuor plures alig
 in frequenti vsu fuere antidoti, è quibus quif
 que optima seligere, & in vsū quotidianum
 reuocare poterit. Quare iis præteritis, vsū
 earundem, & componendi rationem hodie
 vsitatam iam exponemus.

Qui hac ætate medicinam faciunt, antido *Vsū antidoto*
 tis præscriptis nonnunquā se solis, citra alio- *tum.*
 rū vel simpliciū vel compositorū medicamen-
 torum adiectionē vtuntur, verbi gratia sola

T ij

DE COMPOS. MEDIC.

theriaca, vel mithridatio. Interdum easdem inter se miscent, in hunc quidem modum.

R. Theriaces Andromachi }
Antidoti Mithridatij } singu. 3. j. S.

Inter se commisceantur.

Nonnunquam ut earundem insuauitas retundatur, flores sacharo cōditi & excepti, potissimum qui cordi sunt familiares, ut est sacharum buglossatum, & id gen^o alia, illis adii-ciuntur, serapióque conueniēti excipiuntur, ut ex sequenti paradigmate patebit, quod

R. Mithridatij antidoti 3. ij.

Sachari borraginis } ana. 3. j.

Buglossi
melissophylli. 3. S.

Ramentorum eboris } sing. 3. j.

Se. felis

Serapij ex acido citri succo quod satis sit ad antidoti constitutionem.

Sūt qui antidotos adiecto bolo armenio, aut lemnio sigillo stillatitiis aliisque congruentibus liquoribus diluunt, ut ex hac formula liquet, quæ habet

Theriaces Andromachi. 3. ij.

Antidoti Mithridatij. 3. j.

Boli armenij. 3. S.

Liquoris stillatitij rosarum. 3. j.

Borraginis }
Scabiosæ. } sing. 3. S.

Misceantur singula, ut fiat potio.

Plurimum conferet etiam si vnum aut plu
ra

ra ex iis quæ constituunt antidotum ^{diacordica}
^{pur}, ita quidem quod ex quatuor rebus cõstet,
 gentiana scilicet, myrrha, aristolochia, & bac
 cis lauri tritis, nominatam, adieceris, vt ex se
 quenti parebit formula, quæ recipit

Antidoti Mithridatij. 3. ij.

Theriaceæ Andromachi veteris. 3. j.

Gentianæ.

Aristolochiæ } sing. 3. ij.

Myrrhæ troglodyticæ }

Excipiantur serapio ex acido succo citrij
 quod satis est.

Cæterum in mensium suppressione mirifi
 ce confert prædictarum antidotorû vsus, ma
 ximè si illis alia quædam medicameta similis
 facultatis commisceantur. Eius rei hoc sit pa
 radigma, quod

R. Mithridati. 3. iij.

Trypheræ magnæ. 3. ij.

Antidoti hæmagogi. 3. j.

Pastillorum è myrrha. 3. S.

Cinnamomi.

Cassie lignæ. } sing. 3. j.

Rubiæ.

Cum Serapio ex artemisia excepta in ele
 ctuarij formam redigantur.

Est etiam Saracenicæ interdum vtendum
 tryphera, conuenientibus illi admixtis medi
 camentis, in hunc scilicet modum.

R. Trypheræ saracenicæ. 3. iij.

T iij

DE COMPOS. MEDIC.

Sachari buglossati }
 violacei } Sing. ʒ. S.

Lētificantis Galeni ʒ. ij.

Corticum citrij. ʒ. .ij.

Maceris. ʒ. .j.

Excepta ex acido citrij succo serapio in formam electuarij redigantur.

Exhibēdi modus.

Quod si se solis sumantur antidoti, non omnium idem erit exhibendi modus, neque cū iisdem præbentur liquoribus. Siquidem ex vino, aqua malsa, stillatio aliquo, aut alio quodam liquore, prout affectus ipse exigit, dantur. Nam pro affectuum differentia, congruū mixturæ liquorem inueniamus oportet, quæ admodum Galenus in lib. de theriaca ad Pisonem, & post hunc in libro de compositione medica. Actuarius, & Nicolaus myrepsos docent. Porro mensura aliàs alia rectè uteris. Interdum enim fabæ Aegyptiacæ quantitas danda, vbi nimirum exiguum ad coctionem antidotorum interuallum erit. Interim verò auellana, aut ponticæ nucis magnitudine sumes, quum plus temporis ad distributionem earundem habiturus es. Inspicere etiam conuenit anni tempus, & regionem vbi antidoti assumuntur. Nam per æstatem, præsertim theriaca, neutiquam præbenda. Quippe statu aëris calido, etiam ex antidotis corpus calidius euadens offenditur. Quapropter hoc tempore, nisi impendens nobis aliquod periculum, diuersum

Mensura.

diuersum iubeat, antidotorum prædictarum vsus esse nullus debet. Pari ratione neque ætate florentibus, & multo calore natiuo præditis, magna copia, & sæpe dādæ sunt, nec nisi ex aqua. His verò qui transacta iam iuuenta declinant, & ad senectam spectant, aut ætate confecti sunt, & multum de prædictis antidotis, & sæpe, nõ ex aqua modo, sed ex vino quoque, pondere drachmæ vnus sumendæ sunt, vt corporis virtus iam emarcescēs, & natiuus calor ferè extinctus refocillari & accendi eandem beneficio possit. Pueris hæc medicamenta haud sunt danda. Quippe horum magnitudo pueriles vires longe superat, & corpus eorundem facile resoluit, natiuumque spiritum cito extinguit.

Cæterum in vsu superiorum antidotorum, theriaca potissimum, considerandum vnice erit, num probe concoctæ sint. Nam tempore longo, plurimum annis duodecim ad concoctionem egent. Vigentiores autẽ validioresque sunt ab anno quinto, sexto, septimo, præsertim in iis qui à virulentis feris, aut canebatido morfi sunt, & pharmacis letalibus petiti. Hi enim omnes quum grauem noxam ab iis venenis acceperint, potentioribus antidotis indigent.

Porro antidotos dare oportet quũ qui sumit, probe cõcoxerit, nec cibus grauat⁹ fuerit. A ieiuniis itaque, minime autem crudis, adco-

T iij

*Antidotorũ
concoctionis
tempus.*

*Tempus exhibi-
tionis.*

DE COMPOS. MEDIC.

que appetente diluculo, id genus medicamen-
ta sumenda erunt. Saturis igitur, nisi urgeat
necessitas, nequaquam præbenda. Necessita-
te verò impellente, & veneno sumpto expo-
stulante, quavis hora dici dari possunt. Quæ
singula copiosius Galen^o in libello de theria-
ca ad Pisonem docet.

De antidotis dolorem sedantibus, & stupefa-
cientibus. CAP. IIII.

Absoluta componendi ratione antidotorū
quæ letalium medicamentorum, aut virus
iaculantium gratia bestiarum sumuntur, nūc
ad alterius generis antidotos, quæ scilicet ma-
lis ex prava victus ratione natis succurrunt,
nobis progrediendum erit. Hæ verò quū va-
riæ admodū sunt, principid de iis quæ Græcis
ναρκοτική, & *ἀνάλγητα*, & *καρμολογική*, & *καταρτητική*,
latinis stupefaciētia, dolorem sedantia, & mi-
tigantia, barbaris & nostræ tempestatis me-
dicis opiatæ, quod scilicet illarum composi-
tioni opium adiiciatur, nuncupantur. Cæte-
rum differunt inter se *ἀνάλγητα* & *καρμολογικά*. A-
nodyna enim proprie sunt ea quæ partium
existunt tenuium, & non multo calidiora
quàm quæ commoderata sunt: ideòque ne-
cessè est vt vacuent ac discutiant, rarefaciāt,
extenuent, concoquant, & æquabile red-
dant quicquid in partibus dolore vexatis, aut

Opiatæ.

Anodyna.

humorum acrium, aut lentorum, aut crassorum, aut multorum meatibus infarctorum, aut etiam vaporosi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus exitum commodum non inuenientis, cohibitum atque inclusum est. Itaque nihil prorsus adstrictionis habeant oportet, ne si pars quidem, aut etiam affectus exposcant. Ex quibus liquet quod interdum malū non iuuabunt, sed dolorem tantummodo mitigabunt, quando videlicet reuera dicentur anodyna. Interdum verò etiam malum ipsum adiuuabunt, & tum quidem facultatem habebunt duplicem, nempe anodynā & sanātem. In summa Anodyna proprie vocata, primi sunt ordinis excalefacientium. Quæ verò narcotica & stupefacientia nuncupantur, *Narcotica.* temperamentum sortiuntur vel summe aduersum iis quæ reuera sunt anodyna, siquidē omnia corpus refrigerant, & sensum eousque stupefaciunt, vt si paulo liberalius ebibātur, mortem afferant.

Porro medicamentorum sedantium dolorem, Galeno lib. 7. de compo. medica. localium *M. dicamētorum dolorem* cap. 5. autore, genus duplex existit. Vnū quod *sedānum duo genera.* colicis duntaxat, propter vehementiam doloris, conuenit. Alterum quod sanguinem reiciētibus & tabidis idoneum est. Item quod ad dolores & affectus qui circa pulmones, arteriam, thoracem, & alias quasdam partes, colicis tamen exceptis, consistunt. Proinde co-

DE COMPOS. MEDIC.

lica medicamēta obstupefactoriam vim, quā ex refrigerantium multitudine obtinent medicamentorum, vt sunt hyoscyami semē, cicuta, papaueris succus, & radicis mandragoræ cortex, aliis, vt quæ odoratorum, & vrinamentium seminum, qualia sunt cuminū, daucus, fœli, apium, & anisum, mixtura cōstant, sunt vehementiora.

Vsus narcoticorum.

Quod verò ad vsum narcoticorum & stupefacientium attinet, sciendum iis non esse vtendum, nisi vbi à nullo anodyno dolor mitigari potest. Ob id ipsorū vsus perpetuò vitandus, nisi magna necessitas vt illis vtamur vrgeat. Nam corpora viuientium simile quid mortificationi ab omnib⁹ quæ ex opio, hyoscyamo, mandragora, & id genus aliis narcoticis constāt medicamentis patiuntur: nimirum causis dolorem infigētibus, insensibilibus factis. Et multi sane qui assidue talibus vsi sunt, ad immedicabilem frigiditatem particulas perduxerunt. Non igitur cōtinuis diebus, sed ex interuallis eiusmodi medicamēta danda sunt. Miscenda quoque prædictis sunt calefacientia, partim vt vim illorum stupefactoriam vehementem nonnihil obtundant, adeoque sensum minori detrimento stupefaciant: partim vt frigiditas altius penetret. Nā quum frigida per se tardi sunt transitus, admiscentur calida, vt refrigerantium stupefactionem in altum deducere queant, qualia sunt

*Calefacientia
cur miscenda
stupefaciētib⁹*

sunt castorium, crocus, casia, & id genus alia medicamenta. Cauendum etiam vnicè, ne narcotica partibus iis quæ principatum in corpore obtinent, verbi gratia cerebro, cordi, pulmone, iecori, ventriculo, & iis similibus, adhibeantur. Præstat etiam ea primùm forinsecus admoueri anteaquam intra corpus sumantur. Pueris denique, senioribus, & aliis imbecillioribus, itémque grauidis seu vterum gerentibus ne applicentur. Quapropter in vñu narcoticorum tribus attentum esse oportet medicum. Primùm vt sensum tactis obtundat & stupefaciat. Secundo, vt nihil noxæ ex hac stupefactione in particula relinquantur. Tertio, quod est maximum, vt affectui succurrat. Quæ tria certe Philo diligenter in sua antidoto, quæ instar exempli, quod imitentur in componendis narcoticis, medicis esse debet, seruauit. Nam hyosciamus, & omnium valentissime opium, facultatis sensoria stuporem, & somnum torpidum summa frigiditate molitur. Vt autem horum vehementia obtundatur, nec adeo nocent, sed imminens ab eis noxa potius inhibeat, vtque citius distribuantur stupefacientia (nam per se tarde admodum, vt dictum est, permeant) & penetrent interiorum laborantium partium substantiam: calefacientia adiecit, costum, pyrethrû, euphorbium, piper, quæ etiam noxios & dolorificos

Quibus partibus non adhibenda.

In vñu narcoticorum tribus attentus sit medicus.

Philonis antidotus.

DE COMPOS. MEDIC.

humores coquere, crassos tenuare, lentos incidere & tergere, & flatulentos item spiritus attenuare, & utrosque per halitum digerere & vacuare possunt.

Cæterùm antidoti stupefacientes & dolorem mitigantes hodie vsitatæ, earundemque facultates sunt eiusmodi.

Philonim.

PHILONIS ANTIDOTVS pollet contra colicos cruciatus, inflammationes costarum, & omnem intestinorum dolorem. Somnũ accersit. Datur stomachicis, nausea vexatis, vomituriensibus, & vellicato mordicus ventriculo, resolutis in quotidiana febre, sanguinem excreantibus, tabidis, tussientibus, destillationeque laborantibus. In summa medicamentum est quod mirifice dolorem sopit. Eius cõpositio est apud Galenũ lib. 9. de compos. medic. localium, & apud Nicolaum in sectione prima de antidotis.

Athanasia.

ATHANASIA dolorem lenit, hæmoptoicis, oculis diuturna fluxione laborantibus, sanguinis è naribus profluuii correptis, dysenteria affectis, cœliacis, & menses nimium promanantibus, & fluxui muliebri prodest. Eius cõpositio est apud Nicolaum myrepsone loco citato, nempe sectione prima de antidotis.

Dialibani.

DIALIBANI lachrymas mirabiliter sistit, mediæ caluarie dolorẽ, & ilci ex vino albo data mitigat. Facit ad eos qui angina correpti sunt, asthmaticos, nephriticos, guttatumque mingen

mingentes. Destillationes sanat. Describitur à Nicolao sectione prima cap. 92.

MICLETA cōducit dysenteria correptis, *Micleta.*
leuitate intestinorum laborantibus, inflationibus intestinorum, alui profuuiio, hæmorrhoidibus, & omnibus affectib⁹ cœliacis. Eius compositio est apud Nicolaum sectione prima cap. 200.

DIACODION prodest iis quibus tenui *Diacodion.*
defluxione à capite deuoluta tussis excitatur, & quibus venter acris & biliosa excernit: itē calidæ intemperici, & cholera laborantibus, necnon peruigilio vexatis. Auxiliatur etiam cœliacis, dysentericis, leuitati intestinorum, & alui profuuiio. Descriptum est à Nicolao sect. 1. cap. 106.

Iam dictis autem antidotis hodie in hunc *Vsu narcoticorum stupefacientiumque.*
modū vtuntur medici. Magna ex parte & creberrime seorsim, & citra aliorum medicamentorum cōmixtionem illas præbent, adiunctis tamen semper iis quæ violentiam earundem obtundunt, vt ex sequēti formula liquet, quæ R. Philonij 31.

Croci } (sing. gr. ij).
Castorij }

Cum zulapio violaceo in vnitatem coëant.

Nonnunquam purgantia quædam medicamenta cōposita illis admiscetur, vt scilicet hacratione non solum dolorem remittant, *Purgantia stupefacientibus cōmixta.*
verumetiā vt humores noxios, adeoque affe-

DE COMPOS. MEDIC.

Etum ipsum auferant, & è corpore tollât. Qui sane modus non admodum tritus est hodie, paucique sunt qui illum imitentur. Eius rei subiiciemus exemplum.

R. Diaphœnicon. ʒ.iii. S.

Antidoti indi maioris. ʒ.ii. S.

Antidoti philonis. ʒ.i.

Vini quod satis est ad excipiendum.

Sunt præterea qui in sistendo sanguine, aut alui profluvio, stupefacientibus medicamentis pastillos, & alia eius generis adstrictoria medicamenta commiscent, atque hæc ipsa subinde serapiis & aliis liquoribus conveniētibz excipiunt, vt ex sequenti formula patebit, quæ

R. Antidoti athanasiæ. ʒj. S.

Pastillorum è succino
è terra lemnia } sing. ʒj. S.

Lapidis hæmatitis } sing. ʒij.

Radice symphyti maioris,
cichorij maioris ʒj.

Serapij myrtini quantum ad excipiendū satis erit.

Vtiliter etiam illis Mielata commiscetur cū aliis eius farinæ medicamentis, hoc pacto.

R. Mielatæ ʒ S.

Rob de ribes ʒij.

Sachari rosacei veteris.

Diacydoniati citra species. } sing. ʒ S.

Mue cotoneorum ʒij.

Balau-

Balauftiorum ʒj.

Symphyti radice ʒ. S.

Serapij myrtini quatū ad excipiēdū sufficit.

Ex iam dictis medicamentis dantur magna *Pondus.*

ex parte scrupuli duo, aut vna drachma. Ve-

teres ad summum nucis auellanæ magnitudi-

ne præbebant. Sumuntur vesperi dum cubitū *Tempus as-*

itur, ex vino, aut alio liquore conueniente. *sumptionis.*

De somniferis medicamentis. C A P. V.

Somnifera siue somnum conciliantia, aut *Somnifera*

soporem molientia vocamus ea, quæ Græ- *qua.*

cis *ὕπνιον* dicuntur. His quidem magni dolo-

ris, aut vigiliarum gratia vti consueuimus,

aut ne quis propter violentam tuſſim cōuel-

latur, vt nonnunquam in sanguinis eruptio-

ne, & difficilibus destillationibus accidere so-

let. Cæterum ad horum compositionem qui

hodie medicinam faciunt, vtuntur serapio

violacco, è papauere, succis lactuæ, solani,

portulacæ, aut eorundem stillatitiis liquori-

bus, vt ex sequenti liquet formula, quæ

℞. Serapij violacei. ʒj.

è papauere ʒ. S.

Liquoris stillatitij lactuæ } *ʒ. ʒ. j.*

Semperuiuæ

Solani. ʒ. S.

Misceantur singula, & fiat potio.

Nonnunquam Diacodion antidotum cum

DE COMPOS. MEDI.

floribus nymphaeæ, violarum, & similibus ad
somniaferorum compositionem adhibent. Id
quod sequens paradigma monstrabit, quod
R. Diacodion. ʒS.

Sachari nymphaeæ } sing. ʒ. j. S.

violarum

Succi lactucæ } sing. ʒ. ij.

Portulacæ

Commisceantur inter se in mortario subacta.

Solent etiam non raro unguento aliquo ad
hoc parato, & temporibus illito somnum ac-
cerferre medici: quale est quod

*Unguentum
somniaferum.*

R. Unguenti populei ʒ. i.

Olei violacei. ʒ. S.

Seminis hyoscyami.

Corticis radicum mandragoræ } sing. ʒ. i.

Opij, gra. iij.

Croci

Castorei } sing. gra. j.

Ceræ quod satis est, & fiat unguentum.

*Tempus exhi-
bendi somni-
fera.*

Potiones somniferæ, nisi aliud facere neces-
sitas cogit, dantur vesperi, & cubitum ituris.
Eodem quoque tempore unguenta illinenda.
Aut si per diem iis uti cogimur, ut cubiculum
in quo æger decumbit, turba omni vacet, ne-
cesse est. Ablegata itaque turba quæ ægro tã-
ti molesta esse posset, vnum aut alterum aut
plures etiam, citra tamen strepitum, apud il-
lum esse satis erit.

De

De antidotis robor corpori adiucentibus
liquidis. CAP. VI.

ETertio genere antidotorū sunt etiā quæ *Antidota roborantia.*
robor corpori vniuerso, aut eius partibus
adiiciunt. Hæ hodiernis temporibus bifariā
cōstruuntur. aut enim liquida, aut solida for
ma composita in vsum adhibentur. De liqui
dis principid differemus. Hæc quum melle *Liquida.*
excipiantur, ideo primum quantum illis mel
lis sit adiiciendum, exponemus. Ad

Libram vnam	} Mellis	} Vncias iij			
Libram semis			} Vncia j. semis		
Quadrantem vnū				} Drachmas vj.	
Quadrantē semis					} Drachmas iij.
Vnciam vnam					

Hodie tamē officinæ de speciebus minus ac
cipiunt, at non sine errore. Dum enim nimiū *Officinarum error.*
iucunditati ac suauitati medicamentorum
studēt, fit vt minus etiā efficacia sint medica
menta. Quapropter hanc componēdi ratio
nem quam nunc præscribimus in conficiēdis
liquidis antidotis confortantibus, sequantur
deinceps, priore relicta, Seplasiar ij. Appellant
autē hæc ipsa antidota medici nostræ ætatis
Electuaria, voce parum latina, qua tamen Ni
colaus Myrepsos crebro etiam vsus est. *Electuaria.*

Nulla hodie antidotus liquida roborās in
officinis parata habetur, sed omnes in solidā
formam redactæ seruantur, ideoque nomina

DE COMPOS. MEDIC.

& facultates earundem ad sequēs reiciemus caput. Quod si itaque liquida aliqua antidoto confortante uti velint medici, necesse est ut è nouo componant.

Componendi
liquida ratio.
MIXTURA.

Componendi autē modus is est. Accipiunt antidotos solidas, illis que commiscunt sacchara diuersi generis, prout affectus postulat, itē condita, pastillos, & simplicia alia congruentia medicamenta, eaque omnia serapio aut alio conueniente liquore excipiunt, medicamentumque efficiūt, quod priuatim electuarium, aut mixturā nominant. Neque enim illis mixtura aliud est, quàm compositio quę ex variis medicamentis tū cōpositis tū simplicibus aliquo liquore exceptis cōstat. Quod diximus, sequētia rescripta pulchre declarabunt.

MIXTURA.

I

R. Sachari rosacei }
Violacci } sing. ʒ. S.
Borraginis }
Bugloisi ʒ iij.
Diarragacanthes ʒ. j. l
Diatrion sanralon ʒ. ij.
Manus Christi cum margaritis ʒ. ij. S.
Antidoti è prunis damalcenis simplicis ʒ. S
Specierum diarrhodon Abbatis ʒ. j.
Pastillorum è violis ʒ. S.
Serapij violacei quantum ad excipiendum
sufficit, & fiat electuarium.

II

II

R. Sachari lauendulae } sing. 3. S.
 Rosmarini }
 Florum pæoniae 3. iij.
 Betonicae 3. ij.
 Acori conditi 3. vj.
 Plereos archontici 3. iij.
 Specierum diambaris } sing. 3. j. S.
 Diamoschi }
 Stichadis arabicae 3. j.
 Granorum pæoniae numero vij.
 Visci quercini 3. j.
 Florum tiliæ fœminæ 3. j.
 Verbasculi odorati 3. S.
 Serapijè stichade quod satis erit ad excipiē
 dum, & fiat mixtura.

Porro in prædictis miscēdis nulla certa quā- *Quantitas.*
 titas præscribi potest, vt quæ ex aliis potius
 capitibus discenda sit. Tamen vniuersa medi-
 camentorum mixtura vncias tres raro exce-
 dere debet, ne nimia copia ægrotantibus fa-
 stidium pariamus.

Vna vice, magna ex parte, drachma vna cū *Pondus.*
 dimidia, aut drachmæ duæ, pro diuersitate
 affectus & habitus corporis dari debent.

Præbentur autem diluculo tribus aut qua- *Tempus exhibi-*
 tuor horis ante prandium. Vespero quoque to- *tionis.*
 tidem horis à cœna elapsis.

De antidotis robur corpori adiciētibz so-
 lidis.

CAP. VII.

V ij

IN solidis componendis antidotis roboran-
tibus hoc in initio sciendum erit, quòd tanta
debeat esse sachari proportio ad species vo-
catas, quanta mellis in liquidis, ita nimirum
vt libræ vni sachari, vnciæ tres specierum re-
spondeant. Conficiuntur autem hodie solidæ
antidoti duplici forma, rotunda videlicet seu
orbiculari, & oblonga. Quæ rotundam for-
mam induunt, latinis orbiculi vel placentæ
dici possent. Nostræ ætatis medicis rotulæ
& tabulæ vocantur. Quæ oblonga forma ef-
finguntur, iisdem morselli & lozengæ bar-
baris vocibus nominantur. Morsulos rectius
appellentur.

Cæterum vt earundem componendi & mi-
scendi rationem exacte teneamus, necesse est
prius quæ illarum hodie sint vsitatæ, & quæ
singularum sint facultates (ita enim subinde
rectius in componendo iis vti licebit) expli-
cemus.

*Sachari pro-
portio ad spe-
cies.*

*Orbiculi.
Placentæ.
Rotulæ & ta-
bulæ.
Morselli &
lozengæ.
Morsuli.*

*Diarhodon
abbatis.*

DIARHODON ABBATIS, hoc est anti-
dotus è rosis, valet aduersus ventriculi calo-
rem, iecoris, lienis, pulmonisque, contra visce-
rum dolores, & omnem totius corporis no-
xam à calore natam. Vtilis est ad febres acu-
tas, ardentésque. Cardiacis & celiacis pluri-
mum auxiliatur: item defectionibus animi è
corde ortis. Eius compositio est apud Nico-
laum sectione prima cap. 94.

*Diatragacan-
thes.*

DIATRAGACANTHES medetur om-
nibus

ibus pulmonū & thoracis vitis aridis, maxime verò tabidis, macie confectis, inflammatione lateris laboratibus, omnibusque tussibus calidis & siccis, exasperationi linguæ & faucium. Siti immodicę ob pulmonis plurimum calorem ortæ, diu in ore, & quoad liquefiat retenta, confert. Admodum etiam ad vocem raucam laudatur. Eius compositionem habet Nicolaus loco citato ca 98.

DIAPENIDION valet aduersus omnem *Diapenidion.*
thoracis noxam, tussim à frigore contractā, vocis iacturam, tabidis denique & purulentæ excreantibus succurrit. Pleuriticis, peripneumonicis, asperitati faucium, raucitatique prodest. Compositionem eius tradit Nicolaus citatę sectionis cap. 97.

DIATRION SANTALON antidotus v- *Diatrion Santalon.*
tilis ad ventriculi & iocinoris calorem. Mirū in modum tabidis & regio morbo correptis prodest. Compositionem eius tradit Nicolaus cap. 213. sectionis primæ.

MANVS CHRISTI, sic enim hodie faciē. *Manus Christi.*
tibus medicinam antidotus quædam vocatur. *sti.*
Conficitur verò ab iisdem bifariam, cū vnionibus, seu, vt ipsi nomināt, margaritis, & sine vnionibus. Primam manum Christi perlatā *Manus Christi perlatā.*
appellant. Medetur deiectis viribus, ardentibus febribus, & id genus aliis affectibus. Descriptionem eius petes ex antidotariis vulgo nominatis libris.

DE COMPOS. MEDIC.

Rosata novella.

ROSATA NOVELLA efficax est ad calorem stomachi, & ad iocinoris pulmonisq; siccitatem. Sitim restinguit, vomitum cõpescit, stomachi & cordis imbecillitati succurrit. Sudores dissoluentes ac discutientes stringit. Cardiacis, pulmonariis, & iis qui ex diutino morbo extenuati sunt, & in virium defectum incidunt, admodum auxiliatur. Eius cõpositio est apud Nicolaum ca. 204. sectionis primæ.

Diambar.

DIAMBAR, cerebrum, cor, & ventriculũ calefacit & roborat. Contra omnem corporis imbecillitatem efficax est. Omnem præterea corporis perfrictionem discutit, natiuum sufficit calorem, & rediuuum recreat, resarcitq;. Eos qui frigido torquetur humore, iuuat, articulis & membris omnibus magnifice subuenit. Ventriculum fastidiẽtem, quique cibum continere haud potest, roborat, & inappetitiam cibi summe corrigit. Affectibus vterinis & omnibus aliis frigidis prodest. Senibus ac mulierib⁹ ob id salubris. Cor ipsum roborat, ideõq; ad animi defectionẽ, & cordis syncopẽ mirifice confert. Compositionẽ eius vsitatã inuenies apud Mesuen. Nicolai nonnihil ab ea variat.

Diamoschi.

DIAMOSCHI antidotus aduersus cordis palpitationẽ valet. Ad frigidos cerebri affectus sine febre, melancholia, & illi connatam tristitiam sine causa manifesta, vertiginem, comitiales morbum, resolutionem, oris torturam,

turam, cordis palpitationem, pulmonis affectus, & spirandi difficultatem. Cōpositio eius hodie vsitata est apud Mesuen.

DIAGALANGÆ, vetriculi & iecoris in- *Diagalanga.*
temperie frigidā sanat, ob id concoctionem iuuat, ructus acidos cōpescit, & flatus crassos potēter discutit. Oris halitū cōmēdat. Eius compositio qua hodie vtuntur, est apud Mesuen. Nicolaus cap. 222. sectionis primæ habet quoque compositionem *Diagalangæ*, nihil variantem à Mesues.

AROMATICA ROSATA antidotus *Aromatica rosata.*
cor, vetriculum roborat, appetentiam excitat, concoctionem iuuat, nauseam & vomitū sedat, viscerum excrementosam humiditatem absorbit. Ex morbo conualescentibus auxiliatur. Vetriculi humiditatem, omnēque in eo putredinem emendat. Compositio eius à Mesue petenda.

DIANTHON, hoc est è florib⁹ antidotus, *Dianthon.*
succurrit præter rationē tristib⁹. animi enim lætitiā auget. Prodest cardiacis, elephantia correptis, animi defectionib. & cordis syncope. Præterea destillatione laboratib. & in vniuersum omni corporis ibecillitati. Qui à diu turno morbo debiles sunt, eos roborat. Describitur à Nicolao ca. 64 sectionis primæ.

DIAMARGARITON, hoc est ex vnionib. *Diamargari- ton.*
Ad vniuersi corporis refrigerationē confert.
Cardiacos, animo deficientes, mulieres vtero

V iij.

DE COMPOS. MEDIC.

ferentes, præfociones vteri, cordisque syn-
copen iuuat. Omnem virium imbecillitat em
firmat. His quos animus deficit, supraque mo-
dum tristibus mirifice auxiliatur. Omnem
noxam vitalium partiū discutit. Insuper asth-
maticis, tubsientibus, tabidisque succurrit. vé-
tricoli fatidica tollit, eiusque concoctionem
iuuat. Longo morbo deiectos, & imbecilli-
tate languentes recreat, & ad robur pristinū
reducit. Eius compositionē habet Nicolaus
cap. 37. sectionis primæ.

*Pleres archō-
ticon.*

PLERES ARCHONTICON, non vt bar-
bari nomināt, Pliris sarcoticon, Quippe Ni-
colaus *πληρης ἀρχοντιών*, quasi implens principa-
le & eximium vocat, quod scilicet mirificam
quandam in amissis viribus restaurandis fa-
cultatem obtineat. Prodest cardiacis, tristi-
bus, melancholicis, imbecillo ventriculo, &
deliquio animi à corde nato. Item eos qui ex
diuturno morbo prorsus extenuati sunt, plu-
rimamque inde imbecillitatem contraxerūt,
admodum corroborat. Memoriam amissam
recuperat, sensus acuit, comitialibus, asthma-
ticis prodest, omnemque cerebri debilitatē
aufert. Compositionem tradit Nicolaus cap.
149. sectionis primæ.

*Diacinnamo-
m.*

DIACINNAMOMI antidotus cōcoctio-
nem iuuat, pituitæ putredinem prohibet, &
distributionem alimenti in corpus promo-
uet. Eius descriptionem petes è Mesue.

Dia-

DIAXYLOALOEs, hoc est è ligno aloës. *Diaxyloaloes.*
 Prodest malis ventriculi, cordis, & iecoris frigidis, cásq; partes roborat. Ob id cordis palpitationem, & animi defectionem iuuat, exhilarat, & concoctioni succurrit. Oris halitum commédatur. Cōpositio eius est apud Mesuen.

DIAGEMMAE, id est antidotus è gemmis. *Diagemma.*
 Malis cordis, ventriculi, cerebri, iecinoris, & vteri frigidis auxiliatur. Ité palpitationi cordis, defectioni animæ ac cōcoctioni prodest. Tristitiam citra causam obortā amouet. Exhilarat, & corpus bene coloratum efficit. Est eius descriptio à Mesue petenda.

LAETIFICANS Galeni, lætitiæ coloris- *Latificans Galeni.*
 que bonitatem efficit. Concoctionem iuuat, & canitiem arcet. Eius cōpositio est in vulgari-
 bus Nicolai codicibus, in græco autem exemplari quod nos in Latinum cōuertimus sermonem, non habetur. Perperam etiam ad Galenum refertur, vt quem vnionum & margaritarum nusquam meminisse constet.

DIACOMERON prodest tabidis, tussis- *Diacomeron.*
 tibus, difficulter spirantibus, arteriacis, & omni thoracis ac stomachi offensæ, aquæ subter cutem fusæ, renū doloribus, impotentiæ ac debilitati. Corpora faginat, & venere mor tuam efficaciter excitat. Compositio eius est apud Nicolaum cap. 39. primæ sectionis.

DIACVMINON difficultati spirandi, tussis *Diacuminon.*
 si, inflatis, colicis, febréq; quartana laboran-

DE COMPOS. MEDIC.

tibus efficaci auxilio est. Noxam ventriculi à frigiditate ortam corrigit, concoctionem iuvat, & adstrictionum vitia sanat. Compositionem habet Nicolaus cap. 100. sectionis primæ.

Dianison.

DIANISON. Crassis flatibus in ventriculo natis, eiusdemque perfrictioni succurrit. Item pituitam in eo crudam absumit, tussique diurnæ prodest. Compositionem eius tradit Mesue.

Dialacha.

DIALACHA facit aduersus frigus ventriculi, obstructions, inflationesque viscerum, potissimum iocinoris & lienis, quorum etiã duritiem sanat. Aquæ inter cutem omnes causas discutit, menses ciet, flatuosos spiritus ab alto corporis abigit. Eius compositio est apud Nicolaum cap. 223. sectionis primæ. Sunt tamen qui ea quæ apud Mesuen est, magis videntur.

Diacurcum 4.

DIACURCUMA, ventriculi, iecoris, lienis morbos frigidos & diurnos sanat. Item obstructions, hydropem, malum corporis habitum, inflationes, vitiosum corporis colorem, & in summa omnia quæ prior antidotus potest Eius compositionem Nicolaus cap. 122. sectionis primæ, & Mesue quoque habet.

Diaprasij.

DIAPRASII antidotus, hoc est Marubio, prodest tussiculosis, tabidis, & iis qui defluxionibus ac destillationibus à capite obnoxij sunt. Item hebetudini oculorum, & palati

lati malis, oris putredinibus, & in vniuersum omnibus malis tussim adferentibus. Compositionem eius habet Nicolaus cap. 89. sectionis primæ.

DIACALAMINTHES auxiliatur iis quos cibi fastidium vrget, appetentiam reuocans. Aegre quoque spirantibus confert. Utilis ad refrigerationem thoracis, & tussientes. Ventriculo refrigerationem sentienti, & flatibus distento confert. Compositionem pete ex capite. 105. sectionis primæ Nicolai.

*Diacalamint
thes.*

DIAIREOS, id est ex Iride antidot^o, tussiculosis, & difficulter spirantibus auxiliatur. Amissæ vocis iacturam ex refrigeratione contractam resarcit. Ad columellam quæ veluti acus intus pertusa videtur, confert. Compositionem habet Nicolaus cap. 103. sectionis primæ.

Diaireos.

DIATRIONPIPEREON, id est è tribus piperum generibus antidotus, refrigerato ventriculo, & acido ructui, quartanis, exsolutis, iocinorosis, & inflationib^o auxiliatur, ac tussientibus. Cõpositionem eius tradit Nicolaus cap. 116. sectionis primæ.

*Diatrionpiper
eon.*

DIACASTORII, hoc est è castorio, succurrit vertiginosis, comitialibus, apoplethiis, resolutione correptis, tremulis, & altero latere resolutis. Compositionem habet Nicolaus cap. 27. sectionis primæ.

Diacastorij.

DIANACARDON, hoc est ex anacar.

Dianacardõ.

DE COMPOS. MEDIC.

dis antidotus. Confert vertiginosis, comitia-
libus, difficulter spirantibus, ileosisque. men-
ses pellit. incipientem aquam inter cutem, aut
malum corporis habitum abigit. Cōpositio
est apud Actuariū. Mesue habet compositio-
nem aliam, quā vocat confectionem Anacar-
dinam, hodie vsitatam, quæ prædictas omnes
facultates habet. intellectum & memoriā iu-
uat, colorēque corpori viuudum facit.

Diasatyriōn. DIASATYRION, id est ex satyrius. Pol-
let contra vesicæ & renum imbecillitatem. iis
etiam auxilio est qui urinā reddere nequeunt.
Ad liberorum procreationem, venerorum-
que frequentioremsum vtilis est. Venerem
itaque stimulat, eamque certa de causa cessan-
tem haud segniter restituit. Compositionē ha-
bet Nicolaus cap. 65. sectionis primæ.

Diacotoneon. DIACOTONEON proficit aduersus im-
becillitatem ventriculi ex frigiditate natam.
Appetentiam excitat, vomitum reprimat, fla-
tus hypochondriorum discutit, coloris boni-
tatem efficit: idque ea quæ species recipit po-
test. Eius compositio est apud Nicolaum cap.
113. sectionis primæ. Quod si verò citra specie-
rum accessione parata fuerit, alui profluui-
& leuitate intestinorū laborantibus prodest.

Hactenus omnes propemodum hoc tem-
pore vsitatos antidotos confortantes recen-
suimus. Reliquum nunc est vt qua rarione cō-
ponantur, ac inter se misceantur, monstremus.
Componun-

Componuntur verò magna ex parte è spe *Compositio nis*
ciebus multorum antidotorum, adiectis qui- *ratio.*
busdam nouis & recentibus, quæ singula tan-
dem minutissime trita sacharo in stillatitiis
liquoribus dissoluto, ad conuenientem for-
mam reducuntur, vt ex sequenti manifestum
fit rescripto, quod

R. Specierum diamoschi dulcis } sing. 3. j.
diambrae }
odorati rosacei }
diacinnamomi. } sing. 3. S.

Pleris archontici. 3. ij.

Nucis moschatæ. 3. j.

Maceris 3. ij.

Cinnamomi vulgaris. 3. S.

Carpesiorum. 3. j.

Caryophyllorum }
Calami odorati } sing. 3. ij.

Piperis longi. }

Ligni aloës. 3. S.

Mastiches. 3. j.

Cum sachari vncis quinque dissolutis in li-
quoribus stillatitiis saluæ & maioranæ, quod
fatis erit. formentur orbiculi, aut morsuli.

Aliud, quod

R. Specierum diarhodôn abbatis } sing. 3. j. S
diatrionsantalôn }
rosatæ nouellæ. 3. j.

Pastillorum è spodio. 3. S

DE COMPOS. MEDIC.

Seminum vtriusque intybi fatiui }
 cucumeris } sing. ʒ. ij.
 portulacæ }
 lactucæ. ʒ. j.

Osis cordis ceruini. ʒ. S.

Sātali albi }
 rubri } sing. ʒ. S.

Cum sachari vncijs quatuor dissolutis in li-
 quoribus stillatitiis castuthę & intybi fatiui.
 fingantur morsuli.

Pulpæ.

Interdum, præfertim vbi amissas & admo-
 dū imbecillas vires reficere ac restaurare stu-
 demus, perdicum & caporū pulpas (sic enim
 latini vocant partes animalium carnosiores)
 item nuces pineas, amygdalas, uvas passas, &
 id genus alia medicamenta speciebus antido-
 torum commiscuntur, iterum vt antea, adie-
 cto sacharo in liquoribus conuenientibus di-
 luto. Eius rationis exemplum hoc esto, quod

R. Pulpæ capi. ʒ. j.
 perdicis. ʒ. S.

Testiculorum galli. ʒ. ij.

Nucum pinearum repurgatarum. ʒ. j. S.

Amygdalarum dulcium. ʒ. j.

Pistaciorum in stillatio rosarum liquore
 maceratorum. ʒ. j. S.

Seminum quatuor frigidorum maio-
 rum, sing. ʒ. S.

Specierum diamargaritōn }
 dianthōn } ana ʒ. ij.

lætificanti*

Iætificantis Galeni. 3. S.

pleris archontici. 3. j.

Cinamomi selecti	} sing. 3. j.
Ligni aloës	
Macis.	

Cum sacharo quantum satis erit dissoluto in liquore stillatitio borraginis & buglossi. formentur morsuli.

Hæc quidem exempla sufficiunt, quòd ad illorum præscriptum mille alia effingi queât.

Tempus exhibitionis illarum idem quod li-
quidarum. Dant verò vna vice orbiculos duos *Tempus exhibitionis.*
aut tres, plus aut minus pro morbi & corporis ratione. Morsulus etiam vnus, nisi exiguus admodù fuerit, pro vna vice sufficiet. Porro ordinis ratio requirere videtur, vt hoc loco de Tragæis vocatis, vel (vt Nicolaus appellat) Drangæis confortatibus ageremus, tamè consultum nobis videtur, vt hanc tractationè ad caput de pulueribus reiciamus.

De Antidotis purgantibus liquidis.

CAP. VIII

Antidota purgantia, Græcis *νεφελιζαντα* vocata, perinde atque roborantia, duplici forma effinguntur. Aut enim liquida forma aut solida parantur. De liquidis hoc in capite agem⁹. Verù antequam horum miscèdorum rationè exponamus, necesse est vt prius quæ hodie in officinis sùt vsitata, ordine recèseamus, corù-

DE COMPOS. MEDI.

démque facultates explicemus, à leuioribus sumpto initio. Bilem ducentes.

Diamanna.

ANTIDOTVS è manna flauam bilé detrahit citra omnem molestiam, adéoque omnibus biliosis morbis cōuenit. His verò potissimum auxiliatur, quibus cor, ventriculus, & renes supra modum incalescunt. Febris acutis & ardētibus confert. Eius compositio à Mesue petēda.

E prunis.

E PRVNIS Damascenis facit ad acutas, ardentis, omnesque alias febres, nēpe tertianas, continuas, hecticas, marasmodes, lypurias, & ad omnem febrilem affectum. Ea potissimum quæ citra Dacrydij adiectionem constat, quam simplicem hodie appellant. Hæc enim leuiter aluum subducit, mollit & humectat. Quæ Dacrydium recipit, solutiua bari vocant, febricitātibus temere danda nō est. Vtriusque compositio est apud Nicolaum cap. 88. primæ sectionis.

Simplex.

Solutiua.

E psyllio.

E PSYLLIO flauam euocat bilem, ob id febris ardentibus & curatu difficilibus auxiliatur. Item dolori capitis, & vertigini à biliosorum humorum euaporationibus procreatis. Morbo regio, & iecori supra modum calefacto. Eius compositio est in Nicolao ca. 224. sectionis primæ.

E succo rosarum.

E SVCCO ROSARVM expellit flauam bilem citra vehementem molestiam. Salubre prorsus medicamētum ad morbum articulorum

ticularum ex biliosis & calidis humoribus natum, febrésque tertianas. Item dolori capitis à biliosis humoribus orto, oculorum dolori, & regio morbo, vt præcedens, succurrit. Eius compositionem Mesue tradit.

Pituitam euocantes.

ANTIDOTVM *Indum maius* indum maius excrementa humorum, maximè pituitosorum ac putridorum, à ventriculo, & aliis nutritoriis instrumentis educit. Crassos etiam in iis flatus discutit, malaque hinc nata, nempe inflationem ventriculi, coli & renum, aliorumque viscerum dolores. Compositionem eius habet Mesue.

BENEDICTA *Benedicta laxatiua.* laxatiua antidotus humores pituitosos, ad articulos potissimè decumbentes, elicit. A renibus quoque & vesica purgat. Eius compositionem tradit Nicolaus cap. 447. sectionis primæ.

Melancholiam.

DIASENÆ succurrit melancholicis, mania vexatis, & quartana tristitiâq; affectis, lienosis, & omnib⁹ malis ex atra bile procreatis. Compositionem eius pete ex cap. 465. sectionis primæ Nicolai.

Varios humores.

CATHOLICA, *Catholica.* hoc est vniuersalis antidotus seu omnes humores purgans, confert acutis & peracutis morbis, emollit enim & alterat, roburque addit. Iecinorosis & lienosis,

X

DE COMPOS. MEDIC.

podagricis, arthriticis, tertianis, quartanis, & quotidianis Doloribus præterea capitis. Compositio est apud Nicolaum cap. 503. sectionis primæ.

Diaphœnicôn DIAPHŒNICON febribus compositis & diurnis auxiliatur. Bilem enim flauam & pituitam educit. Colicis cruciatibus mirifice confert, item doloribus vetriculi, & aliis malis ex crudis humoribus ortis. Compositio eius petenda à Mesue.

Hamech. HAMECH morbis ex flaua bile & salsa pituita natis, nimirum imperigini, scabiei, elephantia, & cæcro exedenti succurrit. In summa omni fœditati cutis à biliosis & adustis humoribus procreata conuenit. Eius compositio est apud Mesuen.

Episcopi. EPISCOPI, quam inepte nostri medici Elescoph vocant, rectius certe, digno ipsi nomine appellaturi EselsKopff. Bilem flauam & pituitam, vt præcedentes antidoti, elicit. Flatus quoque expellit, doloribus articulorum & hypochondriorum prodest. Item colicis cruciatibus confert. Humores ad renes & vesicâ decumbentes expurgat. Compositio à Mesue est tradita.

Catarticum imperiale. CATARTICVM imperiale bilem vtranque & pituitam sine molestia purgat. Obesitas autem & crasis, quique magna ex parte aluo constricta & dura sunt, ileosis, & iis quorum ventriculus atque intestina flatibus distenduntur

duntur, conuenit. Eius compositio est in vulgatis Nicolai codicibus.

DIACARTAMI flauēbili & pituitæ educendæ mirifice conducit. Compositio petenda à medicamentariis seplariariorum libris. *Diacartami.*

HIERA PICRA aduersus humores qui alius ventriculo impacti sunt, adeoque ægre euelluntur, auxilio est. eos nanque sine molestia extrahit. Confert etiam iis qui sulfusorum imaginationes, aut symptomata ex stomacho male affecto incurrunt. Præterea quibus aluus adstricta est, & mulieribus quæ non probe purgantur. Compositionem eius tradit Galenus lib. 7. the. methodi. *Hiera picra.*

Cæterum ex iam comprehensis antidotis medici huius ætatis duo, aut plura etiam inuicem commiscent, eaque in vino, liquoribus stillatitiis, decoctis, iusculis carniū, aut id genus aliis diluta, bibēda præbent, vt ex sequentibus paradigmatis liquet, quæ *Commiscendæ
tunc ratio.*

R. Antidoti indi maioris. 3. iij.

diaphœnicôn. 3. ij.

episcopi. 3. j.

Misceantur.

R. Antidoti è psyllio. 3. j.

è succo rosarum. 3. ij.

diaphœnicôn. 3. iij.

Liquoris stillatitij intybi fatiui latifolij } ſing. 3. j.
Cichorij }
borraginis. 3. S.
X ij

DE COMPOS. MEDIC.

Cōmixtis omnibus fiat potio deiectoria,
Interdum prædictis antidotis simplicia quæ-
dam purgantia medicamenta, quò earundem
facultas valentior reddatur, adiiciuntur, vt
sunt agaricum, rha indicum, barbarū hodie
nominatum, turpetum, dacrydiū, pastilli bar-
baris alhandal dicti, & id genus alia, semper
tamen iis quæ vehementiam eorūdem retun-
dere & remittere, atque horum malitiam cor-
rigere possūt. additis, vt ex rescriptis quę sub-

R. Agarici selecti. ʒ. j.

Zingiberis. ʒ. j.

Salis fossilis. ʒ. S.

Tritis diligenter adiiciatur

Antidoti indi maioris. ʒ. ij. S.

Liquoris stillatitij hyssopi. }
calaminthæ } sing. j.

Oxymelitis scyllitici. ʒ. S.

Misceantur.

Aliud

R. Turpeti mediocriter triti. ʒ. j.

Zingiberis. ʒ. j.

Antidoti diaphœnicôn. ʒ. j. S.

Decocti vuarum passerarum. ʒ. ij.

Mellis rosacei. ʒ. j.

Commisceantur.

Aliud

R. Medullæ castæ fistularis. ʒ. vj.

Antidoti diaphœnicôn. ʒ. j. S.

è succo rosarum. ʒ. j.

Pastillorum alhandal. ʒ. S.

Decocti cichorij }
 fœniculi. } ʒ. j. S.

Commisceantur, & fiat potio purgatoria.

Sunt qui in frigidis morbis vinum admisceant, vt eo suauior fiat potio. Sic in calidis non raro zulapium adiicitur violaceum, partim vt alteret, partim etiam vt aluum lubricam reddat, vt ex iis paradigmatis patebit, quæ

R. Antidoti hamech. ʒ. iij.

diaphœnicôn. ʒ. ij.

catholicæ. ʒ. iij.

Vini optimi. ʒ. ij.

Serapij de epithymo. ʒ. S.

Misceantur.

Aliud.

R. Antidoti è psyllio. ʒ. iij.

è succo rosarum. ʒ. ij.

catholicæ. ʒ. j. S.

Serapij acidi simplicis. ʒ. ij.

Zulapij violacei. ʒ. j.

Commisceantur.

Porrò in prædictis antidotis commiscēdis *Modus commiscendorum* nullus certus modus præscribi potest. Neque *purgantium medicamentorum* enim omnes, eadem etiam medicamenta, con- *trahunt.* simili sensu percipiunt. Alij nanque ob eâ quâ induit corpus sensuum duritiam, præpotentiora vix sentiunt medicamenta. Alij rursus vel quæuis sensu percipiunt: quemadmodum

X iij

DE COMPOS. MEDIC.

*Amitioribus
auspicandum.*

Pondus.

*Purgantia
medicamenta
non inconside-
rate danda.
2. apho. 36.*

2. apho. 37.

alij propter fluxam lubricamque meatuū na-
tiuam inanitatem, aut cedentis materiae prō-
pitudine, & instrumentorum mollitiem,
mediocribus purgatorius parent. Quocirca
præstat semper à mitioribus medicamētis au-
spicemur, vt scilicet simul laborantis sensus
exploretur, simul vt vehemētiora tolerare ex-
ercitāte vsu cōdiscat: & siquādo validioribus
vti oporteat, ne vires labefactēt itolerabilio-
rū medicamentorū trālitus. Frequenter autē
hodie de paulo vehementioribus antidotis
drachmas sex, aut paulo plus minusve, pro æta-
tis, sexus, morbi, anni temporū ratione, & pro
sumētis viribus propināt. Ex mitiorib^o, & iis
quæ aluum leuiter mouent, atque sine tumul-
tu ac molestia exonerant, vt est antidotus è
prunis Damascenis, è manna, catholica, & si-
miles, plus exhibent, vnciam nimirum inter-
dum integram. Cauēdum autem vnice, ne in-
consideranter medicamenta purgantia vsur-
pētur, id quod fit vbi sanis adhuc corporibus
exhibentur. Nam, Hippocrate attestante, qui
sano sunt corpore, per medicamenta putgati
celeriter exoluuntur. Et iterum. Qui corpore
sunt eō moderato, hos purgare periculosum
est. Non rectè etiam vsurpantur, quando, nisi
humores turgeant, ante concoctionem exhi-
bentur. nam tum dolores, tormina, verti-
gines, conuulsiones, perfrictiones, animi de-
liquia, & id genus alias noxas inferunt. Quid
verò

verò de humorum tam crassorum quàm tenuium cōcoctione sit sentiendum, in compendio, & in commētariis nostris in aphorismos Hippocratis dilucide explicauimus.

Minus etiam rectè illa propinant qui non adiiiciunt odorata, quæ insuauitatem medicamentorum purgantium retundere, ac stomachum firmare valent. Sunt enim omnia medicamenta purgantia, excepta aloë, stomacho aduersa, eique faceffunt negotium.

Odorata firmantia stomachum purgantibus medicamentis miscenda.

Commodissimè autem propinantur diluculo, vbi scilicet ventriculus ciborum copia non grauat, coctionemque iam perfecit. Ab horum sumptione non dormiendum, aut sudandum. vtrunque enim actionem medicamento frangit. In somno enim medicamentum assumptū ferè concoquitur, eiusque vis ita frāgitur & dissoluitur, vt à remotioribus partibus trahere subinde nequeat, vt copiosius sectione quarta aphorism. comm. 14. demonstrauius. Atque hinc est quòd ibidem

Exhibenditēpus. Quid à purgatione faciendum.

Non dormiendum.

» Hippocrates dixerit. Eum qui veratrum biberit, ad corporis motiones magis, ad somnos verò & quietem minus ducere oportet. » Et iterum. Quum volueris vt veratrum magis ducat, corpus moueto. Vbi verò sistendum esse censueris, somnum inducito, & haud moueto. Non esse autem sudandum cuiuis manifestum esse iudico, quum is sine motu humorum ad exteriora fieri ne-

Non sudandum.

DE COMPOS. MEDIC.

queat. Quum autem in purgatione humorū motus ad interiora sit, quis non videt hos sibi motus esse plane contrarios, vnūmque alterum impedire?

De antidotis purgantibus solidis.

CAP. IX.

ANtidota purgantia solida non nisi forma differunt à liquidis, ex iisdem enim componuntur speciebus, & sacharo, non vt liquida melle, excepta, ad solidam formam, eamq; vel orbicularem vel triāgularem rediguntur.

Antidota purgantia solida vsitata.

Non sunt autem nili quatuor hodie per omnes ferè officinas vsitatae, nempe antidotus diaphœnicō, è succo rosarum, diacartami, & diaturpeti. Priorū trium facultates in præcedēti capite recēsuius. Restat itaque vt Diaturpeti hoc etiā loco (neq; enim alia quam solida specie cōponitur) vires cōmemoremus.

Diaturpeti.

DIATURPETI antidotus pituitā paulo vehementius purgat. Cōpositio ei^o è medicamentariis seplasiariorum libris petenda. Datur ex iis, magna ex parte, semūcia, interdum plus, interdum minus. Atq; id pondus in Diaturpeti potissimum obseruandū erit. Tamen in iis, haud secus atque in liquidis, ætas, sexus, corporis habitudo, & id genus alia expendenda veniunt.

Pondus.

Exhibēdi modus.

Cæterum, vt plurimum, ea qua sunt parata forma, citra vllius liquoris adiectionem propinantur.

propinantur. Nonnunquam prius in iusculo capi gallive exhibentur. Studendū enim hac in parte medico erit vt ægrotanti gratificetur, ne si assumpto medicamento nauſeabundum reddat, illud paulò poſt vomitu eiiciat. Formulam nunc vnam & item alteram propter eos qui eius rei nō admodum adhuc periti ſunt, & recēns ad faciendam medicinam acceſſerunt, ſubiiciemus.

R. Antidoti è ſucco roſarum ſolidæ ꝑ. S.

Per ſe detur.

R. Antidoti diaphœnicō in tabulis, ita (enim hodie loquuntur) ꝑ. vj.

Propinetur in iusculo capi.

R. Rotularum diaturpeti ꝑ. S.

Exhibeatur per ſe, aut cum liquore conueniente.

De bolo purgatorio. CAP. X.

INter multas ac varias medicamentorum purgantium à medicis propter ægrotantiū molliem excogitatas formas, vna etiam eſt quam Bolus appellant. Non eſt autem bolus niſi medicamentorum purgantium fruſtulū teres, eſui aptum, tantum nimirum, quantum bucca commode capere poteſt. Sunt verò hac voce, & in eadem quidem ſignificatione, vſi etiam latinæ linguæ optimi autores, inter quos Terentius Comicus exiſtit, qui alicubi inquit. Crucior bolum tantum mihi eſſe ereptum ſubito è faucibus. Græci βολιμὸν ἢ γὰρ ψυμὸν,

Bolus quid.

DE COMPOS. MEDIC.

Bucc s.

nonnulli latinorum bucceam nominant. A qua quidem voce diminutivum buccella est deriuatum.

*bolorum com
ponēdi, ra io.*

Boli autem variis effinguntur modis. Interdum enim ex simplicibus tantum medicamentis purgantibus, liquore aliquo exceptis, componuntur, adiecto tamen sacharo, vt ex sequēti patet paradigmate, quod

℞. Turpeti ʒ. i.

Zingiberis } ſing. ʒ. ʒ. S.

Mastiches }

Sachari ʒ. ij.

Cum melle rosaceo quod satis est excipiuntur, & fingatur bolus.

Nonnunquam ex antidotis tantum purgantibus liquidis, sacharo exceptis, componuntur, hunc scilicet in modum.

℞. Antidoti indi maioris ʒ. iij.

Diaphœnicon ʒ. ij. S.

Sachari quantum satis est ad excipiendas antidotos, fingatur bolus.

Aliquando nō ex solis liquidis antidotis purgantibus conficiuntur, sed sachara vocata certorum simplicium, ad roborandum ventriculum, aliâsque partes principes, illis commiscetur, vt apparet ex hac formula, quæ

℞. Medullæ castiæ fistularis ʒ. vj.

Antidoti è succo rosarum ʒ. iij.

Sachari borraginei } ſing. ʒ. j.

Buglossacei }

Formetur

Formetur buccæ purgatoria.

Construuntur etiam interdū boli ex antidotis purgantibus solidis, adiectis pulueribus & speciebus simplicium quorundam purgantiū medicamentorum, nō neglectis iis quæ vehementiam eorundem retundunt, ac malitiam corrigunt, eaque omnia Serapio aut alio liquore conueniente excipiuntur, hoc quidem pacto

R. Diacartami placentarum ʒ. iij.

Turpeti selecti ʒ. S.

Zingiberis } ʒ. iij. ʒ. S.

Mastiches }

Excipiantur Serapio ex hyssopo, & formetur bolus.

Cæterum in componendis bolis diligenter admodum tam simplicium quàm cōpositorum medicamentorum purgantium pondera sunt expendenda, quæ qualia sint, libro primo exposuimus, ne scilicet plus vel minus quàm expediat illorum ingeramus. Cauendumque vnice, ne vniuersa boli quantitas vnciarum duarum pōdus vnquam excedat, quòd nimirum tota hæc quantitas vna vice ægroto sit deuoranda.

Pondus.

Hoc loco de Tragæis, seu vt Nicolaus vocat, Drangæis purgantibus nobis agendum esset. Verum tractationem horum reiciemus ad caput de pulueribus.

De diluto purgatorio. C A P. XI.

DE COMPOS. MEDIC.

Dilut^o m.

Infusio.

*Macerandi
tempus.*

*Dilutum Rhei
indici vehemē
ter purgat.*

Dilutum proprie dicitur liquor in quo aliquid certo tempore citra elixationē maceratur. Nostri hodie infusionem appellant. Purgatorium itaque dilutū, est liquor in quo medicamenta purgantia concisa, trita, vel in puluerem redacta, vel solida etiam atque integra macerantur.

Tempus verò quo macerantur, non vnum idēque omnibus medicamētis statuitur. interdū enim per horas octo, duodecim, noctē totam, etiam diem, biduum, triduū, pro medicamento natura, & vario medici scopo, & necessitate, vt interim vis eorundem tota in liquorem illum transeat.

Non autem sola medicamētorum facultas in liquorem abit, sed eius substantiæ portio tenuior. Hinc est quòd dilutum Rha barbari indici vehemētius purget quàm si ipsum per se Rha barbarum propinaretur, quòd nimirū adstrictoria eius facultas, vtpote crassior, in dilutum non transeat. Interdum tamen fieri potest vt crassioris etiam aliquid, præsertim dum quod maceratum est, colando valentius exprimitur, aut per colum rarius transmittitur, in dilutum transeat. Colandum igitur ac exprimendum magis aut minus pro ægri & affectus & medicamento natura. Macerandi verò purgatoria medicamenta ratio veteribus parum frequens est, à recentioribus autē in delicatorum & diuutum gratiā excogitata,

ta, ideóque diluta illa sacharo & aliis interdú sic condiunt, vt æger se medicamentum hausisse vix sentiat.

In componendis autem dilutis principiò *Dilutorum componendi ratio.* necesse est purgantium medicamentorú modum ac pondus recte teneat medicus. Maius verò esse pondus macerati medicamenti, quã vbi per se ppinatur, primo libro à nobis abunde est dictum. Obseruandum etiam vt purgãtibz medicamentis semper commisceantur quæ eorum vehementiam refrenare possunt. Tempus etiam, & quam diu sint maceranda vt exprimatur necesse est. De quo paulo ante satis diximus. Vbi verò tempus ad macerandum præscriptum abierit, medicamenta quæ abunde iam macerata sunt, colãtur, ac valide exprimuntur. Quo facto antidoti purgantes liquidæ expresso succo, adiectis serapiis, quò suauior fiat potio, commisceantur, vt ex sequẽtibz formulis patebit, quæ

R. Rha barbari indici selecti ʒ. iij.

Agarici albi ʒ. j. S.

Spicæ ʒ. j.

Zingiberis ʒ. j.

Concidantur singula minutatim, & mace-
rentur in liquoribus stillatitiis.

Intybi satiui latifolij }
Cassuthæ } sing. ʒ. j.
Borraginis }

Durent in iis per horas duodecim, dein lin-

DE COMPOS. MEDIC.

teolo mundo exprimatur valide, & colentur,
adiectaque serapij ex intybo satiuo latifolio
semuncia, fiat potio.

Alia.

R. Rhei barbari selecti ʒ.ij.

Spicæ. ʒ. j.

Agarici in pastillos redacti ʒ. ij.

Zingiberis ʒ. S.

Concisa maceretur horis octo in liquoribus
stillatitiis intybi satiuo latifolij ʒ. ij.

Apij ʒ. j.

Vini optimi ʒ. j. S.

Postea probe exprimantur & colentur, adii-
cianturque

Antidoti è succo rosarum ʒ. j.

Diaphænicon ʒ. ij.

Fiat potio purgatoria.

Alia.

R. Agarici optimi ʒ. ij.

Zingiberis ʒ. j.

Salis fossilis gr. ij

Trita hæc omnia macerentur horis duode-
cim in

Vini albi odori

Liquoris stillatitij absinthij } sing. ʒ. j.

Fœniculi

Exprimantur subinde & colentur, adii-
cianturque

Antidoti indi maioris ʒ. ij. S.

Oxy-

Oxymelitis scillitici ℥. S. Fiat potio.

Alia.

R. Turpeti selecti. ʒ. j. S.

Zingiberis ʒ. j.

Trita macerentur horis octo in vini odoriferi ℥. iij. deinde probe exprimantur, & per colum traiciantur, adicianturque

Antidoti indi ʒ. iij.

Mellis rosacei ℥. S.

Commisceantur omnia, & fiat potio purgatoria.

Alia.

R. Myrobalanorum stauorum ʒ. ij.

Seminis anisi

Spicæ

} sing. ʒ. s.

Tria macerentur diu noctūque in decocti pafarum vuarū vnciiis tribus, postea valide exprimantur, & adiciantur

Antidoti è succo rosarum ʒ. ij.

Ex prunis damascenis purgatorix ʒ. iij. S.

Zulapij violacei ℥. S.

Misceantur, & fiat potio.

Atque hætenus tritas omnium ferè quæ macerantur medicamentorum purgantium formulas recensuimus. Sunt verò qui pro humorum in corpore redundantium diuersitate, peculiaria decocta pro purgantibus medicamentis macerandis cõficiunt. Verbi gratia, vbi sanguis plus iusto auctus incaluerit,

Peculiaris diluti componendi ratio.

DE COMPOS. MEDI.

decoctum è prunis, oxyphœnicis, myxis, ziziphis, & id genus alius fructib⁹, adiectis seminibus quatuor frigidis adornant. Sin pituita exuperat, è seminibus atq; radicibus quæ obstructions tollunt, crassosque humores incidunt, decoctum parant. Si flaua bilis exundare cœperit, è violis, intybis, lactuca, & eiusmodi quæ feruorem bilis obtundere valent, decocta faciunt. Quæ tamen macerandi ratio parum est vsitata, ideòque vnum eius subiecisse exemplum satis fit, quod

℞. Ficuum numero decem

Vuarum passarum ʒ. j.

Glycyrrhizæ repurgatæ ʒ. S.

Myxarum

Ziziphorum } sing. numero vij.

Cinnamomi selecti ʒ. j.

Intybi satiui vtriusque

Violarum

Rosarum

Se. quatuor frigidorum maiorum sing. ʒ. j.

Coquantur tantisper in aqua iustæ quantitatis, dum medietas relinquatur. Deinde in decocti huius per colum transfusi vncius tribus macerentur per noctem

Rhei barbari ʒ. iij.

Spicæ ʒ. i.

Postea valide expressis & per colū transmissis addatur semuncia zulapij violacei, & fiat potio. Atque hæc de dilutis purgatoriis dixisse

xix

xiffe satis fit.

De catapotiiis. CAP. XI.

QVum propemodum omnes purgantium
medicamentorum formas iam expo-
suerimus, ordinis ratio vt hoc loco de Cata-
potiis, quorum hodie vsus frequentissimus
est, agamus, exigere videtur. *catapotium*
Græcis medicamentum est, quod deglutien- *quid.*
do sumitur. Latinis à parue pilæ similitudine, *pilula.*
quam refert, pilula dicitur. Catapotia ve- *Catapotia*
rò ad fallendam medicamenti insuauitatem, *cur excogitata*
& quò iniucunditatis copia magna ex parte
deuorantes lateat, à medicis excogitata sunt.
Hocque nomine fit vt prius in cinnamomi
& similibus rerum odoratarum pulueribus
voluta, aut auro obducta exhibeantur. Prius-
quam verò eorundem vsum indicemus, ne-
cesse erit vt quæ hodie sint vsitata, quæque
vniuscuiusque sint facultates, cognoscamus.
Quare nunc catapotiorum quæ hoc tempo-
re sunt vsitata, nomina & vires ordine recen-
sebitur.

Purgantia flauam bilem.

AVREA catapotia caput expurgant, acie *Aurea.*
oculorum exacuunt, flatus ventriculi & inte- *Mesue Cata-*
stinorum dissoluunt, ac citra molestiam aliu *potia turbis*
deiciunt. Compositio à Nicolao petenda. *vocat.*

EX EUPATORIO mirifice profunt fe- *Ex eupatorio*
bribus circuitu repetentibus, biliosis, morbo
regio, iecorisque obstructionibus. Eius com-

Y

DE COMPOS. MEDIC.

positionis Mesue autor est.

*Erba barba-
ro.*

EX RHA BARBARO febrim, diuturnis,
iecoris obstructionibus, & aquæ inter cutem
vitiis conferunt. Bilem potissimum purgant.
Purgantia pituitam.

Coccia.

COCCIA, nostri Cochia vocât, (forte au-
tem sic à forma qua olim conficiebantur, di-
cta sunt, quòd scilicet granulorum planè for-
mam referrent) Caput magna efficacia expur-
gant, atq; ex eo ac neruis crassos humores va-
cuant. Eius compositio est apud Rhazen.

Ex Agarico.

EX AGARICO thoracem purgât, idè-
que asthmaticis auxiliantur, & alius thoracis
vitiis à crasis & pituitosis humoribus natis.
Compositionem eius tradit Mesue.

*Ehiera com-
posita.*

E HIERA COMPOSITA opem ferût
capitis neruorumq; vitiis ab humoribus pi-
tuitosis procreatis.

Lucis maiora.

LVCIS, rectius optica, hoc est visoria ma-
iora, excrementa capitis pituitosa educunt,
visum roborant & conseruant. Compositio-
nem habet Mesue. Optica, seu lucis, vt nostri
vocant, minora, idem quod maiora possunt.
Sicque vocata sunt, quòd paucioribus con-
stant medicamentis. virib⁹ enim priorib. sunt
valentiora, præsertim ad atram bilem purgân-
dam. Compositionis autor Mesue.

Artbrüica.

ARTHRITICA, barbari Artetica nomi-
nant, valent ad podagrâ, aliòsque articulorũ
dolores. Compositio à Nicolao petenda.

EX

EX HERMODACTYLO aduersus podagram, & dolores articulorū profunt. Mesue compositionem habet. *Ex hermodactylo.*

FOETIDA MAIORA vacuant humores crassos ac pituitosos, ideóque conferunt doloribus articulorū, podagræ, & neruorū. Colicis itē cruciatibus & vteri succurrūt, dolori quoq; spinæ, vetriculi, alphis, elephātix, & aliis cutis vitiis. Cōpositionē require à Mesue. *Fœtida maior.*

EX EUPHORBIO ad emittendam hydropicorum flauam aquam, & tumoris materiam discutiendam valent. Opem ferunt lumborū doloribus, & podagræ ab humida causa concitatæ, resolutioni, & aliis neruorum morbis frigidis. Sunt validæ, ideóque illis, nisi magna necessitas vrgeat, non est vtendum. Mesue compositionem habet. *Ex Euphorbio.*

EX SARCOCOLLA pituitā vacuant, ob id malis è pituita ortis plurimum cōmodant. Mesue compositionis autor est. *Ex Sarcocolla.*

Purgantia nigram bilem.

INDA ad vitia ex atra bile procreata, canerum scilicet, elephantiā, melancholiā, & omnia fere cutis vitia profunt: ad morbū item regiū vitio lienis natum, & eiusdem dolorem valent. Cōpositio à Mesue petenda. *Inda.*

EX LAPIDE CYANEO, vel vt nostri loquuntur, lazuli, affectibus ab atra bile ortis conferunt, cancro nimirum, elephantiāsi, & quartanæ. Cōpositionis autor Mesue est. *Elapide Cyaneo.*

Y ij

DE COMPOS. MEDIC.

*E lapide ar-
meno.*

E LAPIDE ARMENO atram & adustam bitem sine molestia vacuât, ideóque malis inde natis conducunt. Mesue eius compositionem habet.

Purgantia diuersos humores.

Azaiareth.

AZAIARETH flauam bilé & pituitam sine molestia vacuant. Compositionis autor est Auicenna.

*Aromatica.
Alephagina.*

AROMATICA alephagina vulgo vocata, valent ad ventriculi dolorem à pituita excitatū. Humores crassos ac putridos educūt, potissimum à cerebro, & sensoriis aliis. Ventriculum roborant, & concoctionem eius iuuant. Compositio est apud Mesuen.

Stomachica.

STOMACHICA biliosos & pituitosos humores vacuât, eos præsertim qui caput ventriculum, & iecur obsident. Ventriculum roborant, concoctionem iuuant, appetentiam excitant. Mesue eius compositionem habet.

Polychresta.

POLYCHRESTA ob id sic appellata, quòd ad multos affectus capitis, ventriculi, & iecoris sint efficacia. Purgant enim ex iis atque sensoriis pituitam & bitem vtranque. Quocirca ad diurnas febres, & vitia capitis, ventriculi & iecoris plurimum valent. Compositio est apud Mesuen, vocatq; aggregatiua.

*Aggregatiua.
E hiera simplici.*

E HIERA SIMPLICI aduersus ventriculi mala ex humoribus biliosis & pituitosis nata profunt. Compositio est in septimo the-ra. metho. Galeni.

E FV.

E FVMARIA educunt humores è corpo *E fumaria.*
 rebiliosos, acres, & salfos, ideóque pruritui
 & scabiei conueniunt. Compositionis autor
 Auicenna.

SINE QVIBVS ESSE NOLO mirifice *Sine quibus
 esse nolo.*
 ad oculorum claritatem conducūt, adeóque
 suffusionibus auxiliantur, auriúmque dolo-
 ribus, atque tinnitui. Ileosis quoque non sine
 magna vtilitate dantur. Compositionem do-
 cet Nicolaus.

B BENEDICTA ex corpore eiiciunt hu- *E benedicta.*
 mores biliosos ac pituitosos, obstructions
 quæ sunt in instrumentis nutritionis, tollunt.
 Auxiliantur etiam iis qui lapide renū & vesicæ
 molestantur. Nicolaus cõpositionis autor.

MASTICHINA ventriculum, cerebrum, *Mastichina.*
 & viscera reliqua, item oculos & vterū à pu-
 tridis humoribus purgant. Conciliatori cõ-
 positio accepta fertur.

ARABICA valent ad capitis dolorem, ver *Arabica.*
 tiginem, hemicraniamq;. Lætitiã generãt,
 mentisq; vigorem conseruãt, visum acuūt,
 auditúmque amissum reparant. Ventriculum
 à vitiosis humoribus purgant. Nicolaus com-
 positionem habet.

SEBELLIA obstructions ventriculi, ieco *Sebellia.*
 ris, lienisq; sanant, & hydropem, materiãq;
 biliosã, pituitosã, & melancholicã, ex di-
 ctis partibus obstructis vacuant. Eorum cõ-
 positio est apud Mesuen.

DE COMPOS. MEDIC.

*Communia.
Rufi.*

COMMVNIA seu pestilentialia, & Rufi, quanquam minus recte, vocata. Alia enim est Rufi compositio, ab ea qua hodie sub hoc nomine medici vtuntur. Nam Rufi crocum non habet, sed pro eo guttam ammoniacam accipit. Rufi etiam compositio forma differt ab vsitata. potio enim est, vt ex lib. 2. ca. 35. Pauli Aeginetæ omnibus perspicuum fit. Catapotia verò aduersus pestiferæ luis contagiones populatim grassantes mirifice profunt. Humores etiam ventriculo immerfos educunt.

Bechica.

BECHICA ad tussim veterem ac siccam, gutturisque & faucium asperitatem pollent.

E cynoglossa.

E CYNOGLOSSA, alij vocant catapotia ad omnes morbos destillationum. Magnam enim vim obtinent in tenuibus sistendis destillationibus. Et in vehementissimis etiam doloribus sedandis & mitigandis mirificam quandam vim habere experientia compertū est. Vsum alibi monstrauius. Compositio est apud Nicolaum.

*Catapotiorū
in quantitate
differentia.
Maiora.*

Cæterum quod ad hodiernum vsum catapotiorum attinet, sciendum initio eorundē triplicem esse in quantitate differentiā. Quædam enim cæteris maiora effinguntur, vt scilicet diutius in ventriculo morata, validius ad se noxios trahant humores. Eiusmodi sunt quæ caput potissimum expurgant, idèoque nostris capitalia vocata. Nonnulla minima quantitate cum aliis collata finguntur, vt nimirum

*Capitalia.
Minima.*

mirum ocyus in vētriculo dissoluantur permutenturque. Hæc ventriculum magis confortant, minúsque purgant. Talia sunt aromatica, seu alephangina dicta, & pestilentia-
 lia nominata. Quædam mediocri quantitate formantur, vt sunt cætera catapotia omnia. Porro vsus obtinuit vt quæ ex catapotiiis maiora sunt, vesperi tribus à cœna horis sumantur, minora totidem ante cœnam horis, Mediocria diluculo, & summo mane. Sed, mea quidem sententia, qui hunc morem sequuntur medici, non parum errant. Nam omnia purgantia aluumque deicientia medicamenta, ventriculo cibus vacuo, adéoque appetente diluculo assumi debent. Hoc enim tempore natura, quæ cibum vniuersum probe concoxit, medicamento in humorum noxiorum expulsionem adminiculatur, quæ aliàs circa ciborum concoctionem occupata, medicamenti actionem iuuare non potest. Hinc est quod Paulus Aegineta libro septimo capite quarto rectissime ita scriptum reliquerit. Qui vesperi medicamentum purgans exhibent, aut à cibo, noxam inferunt, quippe alimentum corrumpit, humorémque minus vacuat. Quare recedendum erit à consuetudine illa, quæ non sine magno errore est introducta. Sed obtrudet nobis hoc loco quispiam Galenum, qui libro decimoquarto ther. methodi capite octauo pilulas ex aloë

Mediocria.

Error medicorum nostrorum temporis.

Y iiii

DE COMPOS. MEDIC.

& scammonia vesperi cuidā dedit. Cogitan-
 dum verò illi quidem erit aliam hodie esse ra-
 tionem victus quā fuerit Galeni temporibus.
 Nunc enim omnes liberalius cœnant, tū ve-
 rò nihil in cœna sumebant, aut saltem ita exi-
 guo utebantur cibo, vt vniuersus ante pur-
 gationis exhibitionē concoqueretur. Com-
 ponendi catapotia modus hodie vsitatus is
 est. Varia catapotiorum genera, tria autem
 magna ex parte inter se commiscunt, raròq;
 vnius generis catapotii vsuntur. Dein quod
 vehementiam illorum augere potest, vt est
 diacrydium, agaricus in pastilli formam re-
 ductus, & pastillus Arabibus alhandal dictus,
 adiaciunt, & cum stillatio aliquo liquore
 aut serapio in catapotiorum formam co-
 gunt, vt ex sequentibus formulis abunde pa-
 tebit, quæ

Componendo-
 rum ratio.

R. Pilularum alephanginarum }
 Aggregatiuarum } sing. ʒ. j.
 E hiera simplici }

Aloës optimæ ʒ. S.

Cum stillatio scœniculi liquore formentur
 pilulæ xij.

Alia.

R. Catapotiorum ex agarico }
 Stomachicorum } sing. ʒ. S.

Agarici in pastillos redacti ʒ. S.

Dacrydij gr. ij.

Cum stillatio hyssopi liquore formentur
 catapo

catapotia nouem.

Nonnunquam catapotiiis compositis simplicia quædam medicamenta purgantia, adiectis etiam iis quæ uehementiâ eorundem corrigunt, addunt, hunc quidem in modum.

R. Pilularum azaiareth ʒ.ij.

alephanginarum ʒ.j.

Agarici in pastillos digesti ʒ.ij.

Myrobalanorum cepulorum ʒ.j.

Mastiches ʒ.S.

Turpeti selecti ʒ.j.

Zingiberis ʒ.S.

Granorum pæoniæ numero.iiij.

Stichadis ʒ.S.

Castorij gr.ij.

Cum serapio è stichade formentur catapotia ex vna drachma septem, & auro obducantur.

Vsitatum etiam est vt catapotia recens efficta in cinnamomo in puluerè redactò voluntur, quò scilicet minori molestia deglutiri queant.

Pondus exhibitionis catapotiorum raro *Pondus,* drachmam vnã excedere debet. Licet tamè interdum plus, nõnunquam etiam minus pro corporum & naturarũ diuersitate exhibere.

De iis quæ uomitum eliciunt. CAP. XII.

Medicamentorum uomitum elicientium triplicem esse differentiã constat. Quæ *Vomitum elicientium differentia.*

DE COMPOS. MEDIC.

Leuis.

dam enim leuiter admodum vomitum mouent, in quorū numero sunt aqua calida, hordei decoctum, sicuum recentium multa comestio, oleum primis digitis eo tinctis, faucibusque immisis ac intrulis ingestū. Item serapium acidum, oxymel, & aqua multa. Alia

Mediocria.

mediocriter vomitionem ciunt, vt sunt anethi flos & semen, rapi item semē, atriplicis, & erucæ. Raphani denique radix & semen, radix betonicæ, & cucumeris fatiui. Nonnulla sunt

Vehementia.

quæ cum vehementia vomitum eliciunt, veluti vterq; elleborus, cucumeris syluestris radix, sesamoides, daphnoidis folia, sparti flores, semina & siliquæ, nux item vocata vomica, & id genus alia.

Leuis.

Nunc leuium medicamentorum paradigma subiiciemus, hoc nimirum, quod habet

Decocti hordei. ζ .ij.S.

Olei communis

Oxymellis simplicis } *sing.* ζ .j.

Misceantur, ac fiat potio.

Mediocre.

Mediocriter vomitum ciencium hæc est formula, quæ

R. Florum anethi

Atriplicis

Seminis raphani. 3 j.

rapi 3.S.

Radicis betonicæ. 3.j.S.

Hyssopi. 3.j.

Coquantur singula in aqua iustæ quantitatibus

tis ad tertias, dein colo transfundatur, & accipiantur

Decocti colo transfusi. ℥. iij.

Oxymelitis. ℥. j. S.

Commisceantur, fiatque potio.

Porro qui validiora medicamenta, potissimum verò elleborum, sumpturi sunt, iis confert exilem cibum præsumere: id quod tum maximè faciendum, vbi strangulatus suspicio imminet, aut imbecillitas subest. Sic enim vomitus nihil periculi minatur, munitis alio cibo corporibus. Qua verò ratione elleborus fit preparandus vt minus noceat, sectione quarta aphorif. comm. 13. diximus. Quæ verò medicocriter vomitum eliciunt medicamenta, hæc ieiunis etiam propinari possunt. Sciendum verò potiones quæ vomitus ciendi gratia bibuntur, tepidas affatimque sumendas esse. ita enim ad concitandum vomitum magis sunt efficaces.

De sacharis & conditis.

CAP. XIII.

Sachara vocata medicamenta olim nõ tantum ex floribus, vt hoc nostro tempore fieri solet, verum etiam è stirpium succis conficiebantur: quod ex Actuario recentiore Græcorum scriptore abunde constat, qui Iosachar ex violarum succo & sacharo factitatum medicamentum esse tradit. Conditi autem

Conditi quid

DE COMPOS. MEDIC.

tem voce hodie aliter quàm olim vtuntur medici. Veteribus enim conditum erat vinum aromatis & aliis odoriferis conditum. Hodie condita appellant fructus & radices melle aut sacharo exceptas & obductas. Et in ea quoque significatione nos hoc loco vsurpabimus. Cæterum sachara & condita officinis hoc tempore vsitata hæc sunt.

Frigida.

Iosacchar.

IOSACCHAR, hoc est sacharum violaceum, bilis feruorem obtundit, sitim restinguit, aluum lenit, thoracis vitiiis, faucium & gutturis asperitati ac siccitati auxiliatur.

Saccharum rofaceum.

SACCHARVM rosaceum stomachum & cor, visceraque reliqua refrigerat & firmat, irrepentisque in arcem cerebri vapores reprimat. Contra iecoris calorem valet. Tabidis & sanguinem reiciantibus, antiquum potissimum, prodest.

Sach. nymphaeæ.

SACCHARVM nymphaeæ, hodie nenupharis vocant. Vehementioribus febribus subuenit, & doloribus quos bilis creat. Capitis ardores feruoresque sopit, ac somnū accersit.

SACCH. è Cichorio, valet aduersus iecoris calorem.

Ex oxalide.

SACCH. ex oxalide, hoc est, ex acetosa, contra ventriculi & iecoris calorem auxilio est.

OXOSACCHARVM. vide infra de Serapiis, vbi eius facultates inuenies.

Ex buglosso.

SACCH. è buglosso cor roborat, eiusdem palpi-

palpitationi auxiliatur, melancholicis item
& tristibus succurrit. Syncopen sanat.

SACCH. è prunella irrepètes in cerebrum *E prunella.*
vapores calidos reprimitt, & ad omnia oris
gutturisque vita vtile est.

COTONEA condita corpus refrigerant, *Cotonea con-*
roborant ventriculū, appetentiam inuitāt, *disc.*
iecur & cor ætate refrigerant. Alui fluorem
vomitūque sistunt.

MYBOBAL. cepuli conditi ventriculū *Cepula condi-*
firmant, appetentiam excitant, sensum robo-
rant, visum acuunt, & vniuersi corporis vires
tuentur.

MYROBAL. empelitici conditi ventricu- *Empelitici.*
lū roborāt, nimiamque eius humiditatem
corrigunt & absument, mentis acie exacuūt.
Profunt neruis, sitimque restinguunt.

Calida.

SACCH. è rosmarino, anthos hodie faciē- *E rosmarino.*
tes medicinam vocant. Cerebrum refrigera-
tum ac humectum firmat, itēmq; omnes cor-
poris partes neruofas. Flatus deniq; dissipat.

SACCH. è lauandula, aduersus morbū co- *E lauandula.*
mitialem, apoplexiam, & id genus alia frigi-
da capitis & neruorum mala valet.

SACCH. ex saluia, vterum firmat, aliaq; po *E saluia.*
test quæ saccharum quod præcedit.

SACCH. è betonica frigidis capitis malis *E Betonica.*
confert, ventriculū & vterum purgat, cal-
culosis renib⁹ auxilio est, cōceptionēq; iuuat.

DE COMPOS. MEDIC.

Epzonia. SACCH. è pzonìa comitali morbo aduer-
fatur, & ea quæ præcedens efficere potest.

*Acorus con-
ditus.* ACORVS conditus cerebrum ac nervos
*Acorus ve-
rus* roborat, malisque eorundem frigidis auxilio
est. Sumendus verò erit verus Acorus Ga-
langa maior dictus, nò nostras palustris, vt a-
libi copiosius diximus. Nam noster quidem
acorus, quo vulgus medicorum vtitur, ad ner-
uorum & cerebri frigidos affectus plane inu-
tilis est. Quapropter eius vsus in iis malis dā-
nandus est, adeoque abiiciendus, neque post-
hac eius vsu ægri prodendi, ac in sumptus nò
necessarios coniiciendi.

*Zingiber con-
ditum.* ZINGIBER conditum refrigerato vētri-
culo confert, humidamque eius intemperiem
fanat. Cōcoctionem iuuat, flatus dissipat, ali-
menti in iecur & vniuersum corpus distribu-
tionem accelerat.

*Citria condi-
ta.* CITRIA condita cor & ventriculum fir-
mant, concoctionem iuuat, orisque halitum
commendant.

*Pimpinella cō-
dita.* PIMPINELLA condita calculosis reni-
bus auxiliatur, mulieres à partu purgat, regio
morbo laborantibus succurrit, & à pestilen-
tiæ cōtagione incolumes ac immunes seruat.

*Vsus saccharo-
rum & condi-
torum.* Porro quod ad vsum saccharorum & con-
ditorum attinet, sciendum interdum per se ci-
tra aliorum accessione hodie illis vti medi-
cos. Magna verò ex parte eis commiscentur
antidota certis corporis partibus robur ad-
dentia

dentia, adicēis corundem speciebus, & serapio aliquo conuenienti excipiuntur, quemadmodum ex sequētibus formulis satis patebit, quæ

- ℞. Sacchari rosacei veteris }
 Diacotoneōn sine speciebus } sing. ʒ. j. S.
 Diatriasantalōn. ʒ. j.
 Succi medicati è ribes. ʒ. iij.
 Pastillorum è spodio. }
 è terra sigillata } sing. ʒ. j.
 Radicis symphyti maioris. ʒ. j. S.
 Balauftiorum. ʒ. ij.
 Boli armenij ʒ. S.
 Serapij myrtini quantum ad ea excipienda satis erit.

Alia.

- ℞. Sacchari florum betonicæ }
 florum lauandulæ }
 rosmarini }
 saluicæ } sing. ʒ. ij. S.
 maioranzæ }
 pæroniæ }
 Antidoti diambaris. ʒ. S.
 Acori conditi. ʒ. j.
 Zingiberis conditi. ʒ. iij.
 Corticū myrobal. cepulorū cōditorū. ʒ. j.
 Specierū diamoschi dulcis }
 aromatici rosacei } sing. ʒ. j.
 Serapij è stichade quantum ad excipiendum satis erit.

DE COMPOS. MEDI.

Alia.

R. Cōseruē betonicæ }
 cichorij } ſing. ʒ. j. S
 Zingiberis cōditi }
 Pimpinellę cōdite } ſing. ʒ. S.
 Specierum dialaccę }
 dia trion pipereōn } ſing. ʒ. j.
 Serapij è glycyrhiza quantum ad excipiēdum
 ſufficit.

De edegmatis. CAP. XIII.

ἰαλίματα.

GRÆCIS ἰαλίματα & ἰλίματα, & ἰκίματα vocātur
 medicamenta, quæ linguntur ac lambun-
 tur verius quàm deuorantur, & retenta in o-
 re, aut linguæ ſubdita, paulatim liqueſcūt ta-
 beſcūtve. Latinis etiam eclegmata & linctus
 appellantur. Noſtræ ætatis medici Maurita-
 nam ſectantes medicinā Loch nomināt. Sunt
 hodie officinis vſitata non niſi quinque nume-
 ro, quæ ordine recenſebimus, eorundem adie-
 ctis facultatibus.

Linctus.

Loch.

Eclegma è
 Scilla.

ECLEGMÀ è ſcilla craſſos & lentos humo-
 res, quique difficulter in thorace cōcoquun-
 tur, incidit & extenuat, ideòque aſthmaticis,
 & difficileſpirantibus auxiliatur. Compoſi-
 tio ei⁹, vt reliquorū omniū, eſt apud Meſuen.

Epineis.

ECLEGMÀ è pineis tuſſi diuturnæ, diffi-
 cultati ſpiritus, & aſthmati ſuccurrit. Humo-
 res in thorace craſſos incidit, & extenuat.

Sanū & ex-
 pertum.

ECLEGMÀ ſanum & expertum tuſſi vo-
 ciſque

eisque asperitati à frigiditate natę auxilio est.
Crassos in thorace & pulmone humores extenuat.

E C L E G M A è pulmone vulpis eiusdem cũ ^{E pulmone vulpis.}
præcedentibus facultatis, tabidis verò potissimum confert.

E C L E G M A ex papauere, tussi à calore & ^{E papauere.}
siccitate ortę, gutturisque asperitati auxiliatur. Plurimum autē valet ad tenues salis que è capite destillationes. Tabidis quoq; & peruiugilibus succurrit.

Porrò quotidianus vsus obtinuit vt eius ^{vsus eclegma-}
modi medicamenta inuicem commisceantur, ^{tum.}
etsi nonnunquam per se citra reliquorum mixturem sumuntur. His quidem alia quædam tum simplicia tum composita medicamenta pulmonis vitis conuenientia adiiciuntur, vt sunt diatragacantes antidotũ, diapenidion, pastilli pectorales appellati, catapotia bechica, succus glycyrrhizę, tragacantha, gummi arabicum, & id genus alia, quemadmodum ex subiectis formulis patebit, quę

Æ. Eclegmatis sani & experti. 3. ij.

è scilla. 3. j.

è pincis nucibus } sing. 3. ij. S.

è pulmone vulpis }

Diapenidion

Diatragacantes } sing. 3. S.

Specierum diaireos. 3. j.

Pastillorum pectoralium. 3. iij.

Z

DE COMPOS. MEDIC.

Succi glycyrrhizę. 3. j. S.

Radicum inulę. 3. ij.

dracontij. 3. j.

Serapiję marrubio quantum ad excipiendum
satis est.

Alia.

R. Sacchari violacei
nymphęę
rosacei
borraginis } ling. 3. S.

Diarhodon abbatis. 3. j.

Ecelegmatis ę papauere. 3. iij.

Specierum diatrion sant alon. 3. j. S.

Tragacanthę. 3. j.

Zulapij violacei quantum ad excipiendum
sufficit.

*Exhibitionis
tempus.*

Exhibentur quouis tempore ante & post ci-
bum sumptum, nucis auellanę aut fabę quan-
titate. Potissimum autem diluculo & vesperi.
Pręstat vt pondere vnus vnicię lambendo
sumantur. Detinentur in ore donec sua spon-
te liquecant, atque adeo paulatim descen-
dant, & per asperam arteriam ad pulmonem
& thoracem perueniant.

De Zulapiis. CAP. XV.

zulapium.

Zulapiũ Aęuarius & alij recentiores Grę-
ci barbara quidem voce appellat id medi-
camentum quod hodie itidem barbaro voca-
bulo

bulo Iulepum nūcupant. Fit autem è stillatio-
 tio liquore, vel rectius è succis cū sacharo co-
 ctis. *Seplasiarij* ab ea componendi ratione *Seplasiarij nō*
 Zulapiorum quam Mesue præscribit, avari-
 tiæ stimulis haud dubie agitati, non nihil dif-
 cesserunt. Sed dēt operam sedulam vt horum
 legitima componendi forma potius quā v-
 sitata vrantur. Porrò pauca admodum hodie
 in officinis parata habentur, sequentia nimi-
 rum.

ZVLAPIVM violaceum, febribus acutis, *zulapium vi-*
 iccoris & cordis caloribus, asperitati guttu-
 ris, morbo laterali, tussique aridæ succurrit. *laccum.*
 Sitim restinguit, aluūmque emollit.

ZVLAPIVM rosaceum sitim acute febrim *Rosaceum.*
 citātium restinguit. Ventriculi, cordis, & ie-
 cinoris æstus mitigat, putredinibus aduersa-
 tur. Proinde tēpore illo quo pestis grassatur,
 eius vsus frequens esse debet.

ZVLAPIVM zizyphorum contra arden-
 tes febres valet, tussis & destillationi quam ca-
 lor mouit, auxilio est, sanguinemque purgat.
 Asperitatē gutturis & tussim iuuat. Rau-
 citati & pleuritidi confert. Compositiones
 omnium horum Zulapiorum sunt apud Me-
 suen.

Cæterum in vsu Zulapiorum hodie qui-
 dam religiose admodum obseruant, vt sim-
 plo Zulapiorum ponderi, stillatiorum li-
 quorum quadruplū respondeat. Verbi gratia
*Vsus zulapio-
rum*

Z ij

DE COMPOS. MEDIC.

fi zulapiorum pondus sit. ℥. iij. liquorum stillatitiorum sint. ℥. xij. vt ex sequenti formula satis patet, quæ

R. Zulapij violacei } sing. ℥. j. S.
 rosacei }

Liquorū stillatitiorū intybi fatiui }
 oxalidis } sing. ℥. iij.
 borraginis }

Comisceantur inuicem, ac fiat potio.

*Actuarij cō-
 ponendi zula-
 piorum ratio.* A *Actuarius* ex multis & variis simplicibus medicamentis componit Zulapia, non ex vno duntaxat, & aqua, vt hodie fieri solet. Ad quā sane componendi rationem respicere videtur, qui Zulapiis admiscēt serapia, stillatitios liquores, odorata & species, vt ex subiecta formula patebit, quæ

R. Zulapii violacei } sing. ℥. j.
 Serapij è glycyrrhiza }

Decocti hordacei. ℥. iij.

Stillatitiorū liquorū tussilaginis } sing. ℥. ij.
 scabiosæ }

Misceantur singula, & iis potionis loco vtere.

Alia.

R. Serapij è mentha. ℥. j.
 ex eupatorio ℥. j. S.
 ex hyssopo. ℥. S.

Liquorum stillatitiorū origani }
 menthæ } sing. ℥. iij.
 buglossi }
 Cinamomi

Cinamomi electi }
 Caryophyllorū } sing. ̄. ij.
 Specierum aromatici rosacei. 3. S.
 Specierum diambar. ̄. ij.
 Commisceantur singula, & fiat potio.

Vfus in hunc modum paratarum potio nū in febris potissimum est, aliisque morbis calidis, tussi præsertim, vbi scilicet vini vices, quantum abstinendum ægris est, supplent.

*Quando vten-
 dum Zulus*

De succis medicatis. CAP. XVI.

Succos medicatos cum Actuario ipso vocamus eos, qui primū defecantur, deinde verò solis aut ignis calore sic densantur, vt longiore citra corruptionem tempore asseruari queant. Arabes & nostri seculi medici, Rob & Robub appellant. Ex eorum quoque succorum genere est is quem barbara voce Miuam vocant. Sic autem nominant succum fructuum eiusque decoctum, vt sapa aut mellis consistentiam accipiat. Sapa verò non est nisi mustum ad tertiam partem decoctum. Grecis ἰψύρα & σιπάριον dicitur. Quod si verò ad dimidiam partem per decoctionem mustum reductum fuerit, defrutum Latinis nuncupatur.

*Succi medica-
 ti.*

Rob.

Miu.

Sapa.

Defrutum.

Succos medicatos hodie vsitatos nunc ordine subiiciemus, cum eorundē facultatibus.

SVCCVS medicatus è ribes, ventriculum firmat, vomitum biliosum reprimat, sitim restinguit, aluique biliosas excretiones sistit.

E ribes.

Z iij

DE COMPOS. MEDIC.

Ex Oxyacantha. SVCCVS medicatus ex oxyacantha, Rob è berberis officinæ vocant, idē quod præcēdēs potest, quòd eadē obtineat facultates.

Diacaryon. DIACARYON, hoc est è nucibus compositio. Sepalsarij Rob nucum viridum appellat. Destillationi tenuium humorum à capite, & inflammationem excitantium confert. Duplex eius apud Græcos est compositio, vna simplex vocata, altera composita. Vtriusque descriptio est apud Paulum lib. 7. cap. 14.

Diamoron. DIAMORON contra depascentia oris vlcera, ad dentium affectus, & gingiuarum noxas, atque ad omnia oris vitia efficax est. Est itidem duplex, simplex nimirum, & compositum. Vtriusque compositionem tradit Galenus & Paulus loco citato.

Hydromalon. HYDROMALON, officinis Miua coto-neorum nominatur. Duplex quoque est, simplex & composita. Simplex aduersus alui profuua biliosa valet. Ventriculum firmat, aluique excretionē biliosas sistit. Compositionē eius habet Paulus libro paulo ante citato ca. 15. Composita, & cum speciebus, vetriculum, & alia instrumenta nutritioni seruiētia corroborat, appetentiam excitat, concoctionem iuuat, vomitum, & eas quæ per aluum fiūt excretionē reprimit.

Ufus succorū medicatorum Prædictis succis medicatis hodie sic vtuntur medici in suis rescriptis. Commiscent eos antidotis roborantibus tum liquidis tum solidis,

lidis, item saccharis, adiectis aliquot medicamentis simplicibus idoneis, serapio aliquo exceptis, quemadmodum sequens formula clare admodum monstrat, quæ

R. Succi medicati è ribes }
 Diamorôn } sing. 3. S.
 Hydromalôn }
 Sacchari rosacei veteris. 3. j.
 Diacotoneon sine speciebus. 3. vij.
 Radicis symphyti maioris }
 balaustiorum } sing. 3. ij.
 boli armenij }
 Pastillorum è spodio }
 è terra lemnia } sing. 3. j.

Quæ opus est redigantur in puluerem, singulæque misceantur, & cum Serapio myrtino quantum sufficit ad mellis consistentiam coëant.

Sunt qui succos medicatos cum stillatitiis liquoribus instar Serapiorum, de quibus capite sequenti dicemus, permisceant, vt è sequenti patebit formula, quæ

R. Succi medicati è ribes }
 Hydromali simplicis } sing. 3. S.
 Diacaryôn }
 Liquoris stillatitij plantaginis }
 oxalidis } sing. 3. j.
 fragorum }

Misceantur, fiatque potio.

Vtimur illis perinde atque conferuis & sc-

Z iiij

DE COMPOS. MEDIC.

rapiis, tum potissimum vbi adstrictionis nobis incumbit necessitas.

De Serapiis. CAP. XVII.

Serapium.

Serapium vocat Actuarius compositionem eam quam hodie voce alia magisque vsitata syrupum nominant. Sic verò appellant fucos vel medicamenta cum melle vel saccharo donec concreuerint decocta. Nostri verò in breue & longum, sic enim loquuntur, digerunt serapium. Breue, quod parum aquei humoris in se habet, appellat, aliòque nomine commune vocant. Longum, quod humoris aquei in se multum continet, esse dicunt, aliòque nomine decoctum nuncupant.

Breue serapii

Longum.

Vsitata verò hodie in officinis medicorum serapia hæc sunt.

Frigida.

Serapium violaceum.

SERAPIVM violaceum pleuritidi, tussi à calore nata prodest, eisdemque quas Zulapium violaceum facultates obtinet.

Rosaceum.

SERAPIVM rosaceum idem quod Zulapium rosaceum potest.

Ex nymphaea.

SERAPIVM ex nymphaea, bilis flauæ feruorem extinguit, ideoque mirifice ardentibus aliisque acutis febribus auxiliatur. Somnum quoque conciliat.

Acidum simplex.

SERAPIVM acidum simplex febribus à bile natis auxiliatur. bilis enim feruore restinguit ac sitim, obstructions tollit, vrinam mouet

mouet, putredini aduersatur, sudorémque euocat.

SERAPIVM EX INTYBO SATIVO *Ex intybo satiuo.*
aduersus calorem immodicum iecoris, aliorúmque instrumentorum nutritioni feruentium valet. Item morbo laterali succurrit. Id quod de simplici vocato intelligédum venit, non de composito, quod à Seplasiariis parandum non erit.

SERAPIVM EX OMPHACIO, hoc est, *Ex omphacio.*
ex agresta, vt huius ætatis loquuntur medici, in magnis æstibus ad sitim restinguédam mirifice confert, vomitú & alui profluuiú biliosum sistit, febribus biliosis succurrit. Gravidarú etiam vomitum reprimat, ac earundem ventriculorum firmat, venenisque aduersatur.

SERAPIVM EX ACIDO CITRII *Ex acido citrii succo.*
SVCCO, æstum & feruorem bilis flauæ, febriumque ardentium & pestilentialium mitigat, sitim quoque vehementem restinguit. Ebrietati resistit, vertiginémque sanat.

SERAPIVM MYRTINVM *Myrtinum.*
ventriculú atque omnia alia viscera firmat. Contra ventris profluvia & dysenteriam valet, menstrua supprimit, tussimque à calidis & tenuibus humoribus excitatam sanat.

SERAPIVM E PAPAVERE aduersus *E papauere.*
tenuis humoris à capite defluxionem ad thoracem & pulmonem, tussim siccam, gutturis & faucium asperitatem prodest. Sitim restin-

DE COMPOS. MEDIC.

guit, somnūmque cōciliat. Est duplex, simplex & compositum, vt videre licet apud Mesuen, qui compositionū istarum, vt omnium aliorum Serapiorum, autor est.

Oxosaccharū.

OXOSACCHARVM concalefacta corpora potum iuuat. Longis febribus quas sanguis aut bilis creauit, & calori iecoris auxilio est. Lienis obstructiones tollit. Est itidem duplex, simplex nimirum & compositum. Simplicis compositio est apud Mesuem & Nicolaum, compositi apud Actuarium.

Calida.

Oxymeli simplex.

OXYMELI SIMPLEX, Latinis acetum mulsum dicitur. Humores crassos, lentos ac pituitosos in ventriculo & venis incidit, extenuat, & abstergit, adeoque obstructiones tollit. Sputum educit, spiritumque faciliorem reddit. Si tamē immodice vtaris, intestina raudit, neruosa lædit, tussimq; excitat. Eius cōpositionē tradit Galenus lib. 4. de tuēda sanita.

Oxymeli compositum.

OXYMELI COMPOSITVM aut è radicibus dictum, humores itidem crassos & pituitosos incidit, extenuat, & abstergit, ob id iecoris lienis & renum obstructiones aufert. Vrinam mouet, sudorēmq; euocat. Compositio eius, vt propemodum omnium serapiorum, est apud Mesuen.

Oxymeli scilliticum.

OXYMELI SCILLITICVM humores crassos, frigidos, & eradicatu difficiles incidit, extenuat, & abstergit, ideoque ad ciendū vomiti-

vomi-

vomitum efficax. Dentis vacillantes ac mobiles firmat, & oris suauitatem efficit. Ab illius vsu caueant tum tabidi, tum febris a-cutis laborantes.

SERAPIVM ACIDVM COMPOSITVM, aliàs de radicibus, humores crassos, pituitosos, & eradicatu difficiles incidit, terget, & extenuat. Obstructiones quæ sunt in iecore, liene, & renibus, tollit. *Acidum compositum.*

SERAPIVM E STICHADÈ omnibus *E Stichadè.* cerebri & neruorũ vitiis à frigiditate natis, nempe resolutioni neruorũ, cõuulsioni, morbo comitiali, tremori, & similibus auxilio est. Destillationibus etiã à capite in thoracem quas frigidus excitauit humor, conduit, ventericulumque firmat.

SERAPIVM BYZANTINVM humores *Byzantinum.* crassos, lentos, & solutu contumaces incidit, atque extenuat. Obstructiones aufert, morboque regio succurrit.

SERAPIVM EX EUPATORIO frigidis *Ex eupatorio.* iocineris vitiis, ac eiusdè obstructionib⁹, aquæ inter cutem, maloque corporis habitui succurrit. Humores enim crassos extenuat, roburque iecori addit. Urinas mouet, & hypochondriorum tensionem demolitur.

SERAPIVM E GLYCYRHIZA, barba- *Eglycyrhiza.* ris è liquiritia, voce deprauata nominatur, thoracem & pulmonem expurgat, ac antiquãtussim iuuat, pleuritiãque auxiliatur.

DE COMPOS. MEDIC.

- E. marrubio.* **SERAPIVM E MARRVBIO**, quod officinæ è prasio voce græca nominant, thoracem & pulmonem expurgat, ideóque eorundem diuturnis vitiiis, & à frigido tenaciq; humore excitatis, atq; eradicatu difficilibus succurrit. Hinc est quòd senibus & asthmaticis plurimum conducatur.
- Ex hyssopo.* **SERAPIVM EX HYSSOPO** ad vitia thoracis & pulmonis efficax est, humores excreatu difficiles extenuat, & educit.
- E. calamintha.* **SERAPIVM E CALAMINTHA** lienosis, & aliis qui ex humoribus crassis ac lētis obstructione laborāt, asthmaticis, & diutina tussi affectis, retentisque mensibus succurrit. Senes ac lienosos iuuat.
- E. mentha.* **SERAPIVM E MENTHA** ventriculū frigidū firmat, eiúsque concoctionē iuuat, vomitum nauscāmque reprimat, singultum sanat, aluique profuuium à frigidis humoribus ortum sistit.
- Ex absinthio.* **SERAPIVM EX ABSINTHIO** vētriculū & iecur roborat, aliáque nutritionis instrumenta: appetentiámque excitat, vimque retentricem firmat. Contra regium morbum prodest. Flatus discutit, humoresque per vrinam pellit.
- E. fumaria.* **SERAPIVM E FVMARIA** ventriculū & iecur firmat, obstructionésque tollit. Vitia cutis ex salis ac perustis humoribus excitata, verbi gratia scabiē & impetiginem emendat.

emendat.

SERAPIVM EX EPITHYMO *Ex epithymo.*
aduersus scabiem gallicam, lepram, cancrum,
& alia cutis ab atra bile prouenientia vitia
valer.

MELICRATVM, id est aqua mulsã. *Melicratum.*
Cruda vtimur in iis quibusalui deiectionem
moliri, aut vomitionem ciere libet: quemad-
modum in iis etiam qui venenatum aliquid
hauerunt, ex oleo eam præbentes. Costa ve-
rò exhibetur imbecillis, & animo exilibus, itè
tulsientibus, pulmonariis, & iis qui immodi-
co sudore digeruntur.

Porro in serapiis commiscēdis omnes pro- *Miscendorū*
pemodum hodie medici hunc obseruant mo- *serapiorum*
rem, vt ea cum stillatitiis liquoribus idoneis *ratio.*
ac conuenientibus commisceant, ac sic potã-
da præbeant. Et quidem in iis confundendis
religiose admodum obseruant, vt sit dupla li-
quorum stillatitiorum ad simplam serapiorū
mensura, quemadmodum ex sequentibus for-
mulis luculenter admodum apparebit.

I

R. Serapij violacei ℥.j.

Intybi fatiui ℥.S.

Liquoris stillatitij cichorei

Intybi fatiui latifolij

Borraginis

} sing. ℥.j.

Misceantur.

DE COMPOS. MEDIC.

II

R. Mellis rosacci colati }
Oxymelitis simplicis } sing. ʒ. S.
Serapij è calamintha }
Liquorum stillatitiorū hyssopi }
Calaminthæ } sing. ʒ. j.
Fœniculi }
Commisceantur.

III

R. Serapij è mentha ʒ. j.
Hydromali compositi ʒ. S.
Liquoris stillatitij absinthij. ʒ. ij.
Menthæ. ʒ. s.

Misceantur.

Atque hæc breuium nominatorum Serapio-
rum commiscendi ratio est. Quo pacto autē
longa sint construenda serapia, sequenti ca-
pite dilucide explicabimus.

*Exhibitionis
tempus.*

Exhibentur frequenter appetente diluculo Serapia, antea quidem igne aut feruēte in aqua calefacta, instar aliorum quæ à ieiunio deuorantur liquidorum medicamentorum. Nonnūquā etiam vesperi, & iam dormituris propinantur, idque potissimum fit vbi somni conciliandi gratia sumuntur.

De decoctis. CAP. XVIII.

*Decoctorum
genera.*

Decoctorum varia sunt genera. quædam enim ad concoquendos tantum humores vsurpantur, quædam verò non tantum in hoc

hoc vt concoquant, sed & vt simul purgent, aliósque multos effectus in diuersis partibus corporis præstent, adhibentur, quæ hodie suo more magistralia decocta appellant. Sunt etiam decocta priuatim dicta purgantia, de quibus omnibus ordine agemus. Principiò autem sciendum decocta parari potissimùm è stirpium radicibus, foliis, surculis, floribus, fructibus, seminib⁹, corticibus & lignis. Vt utique obtinuit vt foliorum quantitas, fasciculorum manualium seu manipulorum: fructuum verò, numeri: reliquorum autem, ponderis adiectione æstimetur. Obseruant etiam medici vt plerunque è radicibus sumant vncias tres, è foliis autem fasciculos manipulares quinque, è seminibus drachmas quatuor, quinque aut sex, è floribus manipulos quatuor. Reliquorum mensura medici industriz relinquitur. Coquuntur autem hæc omnia nunc ex aqua, tum simplici, qualis fontana, & pluuiã: tum medicamentosa, quales sunt stillicitij liquores: nunc ex alio humore, vino verbi gratia, sero, vel quouis alio, vt in hunc medicamenta vires suas deponant. Aquæ autem & liquorum in quibus prædicta coquuntur, mensura rarò duas libras, vel summum tres, excedat, quòd maior eius quantitas non solum prædictorum vim obtundat, imò etiam causa sit vt antequam tota ab ægro tante absumat, corruptionem induat. Cæ-

*Magistralia.**Decocta vnde parentur.**Pondera.**Aqua mensura.*

DE COMPOS. MEDI.

*Exprimendi
ratio.*

terum postquam decocta sunt medicamen-
ta, exprimuntur, & mox ceu inutilia abiiciun-
tur. Exprimuntur autem horum quædam va-
lenter, alia leniter, pro rerum coctarum na-
tura, & vario medici scopo. Cuiuslibet etiam li-
bræ aquæ & liquoris, sacchari aut mellis libra
dimidia adiicitur. Quod si etiam decoctum
odoramentis quibusdam, ut suavius fiat, con-
dire voluerimus, cuiuslibet decocti drach-
mas duas odoramentorum permiscebimus.

Nunc quod diximus, aliquot paradigmatis
declarabimus, orsi ab eo quod flauam bilem
concoquit. Hoc autem est eiusmodi.

R. Florum violarum }
Rosarum } sing. M. j.
Buglosi }
Nymphet M. S.
Foliorum intybi sativi latifolij } sing. M. j. S
Angustifolij }
Lactucæ }
Portulacæ } sing. M. j.
Vuarum passarum exemptis vinaceis ꝑ. j.
Prunorum damascenorum numero xj.
Oxyphœnicon ꝑ. j.
Seminum intybi sativi vtriusq; }
Melonum } sing. ꝑ. j. S
Cucurbitæ }
Portulacæ ꝑ. S.
Radicis cichorij ꝑ. S.
Glycyrrhizæ ꝑ. j.

Cinna-

Cinnamomi selecti 3. j. S.

Coquantur singula in tribus aquæ fontanæ libris donec dimidium absumat. Dein colo transfusus iuri decocto adiecto saccharo dulcedo ac suauitas concilietur, atque alho oui purificetur, addanturque Serapij ex intybo satiuo ʒ iij. Zulapij violacci ʒ. j. S.

Fiat potio.

Quod si pituitam aliósque crassos ac lentos humores concoquere atque extenuare consilium est, ad præscriptum sequentis formulæ decoctum construas oportet.

R. Radicum apij

Acori veri

Iridis

Mulæ

} sing. ʒ. j.

Seminum petroselini

Dauci

Anisi

Rusci

} sing. ʒ. ij.

Fœniculi 3. j.

Chamæmeli

Adianti

Origani

Hysopi

Menthæ

Abinthij

} sing. M. j.

} sing. M. S.

Cassæ lignæ 3. j.

Cinnamomi 3. ij.

Iunci odorati 3. S.

AA

DE COMPOS. MEDIC.

Florū melissophylli }
 Sambuci } sing. M. j.
 Scabiosæ }

Coquantur in aquæ libris duabus ad tertias,
 deinde colo transfundantur, & sacchari adie-
 ctione ius decocti dulce reddatur, purifica-
 tūrque, additis serapiorum è marrubio &
 hyslopo, sing. ʒ. ij. fiat que potio.

Ad melancholici humoris præparationem,
 ac eiusdem faciliore eductionem, hoc, vel si-
 mili decocto vtendum, quod

R. Florū borraginis }
 Echij } sing. M. j.
 Violarum }
 Melissophylli }

Vuarum passiarum exemptis vinaccis ʒ. j.

Fumariz }
 Hemionitidis } sing. M. j. S
 Intybi satiui vtriusque }

Corticum radicū capparis }
 Tamaricis } sing. ʒ. iiij.

Radicum fœniculi }
 Petroselini } sing. ʒ. j.
 Iridis }

Glycyrrizæ ʒ. j. S

Thymi corymborum }
 Epithymi } sing. ʒ. 3. S.

Decoquantur singula in tribus libris aquæ
 fontanæ, donec tertia pars absumpta fuerit.
 Dein colentur, & adiecto saccharo ius deco-
 cti

Et dulce reddatur, albóque oui purificetur, addantur postea serapij è fumaría, ex epithymo, è buglossó, sing. ʒ. ij. Fiat potio.

Quod si decoctum, vt hodie vocant magistrale, hoc est quod simul, quemadmodum illi censent, concoquat, purget, & alias commoditates in diuersis corporis partibus afferat, componere desideras, hoc vel simili pacto construas oportet.

Decoctum magistrale nominatum vulgo.

R. Radicum iridis

Fœniculi

Petroseliní

Asparagi

Mulæ

Acori veri

Glycyrrhizæ repurgatæ ʒ. j.

Rhei pontici ʒ. j. S.

Polypodij ʒ. j.

Seminum rusci

Anisi

Fœniculi

Nigellæ

Dauci

Herbarú hyssopi

Beronicæ

Serpylli

Chamæmeli

Stichadis

Saluiz

ʒ. ʒ. S.

ʒ. ij.

ʒ. M. j.

AA ij

DE COMPOS. MEDIC.

Maioranæ
 Adianti
 Marrubij
 Tussilaginis
 Eupatorii
 Cassuthæ
 Absinthij pontici
 Menthæ
 Prunorum damascenorum numero ix.
 Tamarindorum ʒ. j.
 Palmularum numero vj.
 Mixariorum } sing. numero v.
 Ziziphorum }
 Ficum pinguium numero ix.
 Folliculorum senæ ʒ. vj.
 Corticū myrobolanorum citrinorum } sing. ʒ. S.
 Indorum }
 Agarici boni ʒ. iij.
 Rhei barbari electi ʒ. j. S.
 Spicæ gr. vj.
 Zingiberis ʒ. S.
 Cinnamomi } sing. ʒ. j.
 Cubebarum }
 Thymi } sing. ʒ. ij. S.
 Epithymi }
 Florū borraginis }
 Buglosi } sing. M. j.
 Violarum }
 Coquantur omnia in aqua iustæ quantita-
 tis ad tertias, & per noctem in decocto simul
 per-

perstent. Postea expressis & colo transfusis dulcedo cum saccharo sufficienti concilietur. Dein adiciatur serapij è stichade. ℞. S. Serapij è glycyrrhiza, & ex hyllopo, sing. ℥. ij. & fiat potio.

Quum in eum modum immensam simplicium & compositorum medicamentorum copiam coaceruant, optime se rem gessisse, & non poenitentiam laudem ex magistrali, si diis placeat, compositione se consecutos esse putant: quum tamen nemo eruditorum varias has miscellas, in quibus non raro vnum alterius actionem impedit, probare queat, nec etiam fieri possit, vt vno momento humores concoquantur, & simul, quod illi sibi temere persuadent, educantur.

Omnia iam dictorum decoctorum iura per colum transmissa, vt pote iam medicamento-
sa, serapiorum instar assumuntur appetente diluculo, pondere trium aut quatuor unciarum. Interdum etiam vesperi, præsertim vbi frequens huiusmodi potionum exhibitio ægrotanti non fuerit molesta.

Præter iam commemorata, quædam etiam sunt decocta purgantia vocata, haud multum à prioribus variantia, nisi quod in iis componendis diligenter ad pondus purgantium medicamentorum medico sit respiciendum, adiectis semper iis quæ vim eorundem infrenant, vehementiamque remittunt. Id quod

AA ij

Tempus & modus assumendorum decoctorum.

Decocta purgantia.

DE COMPOS. MEDIC.

ex formulis sequentibus abunde patebit.

R. Hermodactylorum } sing. 3. j.
 Turpeti }
 Polypodij }
 Folliculorum senæ } sing. 3. ij.
 Zingiberis }
 Mastiches } sing. 3. j.
 Cinnamomi }
 Seminis dauci } sing. 3. S.

Concisa minutatim coquantur in libra vna
 & dimidia aquæ tantisper, dum tertia pars
 absumatur. Postea colo transfundantur, &
 fiat potio.

De hoc decocto purgatorio dantur vna vice
 vnciæ tres diluculo.

Alia.

R. Florum rosarum }
 Violarum } sing. M. j.
 Echij }
 Borraginis }
 Prunorum damascenorum numero xj.
 Oxyphœnicon } sing. 3. j.
 Passularum }
 Fumariz } sing. M. j. S.
 Centaurij minoris }
 Polypodij } sing. 3. vj.
 Senæ }
 Corticū myrobalanorū flauorū } sing. 3. S.
 Cæruleorum }
 Agari

Agarici optimi ʒ iij. s.

Rhei barbari selecti ʒ j. s.

Spicæ
Zingiberis } sing. ʒ. s.

Coquantur in aqua sufficenti quoad dimidiū
absūmatur. Postea colo transmittantur, &
sacchari adiectione dulcedo iis cōcilietur, &
tandem in iure decocti diluantur mannæ se-
lectissimæ vnciæ duæ, atque cum rosīs, santa-
lis, & ligno aloës, de singulis accipiendō ʒ j.
condiatur, ac fiat potio.

De pulueribus. CAP. XIX.

Medicamentis in puluerem redactis, quæ
Græcis *ἔριπια* vocantur, hodie varie vtū. *ἔριπια.*
tur. Primū enim ad roborandas corporis *ἔριπια pulueris*
partes principes, cor nimirum, cerebrum, vē-
triculum & iecur, ea vsurpant. Quapropter
illorum compositio ex speciebus antidoto-
rum, aliisque odoratis medicamentis simpli-
cibus cōtritis, adiecto etiā saccharo constat.
Appellant autem vulgo Tragæas. Nicolaus *Tragæa.*
Drangæas nominat. Vtraque verò vox à græ *Drangæa.*
cōvocabulo *τραγγιμαστος* esse deflecta apparet. Sic *τραγγιμαστος.*
enim illi bellaria & secundas mensas vocant.
In quorum certe numero & ea de quibus hoc
loco agimus medicamenta merito recensentur,
vt quæ in hodiernum quoque diem à
nonnullis in secundis apponantur mensis.
Latine haud inepte trituræ nuncupantur. *Trituræ.*
Ad quod quidem nomen velut alludentes

AA iij

DE COMPOS. MEDIC.

Germani nostri sua lingua trizenet appellat.
Nunc vnum & item alterum puluerum robo-
rantium exemplum subiiciemus, vt instar ho-
rum alios quoque componant.

I

R. Specierum diambar
Aromatici rosacei } sing. ʒ. ij.
Diagalangæ }
Diamoschi dulcis } sing. ʒ. s.
Diacinnamomi }
Cinnamomi selecti ʒ. ij.
Maceris }
Nucis moschatae } sing. ʒ. j. s.
Caryophyllorū }
Piperis longi ʒ. j.
Radicis calami officinarum } sing. ʒ. j. s.
Proniæ }

Sacchari candidissimi ʒ. vij.

Commisceantur singula, & fiat tritura.

Aliud.

R. Specierū diarhodon abbatis } sing. ʒ. j. s.
Diatriosantaloni }

Seminum intybi fatiui vtriusque, sing. ʒ. j.

Melonum }

Citrulli } sing. ʒ. j. s.

Cucurbitæ }

Rosarum rubearum ʒ. s.

Santalorum omnium, sing. ʒ. j.

Sachari ʒ. vj fiatque tritura.

D. roborantibus pulueribus exhibeto mane
ieiunis

ieiunis drachmam vnam, aut duas, super pane *Pondus exhi-*
 tosto, in vino optimo macerato. Vel per i co- *bitonis.*
 dem plane pondere & modo iterum præben-
 tor.

Porro fiunt etiam à medicis pulueres siue *Pulueres pur-*
 trituræ purgatorix, ex medicamentis nimirū *gatorij.*
 simplicibus purgantibus, vel compositorum
 quorundam speciebus, adiectis semper iis que
 vim atque vehementiam eorundem remittunt,
 atque saccharo. Pondera autem simplicium
 medicamentorum purgantium lib. i. à nobis
 sunt exposita. Quare hinc quod hoc loco de-
 siderant studiosi petent, satisque sit nunc rem
 exemplis nos demonstrasse sequentibus.

R. Rhabbari selecti. ʒ. ij.

Spicæ. }
 Mastiches } sing gr. vj.

Sacchari. ʒ. ij.

Misceantur singula, fiatque puluis purga-
 torius.

Aliud.

R. Turpeti optimi & candidi. ʒ. j.

Zingiberis }
 Cinnamomi } sing. ʒ. S.

Sacchari. ʒ. j.

Tritis omnibus & commixtis fiat puluis
 purgatorius.

Datur ex vino, iusculo, aut alio liquore cō *Modus exhi-*
 ueniente, ieiunis, & diluculo appetente. *bendi.*

De pastillis. CAP. XX.

DE COMPOS. MEDIC.

Pastilli.

Pastilli Græcis τροχίσμοι, & κυκλίονοι & ἀρτίοιοι, à forma vocâtur. Neque enim τροχίσμοιο & pastillus est, nisi medicamentum quoduis planû in rotulæ, orbiculi, & pastilli formam redactum, adeoque semini lupini persimile.

Medicamēta verò in pastillorum formâ redacta, & in officinis hodie vsitata hæc sunt.

Pastillus ex Eupatorio.

PASTILLVS ex eupatorio, iecur & vētriculum adiuuat, inflationes discutit, obstructions tollit, & horrores februm quas pituita creauit, demulcet. Morbum regiû sanat. Compositio eius vt aliorum ferè omnium est apud Mesuen, & Aſuarium.

E Rheobarbaro.

PASTILLVS ex rheobarbaro aduersus iecoris & lienis obstructionem, aquam inter cutem, & malum corporis habitum prodest. Ad frigidos & pituitosos, ac biliosos etiam iecoris affectus, & istericos utilis est.

Ex absinthio.

PASTILLVS ex absinthio ventriculû roborat, iecoris & lienis tollit obstructions, appetentiam excitat, diurnis febribus succurrit.

Myrrha.

PASTILLVS è myrrha menses potenter admodum euocat, adeo vt si quæ illis frequenter vtantur, foetum etiam excutiant. Compositionem Rhazes tradit.

Gallæ moschatæ.

PASTILLVS Gallæ moschatæ ventriculum, cor, & iecur firmat. Vomitum & alui profluium sistit, corporisque vniuersi colorem emendat.

P A -

PASTILLVS è spodio aduersus febrem acutam ac biliosam, iccorisque excalefactionem, atque contra sitim quæ continenter exorciat, & alui profluuium ac dysenteriam valet. *E Spodio*

PASTILLVS ex oxyacantha, hodie à medicis & seplasiariis è berberis appellatur. Aduersus febres ardètes prodest, sitim extinguit, & eam quidem vehemētissimam Describitur à Mesue & Actuaro.

PASTILLVS ex halicacabo, à nostris Alchechengi dictus. Potest & latine pastillus è vesicaria nominari. Contra renum & vesicæ exulcerationem, mictumque sanguinis pollet. Mucosa excernentibus strigmenta, & vehementi conflictatis dolore auxiliatur. Compositio est apud Mesuen, & Actuarium.

PASTILLVS è succino, hodie officinæ è *E Succino*. charabe appellant. Auxiliatur sanguinem exspuētibus, tabidis, & purulenta excreātibus, cœliacis & dysentericis. Sanguinem vndecunque emanantem supprimit. Apud eosdem auctores eius compositio extat.

PASTILLVS è lemnio sigillo seu lemnia *E lemnio sigil* terra. Nostri pastillum è terra sigillata vocāt. *lo.* Cruēta expuentibus, & omni sanguinis profluuiuo succurrit, veluti is qui præcedit. Eius compositionis autor est Mesue.

PASTILLVS è violis excalfactiones mitigat, aluumque emollit. Compositio est apud Nicolaum. *E violis.*

DE COMPOS. MEDIC.

E caphura.

PASTILLVS è caphura febribus ardentibus, feruoribus sanguinis & flauæ bilis, ventriculi denique & icoris intemperici calidæ, & hæcica molestatis febre auxiliatur. Eius cõpositionis autor Mesue est.

Vsus pastillorum.

Qui hodie faciunt medicinam, solis interdum pastillis tritis ex aqua, aut vino, aut alio conuenienti liquore vtuntur. Nonnunquam verò antidotis, succis medicatis, saccharis, catapotis, clysteribus, vnguentis, aliisque compositis medicamentis admiscetur, quemadmodum ex formulis singulorum iam commemoratorum medicamentorum suis in locis cuius legenti patet. Nos hic vnum duntaxat exemplum in quo catapotis miscetur pastilli, studiosorū oculis subiiciemus. Reliqua petent è suis locis, tum præcedentibus, tum sequentibus.

R. Catapotiorum foetidorum } sing. 3. S.
è benedicta laxatiua }

Pastilli è myrrha. ʒ. j.

Cum liquore stillatio artemisiæ quod satis est, formetur catapotia numero. xiiij.

Non raro pastillis medicamenta simplicia eiusdem cum iis facultatis commiscentur, & redacti tandem in puluerem cum liquore aliquo conuenienti exhibentur, vt ex illo paradigma claret, quod

R. Pastillorum è spodio } sing. 3. ij.
è succino }

Radiciſ

Radicis symphyti maioris } sing. 3. j.

Boli armenij

Balaustiorum

Lapidis hæmatitis } sing. 3. j.

Corallij albi

Tufa & cribrata commisceantur, fiatque puluis.

Pastillorum qui citra aliorum medicamentorum tum simplicium tum compositorum commistionem assumuntur, pondus, drachmam vnam, vel vnam cum dimidia non excedat: idque si opium non acceperint. Quod si horum compositionem opium ingreditur, scrupuli vnius, aut semidrachmæ pòdere dantur. Reliquorum pondera ex adiectis illis medicamentis æstimari debent, quod cuius facillimum erit.

Pastillorũ pondus.

De glandibus. CAP. XXI.

Quod Græci βάρανον, Latini glandem, hoc barbari huius temporis medici, haud dubie à subiiciendo aut supponendo, suppositorium vocant. Porrò non raro necessitas ipsa exigit vt glâdes subiiciamus, nempe quum ægri ob imbecillitatem clysteris iniectionem non tolerât, & vbi ab aridis excrementis reum intestinum obstruitur. Interdum quòd iniectio clysterum non sit necessaria.

Glandes.

Suppositoriũ.

Cur subiicienda glandes.

Harum autem vsus potissimum in ardētibus febribus, & in soporiferis capitis morbis

Vsus glandiũ.

probat. Item ad educenda quæ per clysterè
iniecta non redduntur.

*Glandium dif-
ferentia.*

Animaduertendum autem triplices gene-
re esse glâdes. Quædam enim læues, adeoque
compluribus in quotidiano vsu, quòd plus iu-
sto adstrictam & sua sponte nihil reddentem
aluū habeant, familiares sunt. Tales sunt quæ
ex betæ radice melle peruncta, suillo adipe sa-
le consperso, sicu inuersa, butyro adiecto sale,
& id genus aliis parantur. Quædam vero me-
diocres, vt sunt quæ ex oui vitello, croco, ad-
ditis melle & sale componuntur. Itē quæ dū-
taxat ex melle cocto & sale cōstruuntur, quas
officinæ communes appellant. Nonnullæ ve-
rò sunt vehementiores, quales sunt quæ scam-
moniam, colocynthidem, euphorbium, isq;
familia accipiunt.

*Glandes com-
munes.*

*Mellis ad spe-
cies & salem
proporrio.*

Cæterum quum omnis propemodum ge-
neris glâdibus mel accedat, sciendum quidem
erit illud sic esse glandibus commiscendum,
vt pondere suo speciebus respondeat. Quare
danda opera, vt drachmæ vni specierum & sa-
lis, vncia vna mellis adiciatur. Neque certè
in componendis glandibus admoueantur spe-
cies, nisi vbi mel satis concretum fuerit, quòd
aliàs vis earundem ignis vehementia dissipe-
tur. Porrò species quæ glandium compo-
sitioni adduntur, aut aluum deiciendi, aut
flatus discutiendi, aut stupefaciendi faculta-
tem obtinēt: quod ex subiectis formulis abū-
de

de innotescet.

I

R. Mellis cocti & concreti. ℥.ij.

Pulueris euphorbij. ℥. S.
colocyntidis gr. iiij.
ellebori nigri. gr. ij.
salis vulgaris. ʒ. j.

Commisceantur singula, & digerantur in glandes.

II.

R. Mellis. ʒ. j.

Specierum hieræ picræ. ʒ. j.

Salis fossilis. ʒ. S.

Decoquatur mel donec crassitudinem iustā accipiat, deinde addatur species & sal, formeturque glandes.

III.

R. Seminum anisi
cumini } sing. ℥. j.
fœniculi }

Seminis carci. ℥. ij.

Colocyntidis. ℥. j.

Salis vulgaris. ʒ. j.

Tundantur singula, cribróque secernantur, & cum mellis concreti. ʒ. j. S. cocant, digeranturque in glandes.

III.

R. Opij. ℥. j.

Croci }
Castorei } sing. ℥. S.

DE COMPOS. MEDI.

Tusa & cribrata cum melle cocto aut cera, & oleo nymphae in vnum coeant, formeturque glades quibus filum appensum sit, vt pro arbitrio extrahi queant.

Porro dum glandes subiiciuntur, prius oleo, butyro, aut alia pinguitudine illitas esse oportet. Sic enim minori molestia intruduntur.

De clysteribus. CAP. XXII.

κλύστρον.

κλύσμα.

Quae clysterii
componendi ratio.

K^{κλύστρον} Latinis idem est quod lauamen seu Ablutio, à verbo κλύειν, quod ablucere & lauare significat. Alio nomine Græcis κλύσμα dicitur, quæ vox Latinis iniectiōem sonat, ab κλύμι, quod iisdem iniicio significat Medici huius temporis clysteris & enematis græcis vocibus potius quàm latinis vtuntur. Quanquàm autem varia sunt enematum genera, tamen quatuor potissimum rebus ad eorūdem compositionem opus erit. Primum liquore aut iu sculo aliquo, carniū verbi gratia, pisorum, cicerū, pulli gallinacci, capi, aut decocti, quod subinde iuxta morbi diuersitatem variari solet. Nunc enim ex iis quæ abstergendi, aut obstruções tollendi, aut adstringendi, aut glutinandi facultatem obtinet, paratur. Dein ad clysteris compositionem medicamenta purgantia non rarè requiruntur, quæ si ad ea quæ deuorantur conferas, duplo planè pōdere adhibentur. Tertiò autē olea & pinguitudines, quæ

quæ itidem pro morbi diuersitate variantur. Quartò salis genera, quæ in hoc potissimum adiuuantur, vt facultatem excretoriam excitent, ne scilicet quæ iniecta sunt, diutius quàm par sit in ventre morata, penitus retineatur, id quod ægrotantibus non rarò noxæ nõ cõtenuendæ occasionẽ præbet. Præter ea tamẽ quæ nunc cõmemorabimus, interdũ mel, maximè quod colo transfusum fuerit, aut saccharũ, aut vitelli ouorum, aut butyrum, aliaq; huius generis, prout morbus exigit, adiuuantur. Singulorũ tamen quæ recensuimus certũ aliquod pondus sit necesse est. Nempe iuris decocti libra vna, aut pro corporis cõstitutione plus minũsve. Medicamentorũ tale, quale paulò antè dictum est. Oleorũ. ʒ. iij. Pinguitudinum, mellis, butyri, sacchari. ʒ. j. aut semuncia. Vitelli ouorum magna ex parte duo aut tres: salis verò. ʒ. j. S. plus minũsve, prout res postulat, adhiberi solent. Ex iam commemoratis nunc leues, nunc verò vehementiores clysteres conficiuntur. Leuibus vtimur in febribus, & debilibus qui ex longo morbo reualefcunt, item in intestinorum mordicationibus, & torminibus, & extremo senio confectis, in quibus sterces induruit. Vehementioribus autem & acris in coxendicum doloribus, lethargicis, attonitis, & id genus aliis frigidis morbis, atque in iis qui exitiale venenum sumpserunt, quemadmodum fu-

*Pondera eorũ
quæ clysteres
componunt.*

Clysterũ vsus.

BB

DE COMPOS. MEDIC.

sius docet Aëtius libro tertio capite. 168. Hęc
verò & alia quoque quę à nobis antea sunt
dicta, ex formulis sequentibus parebunt, quę
accipiunt

I.

Iusculi capi. ℞. j.
Mellis colo transfusi. ℥. j.
Vitellos oui quatuor.
Olei ex oliuis expressi. ℥. iij.
Commisceantur singula, fiatque clyster.

II.

Maluæ	}	sing M. j.
Althææ		
Atriplicis		
Mercurialis		
Acanthi	}	sing. 3. ij.
Seminis lini		
scenigræci		

Coquantur ad tertias, & colo diffundantur,
accipiatúrque
Iuris decocti. ℞. j.
Medullæ castiæ fistularis. ℥. j.
Hieræ picræ. ℥. S.
Mellis rosacei colo transfusi. 3. iij. S.
Olei ex oliuis expressi. 3. iij.
Salis vulgaris. 3. j. S.
Commistis omnibus fiat enema.

III.

Plantaginis

- Plantaginis }
 Equiseti }
 Polygoni } sing. M. j.
 Ophioglossi }
 Alceæ }
 Consolidæ mediæ }
 Bellis minoris } sing. M. j. S.
 Saniculæ }
 Rosarum rub. M. j.
 Oryzæ tostæ. ʒ. j.
 Gallarum }
 Rhois obsoniorum } sing. ʒ. j. S.
 Balauftiorum. ʒ. S.
 Acaciæ }
 Hypocistidis } sing. ʒ. j.
 Radicis symphyti maioris. ʒ. j.
 Coquantur ad tertias, & colo transfundā-
 tur, accipianturque
 Iuris decocti. ʒ. xiiij.
 Succiplantaginis. ʒ. S.
 Pastillorum è spodio }
 è terra lemnia } sing. ʒ. j.
 Boli armenici }
 Sanguinis draconis } sing. ʒ. ij.
 Aloes elotæ }
 Seui caprini. ʒ. j.
 Oleorum myrtini }
 rosacei } sing. ʒ. j.
 cotoneorum }
 Commistis omnibus fiat clyster.

BB ii

Iuris hordei decocti ℞.j.
 Mellis rosacei. ℞.j.
 Sacchari rubei. ʒ.vj.
 Vitellorum ouorum numero.ij.
 Olei irini. ℞.iij.

Commistis omnibus fiat enema.

V.

Betonice }
 Saluie }
 Maiorane }
 Serpylli } sing. M. j.
 Calaminthe }
 Hyssopi. }

Rutæ }
 Centaurij minoris } sing. M. S.
 Stichadis }

Radicum polypodij. ʒ. S.
 Agarici optimi. ʒ. iij.
 Medullæ colocynthidos. ʒ. j.
 Coquantur ad tertias.

Iuris decocti. ʒ. xv.

Hieræ picæ }
 Benedictæ laxa. } sing. ʒ. S.

Antidoti Indi }
 diaphœnicôn } sing. ʒ. iij. S.

Mellis rosacei colo transfusi. ʒ. j.

Oleorum laurini }
 rutacei } sing. ʒ. j. S.

Salis fossilis saxei. ʒ. j. S.

Commistis

Commistis omnibus fiat clyster.

Alias plures formulas petent studiosi à libris nostris de medendi ratione inscriptis.

Iniciendi clysteres tempus nullum est certum aut constitutum, modò duabus aut tribus horis aut longius à cibo sumpto adhibeantur. *Tempus iniciendi clysteres*
 Detinendi etiam tempus non vnum idémque est, sed pro eorundem diuersitate variatur. *Detinendi.* Quibus enim abluendi & extergendi vis inest, hi supra horæ dimidiam in corpore haud retineantur. Dolores mitigâtes, longiori tempore detineri debent. Omnium longissimò, quibus glutinandi est facultas. Quibus purgandi vis inest, sua sponte erumpere solent. Quod si tamen diutius in corpore cùstantur, glandem supponere conuenit, vt scilicet facultas excretoria excitata, noxia tandem expellat.

De collyriis. CAP. XXIII.

Collyria Latinis medicamenta vocantur *Collyria.* quæ oculis admoventur. Græci *ουλοδρασμα* nominant. Hæc verò duùm generum sunt. quædam enim liquida sunt, & hæc priuatim hodie ab iis qui medicinam faciunt, collyria nominantur, quædam verò arida, & hæc barbarâ voce iidem *Sieff.* vocant. Græci hæc quidem *ξηροουλοδρασμα*, illa verò *υγροουλοδρασμα* nominant. *Arida collyria qua forma parantur.*
 Arida collyria pyramidis ferè formam accipiunt, licet rarè in officinis parata reperiatur.

BB ij

DE COMPOS. MEDIC.

Materia collyriorum, & sus.
 Horum quidem omnium materia ex qua cōponuntur, varia est. Nam succi, liquores, semina, fructus, plantarum partes, & metallica iis inferuntur, quæ pro affectuum magnitudine variantur. Utimur enim iis in oculorum diuersis morbis, vlcerebus, vulneribus, fistulis, suffusionibus, & id genus aliis. Hinc est quod interdum iis adiciamus ea quibus extergendi vis inest, nunc quibus acris: iam verò adstringentia, aliquando etiam discutientia cōmiscenti quorum copiam suppeditabit Galenus lib. 4. de compos. medic. secundum locos cap. 4. & Paulus Aegineta lib. 7. cap. 16. Cæterum collyria quibus reprimendi aut sedandi dolorem vis inest, in liquore aliquo stillatio conuenienti diluuntur, atque ad eò oculis instillantur, aut linamenti specie admouètur. Quæ verò vrendi facultatem obtinent, hæc vnguentis, pinguedinibus, oleis que commixta adhibètur. Si qua collyria arida in officinis ad vsum retinètur, hæc trita, ac in cote leuigata, inque tenuissimum pollinem redacta, aliquo stillatio liquore dissoluta instillatur. Ultra verò vnam aut alteram guttam vix instillandum. Formulæ res vniuersa clarior euadet, quæ accipiunt

Collyrii aridi albi in cote leuigati ℥. iij.
 Stillatitii liquoris rosacei, plantaginis. sss. ℥j.
 Commixtis omnibus fiat collyrium.

II.

Liquoris stillatitij rosacei }
 plantaginis } sing. 3. j. S.

Collyrij è glaucio. 3. j.
 è rosis. 3. S.

Cerussæ clotæ }
 Boli armeniaci } sing. 3. j.

Opij gr. iij.

Croci gr. ij.

Commistis omnibus fiat collyrium liqui-
 dum.

III.

Cerussæ decies in liquore stillatio rosarum
 clotæ. 3. j.

Sarcocollæ. 3. ij.

Amyli }
 Tragacanthæ } sing. 3. j.

Opij gr. iij.

Omnia leuigata & succo fœnigræci exce-
 pta, in collyria digerantur arida.

IIII.

Collyrij è glaucio. 3. vj.

Aloës }
 Acaciæ } sing. 3. j.

Licii }
 Boli armeniaci } sing. 3. j.

Gummi. 3. j. S.

Tritis omnibus ac cotoneorum succo cõ-
 mixtis informentur collyria.

BB iiii

DE COMPOS. MEDIC.

V.

Liquoris stillatitij rosarum }
 fœniculi }
 chelidonij maioris } sing. ʒ. j.
 euphragiz }

Vini optimi. ʒ. j. S.

Aloës. ʒ. j.

Pompholygis lotæ. ʒ. S.

Sacchari. ʒ. S.

Commistis omnibus fiat collyrium liquidū.

VI.

Collyrij viridis. ʒ. ij.

Auripigmenti

Mercurij, vt vocant, sublimati } sing. gr. iij.

Vnguenti Aegyptiaci. ʒ. S.

Dialthææ. ʒ. j.

Commistis omnibus fiat vnguentum.

*Collyriorū cō
 positōrum
 vsus.*

Porrò cum nonnullorum collyriorum aridorum à Rhaze compositorum in præscriptis formulis mentio facta sit, animaduertendum quòd collyriorum rosæcci & è glaucio, tum potissimum vsus esse debet, quò adstringendi aut reprimèdi necessitas vrget. Albiverò & rubri, quò glutinàdi. Viridis verò quò erodèdi.

De gargarizatu. CAP. XXIIII.

*Gargarizatus
 compositio.*

Gargarizatus variis componuntur modis. Nunc enim ex stillatitibus plantarum liquoribus, nunc verò ex iure decoctorum. His autè pro affectus diuersitate, diamoròn, succi medicati è ribes, & oxyacantha, diacaryon, mel rosaceum

rosaceum, serapia, hiera picra, & id genus alia
 commiscentur. Priora quatuor cum reprimē
 di indicatio adest, admiscemus: mel rosaceū,
 quum extergendi aut discutiendi: hieram pi-
 cram, quum è capite aliquid elicere conamur.
 Cæterum nullum in componēdo gargariza- *Pondus.*
 tu certum & præscriptum pōdus obseruatur.
 Sunt tamen qui superstitione contendunt, li-
 quorum triplum pondus simplo antidotorū,
 succorum medicatorum, & serapiorū debe-
 re respondere. Verbi gratia, si serapiorum &
 antidotorum, succorumque medicatorum
 ℥.ij. sint, liquorum esse debent ℥.vj. Sed for-
 mulis res clarior erit, quæ accipiunt

I
 Liquoris stillatitij plantaginis }
 rosarum } sing. ℥.j. s

Oxalidis }
 Lactucz } singulorum ℥.j. s
 Fragarię }
 Solani ℥.j.
 Nymphææ ℥.s.
 Prunellæ ℥.j.
 Diamoron ℥.j.
 Succo medicati è ribes }
 Ex oxyacantha } sing. ℥.s.
 Serapij è papauere }
 Succo fragorum ℥.ij
 Aceti optimi ℥.s.
 Commistis omnibus informetur garga-

DE COMPOS. MEDIC.

rizatus.

II.

Plantaginis }
 Prunellæ }
 Fragariæ } singulorum M.j.
 Oxalidis }
 Polygoni }
 Saluæ }
 Rosarum rubearum M.S.
 Gallarum }
 Calyculorum glandium } singul. ʒ.j.
 Rhois obsoniorum }
 Balauftiorum } singulorum ʒ.j.
 Radicis symphyti maioris ʒ.s.
 Coquantur in aqua fontana iustæ quantita-
 tis ad tertias, dein colo transfundatur, & iuri
 decocti adiiciantur,
 Diacaryon }
 Diamoron } singul. ʒ.j.s.
 Serapij myrtini }
 Aluminis liquidi ʒ.j.
 Bulliant denuo, fiatque gargarizatus.

III.

Maioranæ }
 Origani } singul. M.j.
 Saluæ }
 Betonica }
 Carpesiorum }
 Piperis longi } sing. ʒ.j.

Pyre-

Pyrethri
Zingiberis } sing. 3. s.

Coquantur in libra vna aquæ tantisper dū
tertia pars absumatur, colo transfundantur,
& iuri decocti addantur

Mellis rosacci colo transfusi ʒ. j. s.

Oxymelitis scyllitici ʒ. j.

Cōmixtis omnibus singatur gargarizatus.

IIII.

Hieræpicæ ʒ. s.

Oxymelitis scyllitici ʒ. ij.

Liquoris stillatitij hyssopi

Betonicæ

Origani

} sing. ʒ. j. s.

Commisceantur, formeturq; gargarizatus.

In vsu gargarizatum obseruandū vt tepida quadam caliditate præditi ori admo-
ueantur, id quod tamen in iis qui in destilla-
tione capitis ex tenuibus & acris humoribus
excitata adhibentur, haud fieri debet: nā
in illa, quò scilicet citius sistatur, frigidis etiā
vti licet.

Vsus gargarizatus.

De dentificijs.

CAP. XXV.

Dentificia, quæ Græcis ὀδοντοπλάσματα di-
cuntur, ad diuersos vsus varia compo-
nuntur. Vsus verò horum maximè in expo-
liendis extergēdisve & stabiliēdis dentibus:
etū interdum frigēfactis, & dolentibus dēti-
bus, gingiuisq; laxis, item ad parulidas, om-
niāq; oris vitia parentur, vt liquet ex iis quæ

Dentificia.
ὀδοντοπλά-
σματα.
Vsus.

DE COMPOS. MEDIC.

traduntur à Galeno lib. 5. de composi. medi.
secundum locos cap. ultimo. Porrò triplici
ferè forma hodie componuntur dentifricia.
Aut enim in tenuissimum puluillum redacta
dentibus affricantur, aut adiectis liquoribus
aliquot, cum iis dentes abluuntur: aut in lini-
menti formam digesta, dentibus circumlinú-
tur. Nos formulis aliquot, quæ diximus expli-
cabitur, quæ accipiunt

*Compositio
dentifriciorum
forma.*

I.

Nitri	} sing. 3. j.
Aluminis	
Myrrhæ ʒ. ij	} sing. 3. j. s.
Radiciſ iridiſ illyricæ	
Cornu ceruini vſtu	
Thuriſ	
Salis vulgaris toſti ʒ. j.	} sing. 3. j.
Piperis	
Pyrethri	} sing. 3. s.
Piſtolochiæ	
Menthæ ſiccæ	} sing. ʒ. ij.
Teſtarum ſepiæ	
Pumicis	} sing. ʒ. ij.
Tuliſ & cribratiſ ſinguliſ ſiat dentrificiũ.	

II.

Liquoriſ ſtillati ʒ. ij. menthæ	} ſing. ʒ. iij. s.
Origani	
Saluiæ	
Abrotoni	
Hylſopi	
Apij	

Aluminis scissi affati, & vino austero ex-
tincti 3.ij.

Nitri 3. j. s.

Salis asii 3. ij.

Commixta sex horis simul perstent, & subin-
de igni admota per vasculum quod alembi-
cum vocant stillent, liquorque ad usum ser-
uetur.

III.

Gallarum

Putaminum mali punici dulcis } sing. 3. j.

Rosarum purpurearum 3. j. s.

Aluminis scissi 3. ij.

Sanguinis draconis 3. j.

Thuris 3. j. s.

Balaustiorum } sing. 3. j.

Myrrhæ

Trita & cribata excipiantur oxymelite scyl-
litico, & usu exigente illinantur.

De pessis. CAP. XXVI.

^{esse} Paulo & Aëtio testibus est lana ^{massa}
n̄ concepta, & ad digiti formam rotū
da, qua medicamenta excipiuntur, ac
genitalibus mulierum partibus induntur. La-
tini id genus medicamēti pessum vocāt. Qui ^{Pessis}
verò hodie faciunt medicinam barbari me-
dici pessarium. Licet nonnulli hac voce, non ^{Pessarium}
sine magna rerum confusione, pro vteri cly-
steribus abutantur, qui à pessis distant, pecu-

μαρ γγ'ταυ. liarique nomine Græcis *μαρ γγ'ταυ* appellâtur.
Nascalia. Nascalia verò nominât barbarissimo ac ine-
Pessorum dis- praisimo vocabulo, quos Græci & Latini pes-
ferentia. sos. Cæterùm generales pessorum differentiæ
 tres existunt. Alij siquidem emollit, alij ad-
Emollientes. stringunt, alij aperiunt. Emollientes vteri in-
 flâmationibus, suffocationibus, auersionib⁹, & in-
 flationibus accommodantur. Fiunt ex cera,
 oleis, pinguedinibus anseris aut gallinæ, bu-
 tyro salis experte, resina, medulla ceruina, fœ-
Aperientes. nogræco, & similibus. Aperientibus vtimur,
 quum suppressos menses euocare, aut vterum
 conniuentem aut compressum emendare co-
 namur. Parantur hi ex melle, artemisia, di-
 ctamno, brasiica, glycyrhiza, succo rutæ, por-
Adstringen- ro, scammonia, & id genus aliis. Adstringen-
tes. tes contrarium aperientibus vsum præbent.
 nam fluxum muliebrem cohibent, & aper-
 tum laxumve vterum contrahunt, prolap-
 sùmque reprimunt atque propulsant. Mate-
Pessorum com- ria verò adstringentium suprâ libro primo
posito. comprehensa est. Cæterùm quod ad pessô-
 rum compositionem etiam attinet, non sem-
 per lana excepta medicamenta induntur, sed
 nonnunquam aptis liquoribus, gummisq; ac
 resinis additis ad formam paulò antè dictam
 coguntur. Interdum etiam medicaméta sub-
 acta, bombyce seu serico, aut linteo tenuissi-
 mo obducuntur, & vtero subiiciuntur. Dan-
 da

da verò opera est vt pessi filum prælongum habeant alligatum, quò facile, quando visum fuerit, possint extrahi. Reliquum est vt nunc formulas pessorum & clysterum vteri subijciamus, quæ accipiunt

I.

Butyri salis expertis ʒ. iij.

Medullæ ceruinæ

Adipis anseris

Gallinæ

} singulorum ʒ. j. s.

Mastiches

Meliloti

} singulorum ʒ. j.

Seminis lini

Fœnigræci

} singulorum ʒ. j. s.

Ouorum lutea tria.

Oleorum rosacei

Iri

} singulorum ʒ. s.

Ceræ quod satis est ad crassitudinem iustam inducendam, Dein lana duplicata in hoc medicamentum intincta vtero subiiciatur.

II.

Artemisiz

Abrotoni

Distamni

} singulorum ʒ. ij.

Radicum acori

Rubiæ tinctorum

} sing. ʒ. j. s.

Nigellæ ʒ. ij.

Baccarum lauri ʒ. s.

Rutæ ʒ. ij.

Sabinæ ʒ. j.

DE COMPOS. MEDI.

7

Castorei ʒ.s.

Myrrhæ } sing. ʒ.j.

Stactis

Sagapeni ʒ.j.s

Tusis & cribratis iis quæ op^o est, mellis quâ-
rum satis est, vt in coalitum crassiorē & vni-
tatem coëant, adiciatur, & vbi opus est, sin-
gantur pefsi qui in vuluam indantur.

III.

Cornu ceruini vsti ʒ.ij

Thuris ʒ.j.s.

Gallarum ʒ.ij.

Balaustiorum

Rosarum purpurearum } sing. ʒ.j.s

Gummi

Acaciz } singulorum ʒ.ij.

Hypocistidis

Boli armeniaci ʒ.s.

Trita in pollinem leuissimum succo planta-
ginis excipiantur, & linteolis deligata, sin-
gantur pefsi, qui in mulieris pudendum inse-
rantur.

IIII.

Iuris decocti artemisiz ʒ.ijj.

Oleorum liliacei

Irini } sing. ʒ.j.

Laurini

Myrrhæ

Sagapeni } singulorum ʒ.j.s.

Castorei ʒ.j.

Commix-

Commixtis omnibus fiat metrenchyta.

V.

Succi plantaginis ꝓ.iiii.

Oleorum myrtini
Mastichini } singulorum ꝓ.j.

Succini

Thuris } singulorum ꝓ.j.

Boli armeniaci

Pastillorum è spodio
Et terra lemnia } singulorum ꝓ.j.

Tritis iis prius quæ opus est commisceantur,
fiatque metrenchyta.

Pesi vesperi, & dum somni tēpus appetit, *Tempus sub-*
potissimum subiciuntur, & sex aut septem *uciendorum*
horis in utero relinquuntur, ac subinde extra- *pefforum.*
hantur. Eodem tempore clysteres utero in-
fundi debent, totidēque horis retineri.

De errhinis. CAPVT XXVII.

Erghina.
Erhina Græci vocant quæ in oblongam ac
pyramidis formā coacta naribus indun-
tur: hodie vulgus medicorum nasalia nomi-
nant. Item quæ liquida infunduntur aut illi-
nuntur, ijdem caput purgia voce conficta ap-
pellant: & quæ sicca naribus indita aut cala-
mo inspirata, sternutamenta ciunt, atq; adeo
pituitam ac mucum à cerebro eliciunt. Ca-
terū errhina quæ pyramidis formam, ac filū
sibi, vt pro arbitrio extrahi queant, alligatum
obtinent, ex medicamentorum huic institu-
Nasalia.
Caput purgia
Errhinorum
compositio.

CC

DE COMPOS. MEDIC.

to feruientium speciebus, liquore aliquo, aut adipe, & exigua cera exceptis componuntur. Errhinorum autem vsus est in diurnis capitis affectibus, præsertim morbo comitiali, oculorum hebetudinibus, narium obstructionibus, odoratus difficultate, conuulsione cynica, & morbo regio. Nûc formulam subnectemus, quæ accipit

Maioranæ, saluiæ, singulorum ʒ. j.

Piperis albi

Nigellæ } singulorum ʒ. S.

Carpesiorû

Garyophyllorum, nucis moschatæ, pyrethri, singulorum ʒ. ij.

Ellebori albi ʒ. j.

Castorij ʒ. S.

Tusa & in pollinem redacta, terebinthina resina & modica cera excipiantur, finganturq; errhina pyramidis effigiem referentia.

Caputpurgia.

Porro liquida quæ naribus infunduntur aut illinuntur, è succis herbarû, betæ scilicet, cyclamini, brassicæ, maioranæ, anagallidis cęruleum florem habentis, & foliorum inule, liquoribusque iis similibus, oleis & speciebus medicamentorum paulò antè commemoratorum, nēpe piperis, pyrethri, nitri, struthij, nigellæ, marrubij, castorij, ellebori albi, & horum similibus, componuntur. Admonendi sunt qui sumunt, vt os aqua compleant, ne scilicet è naribus per meatus in os perfluat succi, ca-

ei, caputque in posteriora reclinandum. Sufficit vna vice semunciam succorum infudisse. Nunc formulis aliquot quod diximus declarabimus, quæ recipiunt

I

Succi betæ
Cyclamini
Brassicæ
Commisceantur, naribusque infundantur.

II.

Succi foliorum cucumeris syluestris 3 iij.

Betæ 3.j.S.

Liquoris stillatitij maioranæ 3.ij.

Carpesiorum

Nigellæ

Piperis albi

Tritis iis quæ opus est, commisceantur, & naribus infundantur.

III.

Radice cucumeris syluestris 3.j.

Piperis albi

Myrrhæ

Nigellæ

Tritis & contusis adiciatur olei de piperibus quod satis est, & naribus illinantur.

Sternutamenta è speciebus prædictorū medicamentorum conficiuntur, & arundine aut calamo naribus inspirantur. Admonēdi sunt qui sumunt, vt sursum rapiāt. Sed formulas aliquot subiiciemus, quæ accipiunt

CC ij

I.

Maioranæ
 Nigellæ
 Caryophyllorū
 Piperis albi
 Zingiberis
 Struthij
 Castorij ʒ. S.

} singulorum ʒ. ij.

} singulorum ʒ. j.

Diligenter tritis singulis & commixtis fiat
 sternutamentum.

II.

Nucis moschata
 Radicis iridis
 Carpesiorum
 Pyrethri ʒ. j.
 Ellebori candidi ʒ. S.
 Piperis albi
 Acori
 Tritis vtitor.

} singulorum ʒ. S.

} sing. ʒ. j.

Quando pre-
 dictis medica-
 mentis vten-
 dum.

His singulis nunc commemoratis errhinis
 non est vtendum, nisi postquam corpus vni-
 uersum aut venę sectiōe, aut purgatorio me-
 dicamento vacuatum fuerit.

De apophlegmatismis. GAP. XXVIII.

ἰσσοφλεγμα-
 τισμοί.

Aποφλεγματισμοί Græcis sunt medicamenta
 quæ retenta in ore, & commanducata,
 per emissaria palati pituitam, & qui in capite
 concreuerunt humores noxios eliciunt. Bar-
 baram sectantes medicinam masticatoria vo-
 cant.

Masticatoria.

cant. Fiunt ex sinapi, hyssopo, cortice capparis, origano, thymo, pulegio, vua passa, mastiche, radice acori, zingibere, pyrethro, pipere, vua taminea, & id genus alius capite præcedenti commemoratis. Horû vsus varius est. aut enim medicamenta in partes minutas cõcisa commanducantur, dentibûsque confringuntur: aut trita & contusa succo aliquo vel liquore vel melle excipiuntur, & in maniles pastillos coguntur, & cû postulat vsus, vnus præbetur mandendus. Aut medicamenta cõtusa sacculo è subtili linteo confecto induntur, & commanducantur. Aut ius decoctorum medicamentorum diu in ore continetur. Cæterùm oportet manducantem deorsum nuere, & ex interuallis, quò congestus humor effluat, hiare. Utendum autem apoplegmatis in matutino tempore, & tum potissimum quâ à reliquis excrementis corpus vacuum est. Adhibentur hæc ad omnes capitis vetustos affectus, hebetudinem oculorû, auditus difficultatè, linguæ resolutiones, pustulasque omnes quæ caput aut faciè occupauerint. Post illorû vsûm aqua calida os abluendum erit, aut melicrato, aut ptisanæ succo.

Nunc formulas aliquot subiiciam⁹, è quibus studiosi componendî rationem cognoscere nullo labore possint.

I.

Piperis albi ʒ i. S

CC iij

*Compositiois
materia.*

Vsus.

*Pastillus ma-
ficatorius.*

Tempus.

DE COMPOS. MEDIC.

Pyrethri \varnothing .ij.
 Hyssopi } singulorum 3.j.
 Origani }
 Sinapi 3.ij.
 Zingiberis 3.j.
 Mastiches 3.j.S.
 Trita excipiatur succo betæ aut melle, & for-
 mentur manfiles pastilli.

II.

Maceris 3.j.
 Vuæ tamineæ } singulorum 3.j.S.
 Cubebæ }
 Corticum radices capparis \varnothing .ij.
 Radicis acori }
 Nucis moschatæ } singu. 3.S.
 Trita excipiatur mastiche, pistillo calido ad-
 hibito, singanturque pastilli manfiles.

III.

Carpesiorum 3.j.S.
 Piperis candidi 3.j.
 Vuarum passarum detractis vinaceis 3.ij.
 Staphisagrie }
 Pyrethri } singulorum 3.j.
 Sinapi }
 Contusis singulis fiat facculus
 manducatilis.

De odoramentis. CAP. XXIX.

Odoramentorum nomine veniunt intel-
 ligenda omnia medicamenta tam sim-
 plicia

plicia quàm composita, quæ citra ignis accessionem suo odore cerebrum alterare, aut grauem odorem, aut pestilentem auram depellere possunt. Horum autem varius est usus. interdum enim simplicia medicameta naribus duntaxat admoventur: sic nigella in aceto macerata, & subinde exiccata, linteolo tenui aut serico inserta adhiberi naribus solet. Nunc verò multa simul simplicia medicameta miscentur. Nonnunquam etiam iisdem unguenta, aut orbiculi odorati, poma nostri vocant, componuntur, ut ex formulis patebit. Medicamenta verò quæ ad compositiones odoramentorum adhibent, sunt moschus, ambar, nigella, maiorana, garyophylli, ocymum, styrax, stacte, spica nardi, lauandula, lignum aloes, ladanum, rosæ, violæ, nymphæa, fantali, caphura, & id genus alia, quæ ex formulis quas nunc subiiciemus, cognoscent studiosi.

Materia odoramentorum.

I.

Accipiunt

Nigellæ tostæ ʒ. i. s.

Cubebarum ʒ. s.

Maceris ʒ. ij.

Garyophyllorum ʒ. j.

Contusa & trita deligentur serico ad odorandum.

II.

Vnguenti populeon ʒ. s.

CC iij

DE COMPOS. MEDIC.

Oleorum violacei } singulorum 3.j.
Epapauere }

Mandragoræ 3.S.

Committis omnibus iis nares illinantur.

III.

Olei è spica 3.j.S.

Ligni aloës } sing. 3.j.
Maceris }

Ambar gr.ij.

Committis omnibus fiat linimentum.

IIII.

Styracis 3.iiij.

Garyophyllorum } sing. 3.ij.
Cinnamomi }

Maceris

Nucis moschatae } singu. 3.j.

Ligni aloës 3.S.

Mastiches 3.j.S.

Molichi

Ambar } singulorum gr.iiij.

Trita & cribrata, liquore stillatio maiora-
næ & stacte quod satis est excipiantur, singan-
túrque orbiculi odorati.

V.

Florum nymphaeae }
Buglosi } sing. 3.j.
Violarum }
Rosarum }

Corticis mali citrij 3.j.S.

Maceris 3.S.

Santa-

Santalorum omnium, è singulis. 3 j. S

Papaueris candidi. 3. j.

Caphuræ. 3. S.

Ladani. 3. ii. Ambar gr. iiii.

Trita excipiantur liquore stillatitio lactucæ
& stacte, fiantque orbiculi odorati.

In componendis orbiculis postremum am-
bar & moschus adiici debent.

De suffimentis. CAP. XXX.

Suffimenta, quæ Græcis *θυμιάματα*, nostris ve-
rò suffumigationes dicuntur, sunt medica-
menta quæ incenduntur, aut ignitis carboni-
bus iniiciuntur. Vñus horum incensorum ad
odorem gratum conciliandum: item ad de-
stillationes ex capite in subiectas partes, gra-
uedines, obstructions, alios frigidos cerebri
affectus, & pestilentia cõtagia arceda: tum-
que naribus admouentur. Cõueniunt etiam
asthmaticis, & iis quibus frigidorum ac cras-
sorum humorũ copia thorax refertus est, sup-
purationibus, tussi, laterumque doloribus.
Sanguinem verò expuentibus suffimenta nõ
sunt adhibenda, quòd scilicet horum vñu, va-
porum ora rursus aperiantur. In prædictis au-
tem thoracis affectibus, per os vapor est aslu-
mendus, in hunc quidem modum. Aeger ve-
stibus circumseptus in sede collocandus est, vt
diuarcatis cruribus prona facie ad vtrunque
genu decumbat, atque tum euaporatorio in-

Suffimenta

Vñus.

DE COMPOS. MEDIC.

tra crura cōstituto, enitendum vt per tubum
fistulámve vapor exceptus patulo ore inspire
tur. Fiunt ex eadem ferè materia qua odora-
menta, nempe castorio, ladano, calamintha,
styrace, thure, mastiche, crysimo, tussilagine,
& id genus aliis, ac trita carbonibus insper-
guntur: aut stacte, oleo, vel alio liquore exce-
pta digeruntur in pastillos, quibus postulan-
te vsu ad suffiendum vtimur. E formulis ré stu-
diosi planè deprehendent, quæ accipiunt

I.

Pastillorum gallæ moschatæ. ℥. j.

Saluiæ

Maioranæ } sing. 3. j. S.

Rosmarini

Maceris. 3. j.

Garyophyllorū } sing. 3. j.

Cinnamomi

Foliorum lauri. 3. S.

Ligni aloes. ʒ. j.

Moschi gr. iij.

Terantur singula, & commistis omnibus fiat
puluis, qui exigente vsu carbonibus viuis in-
spergatur.

II.

Thuris

Cinnamomi } sing. 3. j. S.

Garyophyllorū

Corticum mali citrij. 3. j.

Maceris

Maceris } (sing. 3. ij.

Lignialoes }

Myrrhæ } (sing. 3. j.

Mastiches }

Pastillorum gallæ moschatæ. 3. ij.

Ladani. 3. ij S.

Trita excipiantur stacæ, & informentur
pastilli pro suffimento.

LIBRI SECUNDI FINIS.

DE VSITATA HV-
IVS TEMPORIS COM-

*ponendorum miscendorumque medi-
camentorum ratione Liber Ter-*

tius, Leonharto Fuschio

medico autore.

PROOEMIUM.

Praecedenti libro componendi rationem eorum medicamentorum quæ corpori ingeruntur, demonstrauimus. Nunc in tertio huius tractationis libro, eorum quæ exterius admoventur, compositio nē trademus. Neque est quod quispiam putet nos ordinis oblitos, eò quòd non rarò formulas vnguentorum linimentorumque priori libro inseruerimus, cū illas sibi hic potius hber vendicet. Nā tametsi, re sic exigente, interdū nūc commemoratorū medicamentorū formulas aliquot assuere coacti fuerimus, tamen nihilominus ordinis ratio requirit, vt hoc in libro eorundem speciatim componendi rationem doceamus, quòd sine ea formulas præmissas ad vnguem assequi nulli liceat. Quare quod in secūdo libro in iis medicamentis quæ ingeruntur facitauimus, id-

ipsum in hoc tertio in iis etiã quę extrinsecus adhibentur, ordine quodam præstabimus. Ut enim quodque illorum componi hoc tempore debeat, iuxta seriem nominum quę nunc subiiciemus, perspicuè monstrabimus. Nomina itaque medicamentorum quę exterius admoventur, hæc sunt.

- | | |
|-------------------|--------------|
| 1 Olea & unguenta | 7 Sinapismi |
| 2 Linimenta | 8 Epithemata |
| 3 Emplastrata | 9 Embrochæ |
| 4 Cataplasmata | 10 Fomenta |
| 5 Cerota | 11 Sacculi |
| 6 Dropaces | 12 Inseffus. |

De oleis & unguentis.

CAP. I.

Veteribus, ut ex Diosc. aliisq; authoribus Græcis constat, duo fuerunt oleorum genera. quædam enim simplicia, quædam verò ex pluribus composita erant. De compositis, quorum hodie nullus est vsus, hic nihil dicemus: sed de simplicibus tantum, quę etiam Galeno libro secundo de simpl. med. facul. capite ultimo teste, propriè olea vocântur. Horum itaque aliqua ex floribus oleo inditis efficiuntur, verbi gratia, rosaceum, chamæmelinum, violaceum, & iis similia. Quædam ex fructibus & seminibus conficiuntur: quædam ex germibus surculisve, veluti rutæ: quę etiam simul cum oleo coquuntur. Ea quę è fructibus & seminibus constant, nõnnulla quidem inte-

Veteribus duo fuerunt oleorum genera. Simplicia. Composita.

Olea simplicia variis parantur modis.

DE COMPOS. MEDIC.

*Flores cur in-
solantur.*

gris oleo iniectis conficiuntur, veluti meli-
num: nonnulla verò contulis aut alteratis, o-
leoso quod in eis erat separato, vel expressis
ipsis, vel per aquam calidā discretis, veluti o-
leum è nucibus, amygdalinum, mastichinum,
laurinum, ricininum, & id genus alia. Cæterū
cum flores coctionem nullam admittant, in-
solantur potius. Verum si valentiorē habeant
fragrantiam & constantem, pluribus diebus
insolata, tenuiora, magis que vtilia reddūtur,
quemadmodum rosaceū & chamæmelinum.
Quicumque verò imbecilliores sunt, facilius
que difilātur flores, insolationem minus per-
ferunt, vt quorum virtus promptè euanescat,
vt potè lilium & viola. Vellem sanè quod ad
oleorum compositionem attinet, nostri tem-
poris medici, Græcorum, Pauli potissimū &
Actuarij, potius quàm Mesues aliorūque e-
ius farinae authorum præscripta ac placita se-
ctarentur. Sed de eo suo dicemus loco. Nunc
ad vnguentorum componendi rationem ve-
niamus. Vnguenta, Gal. loco antea citato au-
thore, antiquis dicebantur quæ ex odoramen-
tis conficiebātur: nunc verò quæ ex oleis, spe-
ciebus quibuscunque & cera cōponuntur, sic
vocātur. Oleis interdum adiciuntur adipēs,
butyrum, & muciditas. Nonnunquam etiam
gummi commiscuntur. Species iuxta affectuū
quibus adhibentur vnguenta, diuersitatē, va-
riantur. Cera vt conuenientē nanciscatur cō-
sistentiam

Vnguentū quid

*Vnguenta ho-
die vt compo-
nantur.*

fistentiam, adiicitur. Hodie plerique in componendis medicamentis obseruant, vt vnciæ vni oleorū, drachmam specierum, & drachmas duas ceræ commisceant. Sed præstat ceræ quantitatem eius qui cōponit arbitrio ac iudicio relinquere, vt is scilicet addat quantū ad iustam vnguenti consistentiam satis sit. Nunc formulas aliquot vnguentorum subiiciemus quæ recipiunt

I.

Oleorum ex absinthio }
 è mentha } sing. ʒ. j.

Garyophyllorum }
 Cinnamomi selecti } sing. ʒ. ij.

Piperis longi

Ceræ quod satis est, fiatque vnguentum.

II.

Oleorum rosacci }
 cotoneorum } sing. ʒ. ʒ. S.
 mastichini }
 myrtini }

Pastillorū è spodio }
 è terra lemnia } sing. ʒ. j.
 è succino }

Radicis symphyti maioris. ʒ. ij.

Sanguinis draconis } sing. ʒ. j.

Boli armeniaci

Ceræ albæ quantum sufficit, formeturque vnguentum.

III.

DE COMPOS. MEDI.

Oleorum rosacei. 3. j.
myrtini. 3. S.

Cerussa }
Plumbi vsti } sing. 3. j.
Lithargyri }

Boli armeniaci }
Terra lemnia } sing. 3. S.
Balauftiorum }

Rosarum purpurearum

Caphura gr. ij.

Cera candida quod satis est. fingatur un-
guentum.

IIII.

Oleorum e capparibus }
lilii } sing. 3. j.
irini }

Muciditatis althææ }
scenigræci } sing. 3. j. S.
Seminis lini }

Pinguedinis gallinæ }
anseris } sing. 3. j.
taxi }

Medulla cruris bubuli. 3. j. S.

Corticum radices capparum, tamaricis, singu-
lorum. 3. j.

Costi. 3. S.

Centaurij minoris. 3. ij.

Hammoniaci }
Bdellij } sing. 3. ij.
Galbani }

Dissolutis

Dissolutis gummis in aceto, cum cera quantū
fatis est formetur vnguentum.

Reliquum est, vt oleorum & vnguētorum
hodie vsitatorum nomenclaturas ac facultates
breuiter & ordine commemoremus.

De Oleis.

OLEVM ROSACEVM.

Refrigerat & adstringit, inflammationib⁹
præsidio est, æstuantem ventriculum restin-
guit, erosiones intestinorum clysteribus indi-
tum, & dolores dentium, si eo colluantur, san-
nat. Compositio est apud Paulum & Actua-
rium.

VIOLACEVM.

Refrigerat, incandescentibus inflamma-
tionum feruoribus vtile est. Compositio est
apud eodēdem.

NYMPHAEAE.

Nenupharis oleum vocant hodie. Idē quod
violaceum potest, multo tamen ad refrigerā-
dum efficacius est, adēd vt somnum etiā con-
ciliet. Compositionem habes apud Mesuen.

MELINVM.

Hoc est, è cotoneis malis oleum. Adstrin-
git, ideo ventriculi & iecinoris imbecillita-
tibus, ventrisque fluxionibus accommoda-
tum est. Sudorem item plus iusto emanantem
cohibet. Compositionem pete è Paulo &
Actuario.

DD

DE COMPOS. MEDIC.

MYRTINVM.

Seu myrteum, refrigerat & adstringit, ideóque cœliacis affectibus subuenit. Sanat igne ambusta, pustulas erumpêtes illitu emendat. Attritus hyeme concitatos & intertrigines illitum corrigit: fedis rimas, cõdylomata, laxatos artus per sanat, & sudores coercet. Cõpositio est apud Actuarium.

PAPAVERINVM.

Eandem habet quam oleum nymphææ facultatem, paulò tamen efficacior. Compositioem offendes apud Mesuen.

CHAMAEMELINVM.

Illitum per se vel cum temperato calore, ra refacit, longas maximè febres discutit. Quòd si ex mero calido, dolores omnium corporis membrorum illitu leuat. Compositio petenda erit à Paulo & Actuario.

ANETHINVM.

Calefacit, ideóque horroribus certo circuitu remeātibus medetur: lassitudines discutit, dolores articularios subleuat, vteri duritias emollit, subter inditum. Compositio est apud iam citatos aucthores.

LILIACEVM.

Muliebribus vitiis cõgruit: vlcera capitis manātia, surfures, varos, & feruidas eruptiones illitu emendat: & vitia contracta à frigore sanat: omnem discutit inflammationem, cum croco perundum, potum deiectionem bilis

bilis molitur: stomacho inimicum, & nauséa parit. Compositionem eius tradút Paulus & Aëtuarius.

IRINVM.

Ext ergit, concoquit, & resoluit: humores crassos in thorace detentos extenuat: doloribus iecinoris, lienis, & vteri frigidis confert. Compositionis author est Mesue.

AMYGDALINVM.

Duplici ratione conficitur, nempe ex dulcibus & amaris amygdalis. Quod è dulcibus fit, ea quæ exasperata sunt, lenit, emollit, & hu mectat. Eius compositionem habet Mesue. Quod verò ex amaris conficitur, aduersus vteri inflationes, peruersiones, occlusionesve, item ad strangulatus eiusdem infusum, doloribus capitis instillatum, medetur. Auriũ gra uitatem, sonitus, stridores, & sibilos discutit. Renum vitio, & vrinx difficultate laborantibus, calculosis, viscerum tormentis, iecinorosis, suspiriosis, lienosis, sorptum subuenit. Næuos & maculas à facie tollit, & cutem erugat, oculorum abolet hebetudinem, manantia denique capitis vlcera, furfurésque cū vino detergit.

BALANINVM.

Nostri oleum è ben appellant. Repurgat *Oleum è ben.* maculas, varos, lentigines, cicatricum nigritias, fucos, aluum soluit, sed ventriculo aduersatur, dolores aurium emendat. Item si sonât

D ij

DE COMPOS. MEDIC.

ares, vel strepitum, aut sibilum edunt, cum adipe infusum auxiliatur. Cōpositionem docet Paulus & Aētuarius.

LAVRINVM.

Excalfacit vehementer & emollit, ita vt ij qui scabie scitent, & asperis impetiginibus obsidentur, illiti in balneo perfanentur. Sed co cōuenit abstinere lichenibus & pforis inflammationem minātibus, in calidis quoque temperaturis & biliosis. Siquidē frigidis corporibus, humidis & pituitosis congruit. Item iis quorum articuli algoribus aut perfrictione affliguntur: & ischiadicis subsidio est: vermes & pediculos enecat. Furfures capitis emendat, alopecias & ophiasēs corrigit. Vtile præterea cunētis neruorum malis, aurium doloribus, & destillationib⁹. Compositio est apud Aētuarium.

RVTACEVM.

Calefacit & resiccat: quare destillationib⁹ auxiliatur: doloribus cum thoracis, tum reliquarum partium, quæ vim caloris desyderāt, remedio est. Humores siquidem crassos extenuat, obstructionēsq̄ tollit. Compositio petenda ab Aētuario.

MASTICHINVM.

Leuiter calfacit, sed plus adstringit: coeliacis, stomachicis, dysentericisq̄ habetur salutare. Vitia quæ sunt in facie, illitum delet, & colorem cutis commendat. Compositio docent

docent Actuarius & Paulus.

ABSINTHINVM.

Calefacit ac roborat ea quæ sunt refrigera-
ta, potissimum verò ventriculum. Excitat ap-
petentiam, obstructions auferit, lubricosque
enecat. Compositio est apud Mesuen.

LEVCOTINVM.

Barbari oleum è cheiri vocant. Dolores *Oleum cheiri.*
neruorum, aliarumque partium corporis mi-
tigat, eaque quæ in thorace, renibus & vesica
sunt, discutit. Compositionem habet Mesue.

MENTHACEVM.

Ventriculum refrigeratum & imbecillum
calefacit, firmat, nauseam vomitumque repri-
mit, appetentiam excitat, coctionemque iuuat.
Compositionem docet Mesue.

NARDINVM.

Omnibus morbis frigidis & à flatuum co-
pia excitatis prodest, dolori item capitis, &
hemieraniæ. Compositio est apud Mesuen.

COSTINVM.

Calefacit ac roborat neruos, vetriculo &
iecinori prodest, capillos fouet, canitiemque
remoratur, colorem denique & odorem cor-
poris bonum efficit. Compositionem tradit
Mesue.

EVPHORBINVM.

Mirificè capitis & neruorum morbis frigi-
dis succurrit. vehementer enim calefacit &
exiccat. Author eius compositionis Mesue.

DD iij

DE COMPOS. MEDIC.

VULPINVM.

Morbis neruorum & articularū frigidis aduersatur, itēmq; renum & dorsi doloribus. Compositionem tradit Mesue.

RAPHANINVM.

Phthiriasis valetudine cōtraſtas finit, scabrities cutis in facie discutit. Compositionē habet Actuarius.

RICININVM.

Oleū ē che
rua.

Hodie oleum è cherua vocāt. Prodest psoriasis, vlceribus capitis erumpentibus, sedis inflammationibus, vuluis quæ occlusæ conuersæque strāgulant, cicatricibus scedis, aurium doloribus. Potu aluum ciet quæ aquis grauatur: lumbricos eiicit. Compositionem docēt Paulus & Actuarius.

OLEVM E SCORPIONIBVS.

Lapidem in renibus & vesica conterit iniectum, & extrinsecus illitum. Compositio est apud Mesuen.

E VITELLIS OVORVM.

Exterit faciei cutem, impetiginem sanat: fistulis, & prauis vlceribus, doloribus dentium & aurium succurrit. Compositionem requirē à Mesue.

E LATERIBVS.

Calefacit, discutit. Comitiali morbo, vertigini, obliuioni, resolutioni, dolori lienis, renum, vesicæ, & vteri, morbis neruorum à frigiditate excitatis, doloribus dorsi articularūque medetur; vrinam ciet. Compositionis

nis

nis author Mesue.

De Vnguentis.

VNGVENTVM AREGON.

Non arragon, vt barbari loquuntur, sed aregon, quasi iuuans, à verbo *ἀργον* quod adiuuo significat. Prodest malis corporis frigidis, cōuulsionibus, resolutionibus partium: item dolori colico, renum, articularumque. Compositio est apud Nicolaum.

Vnguentum aregon cur dictum.

MARCIATI.

Aduersus frigida corporis mala, resolutionem, coxendicem, nephritin, cōuulsionem, & id genus alia valet. Tumores reprimat, durities emollit, liuoremque cutis emendat. Compositio est apud Nicolaum.

AGRIPPÆ.

Hydropicis, omnibusque corporis œdematis succurrit. Neruorum mala sanat, urinam mouet, extrinsecus illitum vētrem subducit, dolorique renum vtile. Idem Nicolaus docet compositionem.

FLAVVM.

Nicolaus fuscū vocat. Sanādi vim habet & extrahendi. Actuarius compositionē tradit.

Vnguentum fuscum.

AEGYPTIACVM.

Confert ad vulnera antiqua, fistulasque extergit: carnis excrescentiæ medetur, vehementerque exiccat.

CERVSSATVM.

DD iiij

DE COMPOS. MEDIC.

Sic dictum quòd è cerussa fiat. Nostri albū cum cerussa nominant. Pollet aduersus vlcera, scabiem, & aduersionem. Cōpos. docet A-
tuario.

EX ALTHAEA.

Emolliendi vim habet, calefacit & hume-
stat. Eius compositionem tradit Nicolaus.

POPULEON.

Contra nimium calorem valet, & tempo-
ribus illitum somnum conciliat. Nicolaus au-
thor est compositionis.

CITRINVM.

Faciei maculas emendat, scabiem in qua-
cunq; corporis parte extiterit, cicatrices exte-
nuat, ruborem oculorum aufert, & ea quæ
aspera sunt leuigat. Compositio est apud Ni-
colaum.

De linimentis. CAP. II.

Linimentorū
Compositio.

Linimenta ex iisdem ferè rebus quibus vn-
guenta, cera duntaxat dempta, componū-
tur. Siquidem cum oleis aliisque liquoribus
in vnguentorum consistentiam, paulò tamè
molliorem ac liquidiorrem, coeunt: id quod
ex formulis abundè cognoscent studiosi, quæ
accipiunt

I.

Oleorum chamæmelini }
anethini } sing. 3. iij.
liliacei }
è semine lini. 3. ij.

Adipis

Adipis gallinæ } singulorum 3.j.
 Anatis }

Nigellæ } singu. 3.s.
 Seminū althææ }

Commistis omnibus formetur linimentum.

II.

Oleorum costini 3.r.

Vulpini }
 ex euphorbio } sing. 3.s.

Vini stillatij 3.j.s.

Succi verbasculi odorati }
 Saluæ } sing. 3.s.

Radicis acori 3.ij.

Strichadis 3.j.s.

Florum rosmarini .3.j.

Piperi }
 Pyrethri } sing. 3.ij.

Euphorbij 3.j.

Radicis pæoniæ }
 Hermodactylorum } sing. 3.s.

Tufis & cribratis speciebus fiat linimentum.

III.

Oleorum vulpini 3.j.

Costini }
 Amygdal. amararum } sing. 3.s.

Pinguedinis anatis }
 Anseris } singul. 3.j.s.
 Taxi }

Butyri recentis 3.s.

Stactæ 3.ij.

*Emplastra ut
componantur.*

Medicamenta quæ hodie emplastra dicuntur, ex herbis, floribus, radicibus, speciebus, oleis aut liquoribus commixtis vnâque coctis componuntur. Species non in tenuissimum pollinem, ut in vnguentis, rediguntur, sed leuiter contunduntur, atque ad eò in paulo crassiorum puluerem teruntur. Obseruant magna ex parte in componendis emplastris medici, ut iam commemoratarum rerum manus plenæ fasciculo ℥.j. aut ℥.j. S. oleorum, pinguedinum, liquorumq; adiiciant. Sunt qui hoc tempore cum vnguentis & cerotis emplastra confundant: ideo recte facerent medici, si in his omnibus componendis Græcorum præcepta sequerentur. Ex quibus verò medicamentis illi emplastra confecerint, copiose tradit Paulus lib. 7. cap. 18. vbi etiam varium eorundem vsum docet. Ex hoc igitur, qui volent, rectam componendi emplastrorum rationem discant: nos vsitatam tantum hodie formam monstrabimus, aliquot formulis productis, quæ accipiunt

I.

Maluæ }
Althææ } ℥.ij. M. j. S.

Florum

Florum chamæmeli }
 Meliloti } singul. M. j. s.

Radicis althææ ꝑ. s.

Contusa bulliant in aqua fontana donec in
 crassitudinem iustam coëant, dein adiectis

Oleorum chamæmelini ꝑ. j. s.

Liliacci ꝑ. ij.

Bulliant denuo, & informetur emplastrum.

II.

Florum verbasci }
 Anethi } singulorum M. j. s.
 Chamæmeli }

Seminum lini }
 Fœnigræci } singulorum ꝑ. ij.
 Meliloti }

Contusa ebulliant in aqua dum in mellis cras-
 situdinem coëant, postea additis

Oleorum anethini }
 Chamæmelini } singul. quod satis est,

Ebulliant iterum, singatúrque emplastrum.

Plures alias emplastrorum formulas stu-
 diosi è medendi ratione nostra petent.

Cæterùm composito emplastro proximū
 erit, vt linteolo illitum affectæ parti adhuc
 calidum admoueat. Reliquum est, vt em-
 plastrorum quæ in officinis composita habē-
 tur, nomina & facultates explicemus.

*Emplastrorū
 vsus.*

EMPLASTRUM DIACHYLON.

Hoc est, è succis. Pollet aduersus duritiem
*Diachylō bari
 bari vocant.*

DE COMPOS. MEDIC.

iecinoris potissimum & lienis: item tumores duros reliquarum partium corporis, & strumas discutit. Compositio est apud Paulum.

E MELILOTO.

Emollit omnem duritiem quæ in iecino-re, liene, & ventriculo existit. Dolorem item vehementer sedat, hypochondriâque tensa sanat. Compositionem docet Mesue.

OXYCROCEVM.

Prodest ossibus fractis, item partibus quæ dolore aliquo affliguntur: duritiem denique omnem emollit & discutit. Compositio traditur à Nicolao.

APOSTOLICVM.

Sic dictum est, quòd apostolis Petro & Paulo acceptum referatur. Valet ad dolores cervicis potissimum ac renum, sagittas ac furculos corpori infixos extrahit, vnde etiâ *in ierem. 46. v. 13.* dici potuit. Author compositionis Nicolaus.

De cataplasmatibus. CAP. IIII.

Cataplasma
quid.

Cataplasma pleriq; hodie cum emplastro confundunt: propriè tamen ea voce vten-tes medici vocant cataplasma quod è plan-tis viridibus contusis, vel iisdem ad mollitu-dinem vsque in aqua decoctis componitur. Eaque ratione ab emplastro, cui post ebullitionem herbarum factam oleum adii-citur, differt.

differt. Formulæ res ipsa certius deprehenduntur, quæ recipiunt

I.

Plantaginis vtriusque
 Polygoni
 Buriæ pastoris
 Numulariæ
 Saniculæ
 Consolidæ mediæ
 Contusis omnibus fingatur cataplasma.

II.

Radiciſ althææ ʒ. j.
 Maluæ
 Chamæmeli } ſingulorum M. j.
 Foliorum althææ } ſing. M. j.
 Violæ purpureæ }
 Seminis fœnigræci } ſing. ʒ. ij.
 Lini }

Bulliant in aqua donec molleſcãt, dein contundantur, & informetur cataplasma.

Cæterum cum variè uti liceat cataplasmatibus, calefacientia tamen & diſcutientia hypochondriis, niſi antea vacuato toto corpore, adhiberi minimè debent. Attrahit enim hæc ipſa inſtar cucurbitulæ totius corporis excrementa,

De ceratis. CAP. V.

Ceratum, quod à cera apud veteres nomẽ Ceratũ quid. habuit, hodie medicamentum eſt quod

DE COMPOS. MEDIC.

ex speciebus paulò crassioribus & oleis componitur, & cum cera aut resina terebinthina, aut utriusque simul, in solidiorem consistentiam coit. In eius compositione idem quod in vnguentis pondus nonnulli observant medici, ut scilicet vnciæ vni oleorum, drachma vna, aut 3. j. S. specierum respondeant. Effingunt quoque sic cerata, ut eorundem figura parti cui admouentur similis sit. Quod enim vetriculo adhibetur, scuti formam obtinere debet: quod iecinori apponitur, iecinoris: quod lieni, lienis. Acu etiam tranversim transmissa, quod barbari hodie medici vocant interpassare, consuuntur. Nunc formulis quæ diximus planiora reddemus, quæ accipiunt

*Ceratorum
compositio.*

Forma ceratorum.

Interpassare.

I.

Cinnamomi selecti	} singulorum 3. j.
Garyophyllorum	
Galangæ	} sing. 3. S.
Maceris	
Nucis moschatæ 3. ij.	
Calami odorati 3. j.	
Xyloaloës 3. j.	
Gallæ moschatæ	} singul. 3. S.
Balaustiorum	
Rosarum purpurearum 3. ij.	
Mastiches	} singul. 3. j.
Ladani	

Oleo-

Oleorum mastichini }
 Ementha } singul. ꝑ j. S.
 Rosacei ꝑ S.

Cum cera & resina terebinthina quod satis
 est informetur ceratum ventriculo adhiben-
 dum, & serico obducatur.

II.

Oleorum irini ꝑ j. S.

Liliacei }
 Nardini } singulorum ꝑ j.

Nucis moschatae }
 Radicis calami odorati } singulorum ꝑ j.
 Cinnamomi }

Artemisiæ }
 Abrotoni } ꝑ j. S.

Saluæ }
 Opopanacis } ꝑ j. j.
 Serapini }

Dissolutis gummis in vino, cum cera quod sa-
 tis est fingatur ceratum utro admouendum.

De dropace. CAPVT VI.

ET si dropacis hoc tempore nullus sit vsus,
 tamen cum veteres tum medici tum etiam
 poetæ huius crebro mentionem faciant, hu-
 ius compositionem breuiter docebimus. *Dropax vete-*
 Eisdem autem duplex fuit. Simplicissimus *ribus duplex.*
 ex sicca pice paucissimo oleo liquata consta- *Simplificis-*
 bat, quam calido adhuc toti corpori, aut cer- *mus.*

DE COMPOS. MEDI.

tis aliquando partibus, prius tamen derasis il-
linebant, ac ita agglutinari sinebant. Hunc
alio nomine *witulosus* græcè, picationem verò
latinè appellauerunt. Vñus huius in totius cor-
poris, aut eiusdem partium extenuatione e-
rat. Humeſtat enim, calefacit, ac ſanguinis co-
piam allicit, atque aded amiſſam carnem re-
parat, extenuatòſque reficit. Adhibebant etiã
iis qui crebrò vomebant, & qui cruditatem
patiebantur, atque affectus cœliacos. Cæte-
rùm dropacem hunc, antequam exactè frige-
ſcebat, auellebant, ac ſubinde igne ruruſus ca-
lefactum admouebant, & ſimiliter vt antea
priuſquam frigeſceret auellebant, atq; id ſub-
inde repetebant. Dropax autem compoſitus
medicamenti forma fuit, quæ interdum ad
emplaſtri, interdum ad malagmatiſ ſimilitu-
dinem præparabatur, calidaque illinebatur.
Materia verò ex qua componebatur, empla-
ſtris, vt diximus, & acopis confinis erat. Ca-
taplaſmatis verò vice in diuturnis malis adhi-
bebãt, & ante ſinapiſmum, de quo paulò pòſt
dicemus, vt corpus ad ſinapi præpararetur,
& poſt ſinapiſmum, vt affectus reliquias diſ-
cutteret. Quid ſi plura de dropacis ratione
ſcire deſyderas, lege quæ ſcribuntur à Paulo
libro ſeptimo capite decimo ſeptimo, & Aë-
tio libro tertio capite 190. vbi etiam formu-
las quãdam dropacis reperiẽs.

De ſinapiſmo. CAP. VII.

Sina-

witulosus.
Picatio.
Vñus picationis.

Compoſitus
dropax.
Materia.
Vñus.

Sinapismum veteres, Aëtio lib. 3. cap. 191. *Sinapismus*
 teste, vocabât cataplasma ex sinapi. Eius *quid.*
 conficiendi is modus fuit. Caryceas pridie in *Compendi*
 aqua tepida macerabant, die proxima stre- *c. us ratio.*
 nue exprimentes valenter leuigabant, dein-
 de acre sinapi priuatim conterebant, atq; in-
 ter terendum dilutum carycarû affundentes,
 massamque facientes miscebant. Et si quidem
 vehementem sinapismum inducere volebât,
 partes duas sinapis cum vna carycarum tem-
 perabant: sin imbecillem, cōtrariò: si medio-
 crem, æquales vtriusq; portiones accipiebât.
 Imponitur autem sinapismus vbi ex alto ad
 superficiē extrahere volumus: ideòque alicui
 parti admotus, non amouetur, dum cutem
 exulcerat, aut eruento colore suffundat. Hinc
 est quòd hodie eiusmodi emplastra à nostris *Rubificantia*
 rubificantia vocentur. Vius sinapismi & ru- *em. lastra.*
 bificantium in diuturnis potissimum passio- *Sinapismi*
 nibus, vbi reliqua præsidia nõ suffecerint, effi- *usus.*
 caciissimus est. Maximè verò prodest capitis
 dolori, hemicranie, morbo comitiali, vertigi-
 nibus, insanie, capiti admotus. Thoraci autē
 in asthma, orthopnoea, tussi diuturna. Por-
 rò in destillatione & caput & thorax sinapi-
 smo illinendus. Stomachus etiam & ventricu-
 lus in longis ipsorum malis sinapismo obdu-
 cuntur. Conueniens quoque præsidium ischia-
 dicis, podagricis, & omni parti resolutæ, aut
 alio quodam modo sic refrigeratæ, vt diffi-

EE

*Modus affio-
nis sinapismi.*

culter calefieri queat. Præterea in acutis pas-
sionib⁹, ut pote lethargo, cataphora, & cato-
cho, sinapismus inducitur, initio quidem eru-
ribus: vbi verò materia radices egerit ac fir-
mabitur, capiti. Cæterū modus actionis me-
dicamenti aliquis esto: quare tunc profecisse
satis id putato, vbi dolor subsecutus fuerit ve-
hemens, & caro liuidior altiôrque euaserit,
& postquam ablutum fuerit, pustulæ mitius
eruperint. Quod si etiam sensus perierit, ani-
mum adhibere oportet, parte quam oblietis
sæpius detecta: quia si vel immodicè aduran-
tur ita affecti, tamen non sentiunt. Porrò si
dolor vehemens ruborq; accesserit, & pustu-
læ, linteolum succo maluæ aut fœnigræci cū
rosaceo madefactum imponemus. Dein ro-
saceo cerato cum cerussa vtemur. In his au-
tem, tum in cartilaginosis, tum locis excar-
nibus, vitari debet sinapismus. Ulcera enim
efferruntur, nimiâque acrimonia exacerbantur:
partes verò carnis vacuæ si obducantur
sinapismo, vruntur, interdum etiam ni-
grescunt. Nunc formulam emplastri rubificã-
tis subiiciemus, quæ accipit

Olei costini ʒ. j.

E castorio }
Euphorbio } singulorum ʒ. ij. S
Sinapis ʒ. ij.
Castorei ʒ. j.

Sagape-

Sagapeni 3. j. s.

Euphorbij 3. j.

Aceti 3. j. s.

Cum cera quod satis est ad emplastri confitentiam coeant.

De epithematis. CAP. VIII.

Epithemata veteribus, Paulo libro 7. cap. *Epithemata* 18. teste, proprie vocabantur malagmata *proprie.* quæ mediis corporis partibus, ventriculo verbi gratia, iecinori, lieni, & eiusmodi admovebantur. Generatim tamen quæ aliis etiam *Epithemata generatim.* imponebantur partibus, epithemata nuncupabantur. Hodie epithemata, diuersa quam *Epithematū componendi ratio v̄sitata.* olim ratione, è stillatitiis liquoribus, adiectis speciebus aliquot, componuntur. Sic autem ea magna ex parte miscent, vt libræ vini liquorum, 3. j. s. aut duæ specierum respondeant. Rarò aliis, præter iecur & cor, partibus adhibent hodie epithemata. His quæ cordi *Epithemata cordis.* admouentur, aliquid vini optimi & croci miscent: iis verò quæ iecinori, aceti parum, vt nimirù ad iecur ac corporis interiora vim medicamentorum deducant. Modum verò in *Modus miscendorum epithematum.* illis miscendis eum seruant, vt libræ liquorū vnciam vnā vini, & aceti semunciam adii-ciant. E croco sat erit aliquot grana permiscere. Ceterùm qui rectè vti epithematibus, iis quæ ventriculo & iecinori admouentur voluerit,

EE ij

DE COMPOS. MEDIC.

is nunquam non adstringentia illis misceat
 medicamenta, quæ robur aliquod partibus
 istis addant. Sine enim iis vitæ aliquod diseri-
 men intulerit, cum illa communia sint alimē-
 ti instrumēta. Quamobrem eiusmodi medi-
 camenta ex aromatis potissimum conficiun-
 tur. Nunc epithematū aliquot formulas sub-
 iiciemus, quæ accipiunt

I.

Liquoris stillatitij buglosi }
 Rosarum } sing. ʒ. iij. S.
 Melissophylli }

Oxalidis ʒ. j. S.

Specierum antidoti è gemmis ʒ. j.

Ligni aloës

Ramentorum eboris }
 Corticum mali citrij } sing. ʒ. S.

Osis cordis ceruini }

Vini optimi ʒ. j.

Croci gr. vj.

Commistis omnibus fiat epithema.

II.

Liquoris stillatitij intybi vtriusq; }
 Cichorij } sing. ʒ. ij.
 Lactuæ }
 Absinthij }

Liquoris stillatitij oxalidis ʒ. ij.

Solani ʒ. j.

Aceti ʒ. S.

Specierum antidoti diarhodôn Abbatis ʒ. j.

Dia.

Diatrionfantalon ꝑ. j.

Santalorum rub. ꝑ. S.

Mistis omnibus formetur epithema.

Vsus epithematum is est. Calefacta primū ^{Vsus epithema-} _{matum.} vbi fuerint, in iis panni lanei intinguntur, ac madefacti, subide leniter expressi, loco toties ad mouētur, quoties necessitas ipsa requiret.

De embrochis. CAP. IX.

E^{μβροχῆ} vox Latinis irrigationem sonat: est ^{μβροχῆ} que propriè vbi ex alto pluuiæ instar in partem aliquam fit destillatio: à verbo βροχω, βροχω. quod pluo ac irrigo significat. Vtimur iis in capitis malis, aliarumque partium fracturis & contusionibus. Componuntur embrochæ ex herbis, radicibus, seminibus, floribus, & id genus aliis decoctis in aqua aut vino. Adiiciunt autem magna ex parte ad M. ij. plātatarum, liquorum libram vnā, atque quoad medietas absūmatur, decoquunt. Vsus decocti esse debet dum adhuc calet. Formulæ aliquot propositis res tota planior fiet.

I.

Betonicæ	}	singulorum M.S.
Chamemeli		
Maioranæ		
Serpylli		
Lauandulæ	}	singulorum M.S.
Origani		
Calaminthæ		
Hyssopti		

EE iij

DE COMPOS. MEDIC.

Coquantur in libris duabus aque fontanę do-
nec dimidium absumatur, fiatque embrocha.

II.

Foliorum salicis M. j.
 Florum nymphę
 violarum } singulorum M. s.
 Rosarum }
 Seminum lactuę
 Portulacę } singulorum 3. j.
 Cucurbitę }
 Corticum papaueris 3. s.
 Bulliant in ꝑ. j. S. aquę fontanę ad tertias,
 fiatque embrocha.

De fomentis. C A P. X.

Fomenta.

duplia.

Arida.

Humida.

FOmenta à fouendo dicta sunt, quòd scilicet suo calore partes corporis quibus applicantur foueant. Gręci *διϋίνα* uel *νεϋ* *τροϋία* vocant. Sunt autem duplicia, humida nimirũ & arida, Hippocrate lib. 2. de victu acut mor. teste. Cęterũ arida nihil ferẽ à sacculis, de quibus capite sequenti dicemus, distant. Humida verò, de quibus hoc capite agimus, in vtre, vesica, vel vasculo æreo, aut testaceo, item etiam spongia admouentur. Cutim autem ra refacere & transpirabilem reddere fomenta solent: sanguinẽq; qui est in inflãmationibus attenuare, & per halitum digerere. Ante tamen

tamen corporis vacuationem non sunt temere adhibenda. tunc enim plus humorum ad calesactam partem trahetur, quam id sit quod discutitur. Humidorum nunc fomentorum formulas unam atque alteram subiiciemus, quae recipiunt

I.

Maluae M. j.

Florum anethi

Chamaemeli

Meliloti

Seminum lini

Foenigræci

} sing. M. s.

} sing. 3. iij.

Coquantur in lib. ij. aquae fontanae dum medietas relinquatur, & dein aliquo praedictorum modorum adhibeatur.

II.

Centaurij minoris

Hemionitidis

Rutae M. s. Corricum radice capparis 3. iij.

Seminis lini 3. s. Radicis althaeae 3. j.

Decoquantur in aqua & aceto iustae quantitates, & ubi ad tertias decocta fuerint, spongia in iure decocti madefacta applicentur.

De sacculis.

CAP. XI.

Quae veteribus arida dicebantur fometa, *Sacculi.* haec hodie medicamenta sacculi nominantur. nihil enim aut parum differre videtur.

EE iij

DE COMPOS. MEDIC.

Componendi
sacc. orũ ta-
sto.

Sacculi quibus
partibus ad-
hibentur.

Componuntur è radicibus, herbis, floribus, feminibus, & id genus aliis medicamentis. Radices & herbe conciduntur, aut leuiter cõtunduntur, perinde atque semina. Adhibentur magna ex parte capiti, cordi, ventriculo, iecinori, lieni, & vtero. Ideoque & compositio & forma eorundem iuxta partis laborãtis morbum, situm & figuram variantur. Capiti enim, quod ad figuram attinet, qui admoventur, oblõgi esse, aut triã formam obtinere debent: qui ventriculo, scuti ferè effigiem referant: qui verò cordi, iecori, lieni, & vtero applicantur, hi partium quoque iam distarum formam imitentur. Qui capiti & cordi imponuntur, serico: reliqui verò linteolo obducuntur. Nunc formulas aliquot recitabimus, quæ accipiant

I.

Florum rosmarini	} sing. M. j. S.
Lauandulæ	
Chamæmeli	} sing M. j. S.
Betonicæ	
Rosarum purpurearum	
Saluiz	} singulorum M. S.
Maioranæ	
Serpylli syluestris	
Meliloti	
Folliculorum senæ 3. ij.	
Stichadis 3. iij.	

Garyo-

Garyophyllorum }
 Nucis moschatæ } sing. ʒ. ij.
 Maceris }
 Contusa in sericū demittatur, formeturque
 sacculus tiaræ formam exprimens.

II.

Florum buglosi }
 cirlij }
 rosarum } sing. M. j.
 melislophylli }
 Cinnamomi electi }
 Garyophyllorum } sing. ʒ. ʒ.
 Maceris }
 Ligni aloës. ʒ. j.
 Corticum mali citrij }
 Specierum diambar } sing. ʒ. ʒ.
 Olsis cordis ceruini. ʒ. S.
 Croci. ʒ. j.
 Contritis omnibus fiat è serico sacculus cor-
 di admouendus.

III.

Florum chamæmeli }
 meliloti } sing. M. S.
 anethi }
 Seminū lini }
 fœnigræci } sing. ʒ. ij.
 althææ }

Origani
 Abrotoni
 Menthæ siccæ } sing. M. ij.
 Calaminthæ
 Rutæ hortenſis }

Contuſa in linteolum demittantur, fiatque ſacculus.

*Vſus ſacculo-
rum*

Cæterum ſacculi ſemper acu tranſuerſim miſſa conſuuntur, ne ſcilicet ea ex quibus conſtant in vnam omnia partem labantur ac declinent. Vt plurimum etiam antequam adhibentur, lapidi ab igne excalefacto imponuntur, ac vino aut aceto irrigantur, ac ſubinde contracto calore partibus laborantibus admouentur.

De inſeſionibus. CAP. XII.

*Inſeſio.
ἐνδύσιον.*

Qvod Latini inſeſſum aut inſeſionē, hoc Græci ἐνδύσιον nominant. neque enim aliud eſt quàm decoctum ex herbis, radicib⁹, aliisque eius generis medicamentis conſtans, cui æger inſidet. Inſeſionū vſus ob balneorum defectum, aut ægri imbecillitatem eſt. His autem potiſſimum vtimur in renum, veſicæ, coli, ani, & vteri malis. Variantur medicamenta pro morbi diuerſitate, vt è formulis patebit. Dum inſeſionis vſus eſt, caput operiri debet, ne repleatur. Iam formulas aliquot ſubiiciemus, quæ accipiunt

*Inſeſionū v-
ſus.*

I.

Saxifragæ
 Oenanthes
 Helixines
 Maluæ
 Althææ

} sing. M. j.

Cicerum rub. 3. ij.

Seminum petroselini

} sing. 3. j. S.

lini
 feniculi

Coquantur singula in aqua iustæ quantitatis
 ad tertias pro infesione.

II.

Artemisiæ

Saluæ

Betonicæ

Calaminthæ

Origani

Pulegij

Chamæmeli

Mchloti

Hyperici

Abrotoni

Radicum iridis

petroselini

} sing. 3. j

Coquantur pro infessu.

III.

Plantaginis

Polygoni

Rubi

} sing. M. j. S.

Corticum mali granati. 3 iij.

Bursæ pastoris }
Equiseti } sing. M. j.

Radiciſſymphyti maioris. 3. S.

Balaustiorum. 3. j.

Coquantur omnia in tribus aquæ pluuialis partibus, & quarta vini nigri adstringētis pro infessu.

Haftenus quambreuiſſimè potuimus vſitam huius temporis componendorum medicamentorum rationem tribus libris perſtriximus, hoc potiffimum nomine, vt studiosis medicinæ prodeſſemus, & vt anſam quibusdam latinis tractâdi hanc rem præberemus, & vt ad veterem aliquando miſcèdorum medicamentorum rationē, quæ in plerisque ab ea qua hodie vtimur diuerſa eſt, noſtri temporis medici hinc ferè ſumpta occasione reſpicerent. Precamur itaque Deum, vt is noſter labor quamplurimis vſui eſſe poſſit, qui vnicus nobis in omnibus noſtris vigilis ſcopus eſſe ſolet.

F I N I S.

INDEX ALPHABETI- CVS IN COMPENDIVM ARTIS

*medica Leonharti Fuschij, & tres
eiusdem libros de vsitata hu-
ius temporis compositione
medicamentorum.*

A bdominis musculi octo.		Acorus conditus.	359.b
56.a		Acria.	33.b.257.b
Abrotonum.	240.b	Acro Agrigentinus.	12.a
Abscessus.	184.b	Actio quid	82.a
Abscessuum notæ.	208.a	Actio in corpore nostro duplex.	
Absinthium ponticum.	240.b	82.b	
Abstinentia, quæ	140.a	Actio lesa partem laborantem	
Acacia officinarum.	259.a	prodit.	86.a
Acanthus.	240.b	Actio princeps, eiusque species.	
Accessio.	195.b	83.b. & dein.	
in Accessionum principiis haud		Actiones corporis à medico con-	
dormiendum.	105.a	siderandæ.	86.a
in Accessionibus morborum à		Actiones humane liberae & a-	
cibo abstinentium.	97.a	nimales.	82.b. & 83.a
Acerba.	33.a	Actiones vitales sunt natura-	
Acetabulum.	71.a 240.b	les.	85.a
Acetosa.	244.a.253.a	Actiue artes.	7.a
Acetositas nitri.	265.b	Actu esse, potestate esse.	37.a
actus.	169.b	Acutus morbus, exquisitè per-	
actus.	165.a	acutus, non exquisitè per-	
Acida.	33.a	acutus. & c.	158.a

I N D E X

garicum.	318.a.b. & dein.	ἀλφαίτων.	187.a
ἀγυβλίγαρος.	171.a	ἀλφίς.	ibidem.a
ἀγυβύλαδος.	174.b	alteratrix facultas.	81.b
ἀγυβύλωσις.	171.a	alumen.	282.b. & dein.
ἀγχιλωψ.	170.b	alui deiectionis signa.	207.b
aggregatiua.	354.b	amara.	33.a
ἀγυβύ.	49.b	amatorius furor.	168.a
agnus castus.	241.a	ambar.	296.b
agrimonia.	243.a	ambiens temperatus.	23.b
ἀγυβύψ.	170.a	ἀμβλυωσία.	158.b
ἀμμοπασις.	175.a	ambra citrima.	274.b
ἀμμοβόγια.	172.b	ambra grysea.	296.b
ἀμμοβόγισ.	178.b	ambustus medentia.	310.b
ἀιδωτά σιχηρία.	44.b	ἀνάβασις.	195.b
ἀιδωτικύ.	83.b	ἀνάβατινύ.	160.a
ἀιτιολογικύ.	13.a	anacardium.	254.b
ἀιμύ.	29.b	ἀνασάρκα.	180.a
ἀιμύχερ.	49.b	ἀνδρία.	30.a
ἀιμύροδών.	188.b	angina.	174.a
ἀιμύριον.	49.a	in anglico sudore curando me-	
ale & pedes cantharidū male-		dicorum inficitia.	13.b
ficio aduersantur.	279.b	angulorum oculi mala.	170.a
alboras.	187.a	ἀμυία.	71.b
album corallium.	294.b	ἀμύρωσις.	171.b
album græcum.	281.b	ἀμύβηλησποειδής tunica.	78.a
alchechengi.	243.b	anhelosi.	175.a
alcola.	173.b	anethum siluestre.	263.b
alephangina.	354.b	ἀνώρισμα.	189.b
ἀλιξίφαρμακον.	310.a	Animal quando se optimè ha-	
ἀλιξίθηρα.	ibidem a	bet.	22.b
ἀλλαντοειδής.	71.b	ad animi deliquium quādo mit-	
ἀλλαντων facultas.	85.b	tendus	
aloe.	315.a		
alopecia.	165.a		

ALPHABETICVS.

tendus sanguis.	109.b	tes.	328.a
Animi perturbationum confideratio.	148.a	Antidoti uaria.	344. & dein.
Animalia. & eorum partes.		antidotorum commiscendorum ratio.	346.a. & dein. 347.
279.a		a.b	
Animalis actio trifariâ distinguitur.	83.b	antidotorum compositionis ratio.	343.a
Animalis facultas.	81.a	antidotorum differentia tres.	328.a
Animalis spiritus generatio.		antidotorum usus.	330.a.b.
75.a. & 77.b		ἀντισημίων.	51.a
Animantium corpora non ex qualitatibus duntaxat elementorum nascuntur.	19.b	antimonium.	293.b
ἀνισοταξίς.	228.b	ἀντισημίων.	115.a
Annularis digitus.	50.a	anus.	63.b
ἀνυδύρα.	310.a. 332.b	aorta.	74.a
ἀνοργήσια.	176.a	ἀπείθεια.	176.b
Anthera.	253.b	aphonitrum & aphronitrum nihil distant.	287.a
Anthos.	248.a. 250.b	ἄφρονες.	227.a
ἀνθραξ.	183.b	apium officinarum.	243.a
ἀντιαιδία.	72.b. 173.b	ἀπλάμυρεια.	44.b
ἀντιχέρσ.	50.a	ἀπεδυστήριον.	136.b
Antidoti dolorem sedantes.		apophlegmatismi.	143.a
332.b		386.b	
Antidota liquida purgantia.		aphronitrum.	285.b. & dein.
344.a		286.a	
Antidota purgantia solida.		ἄφθαι.	173.b
348.b		apollo medicinae inuentor	1.b
Antidota roborantia.	337.a	apollonij medici.	12.a
antidoti letatibus aduersan-		ἀποπαθήσια.	167.a

INDEX

αἰμαθουμιμα.	185.a.199.a	Arteria canam uenam conscen-		
αἰμοστι.	176.a	dens.	75.a	
αἰωσμουα.	184.b	Arteria magna.	74.a	
Apostolicum unguetum.	398.b	Arteria soporalis.	74.b	
αἰωσμουα.	184.b	arteria uenosa.	ibidem.a	
Apperentia canina.	176.b	arteriarum temperamentum.	21.b	
Apothetrapia.	101.b	artes factiuae triplices.	7.a	
Apulcius.	14.b	artium quatuor potiora gene-	ra.	7.a
αἰωυριξια.	161.a.196.a	Arthritica catapotia.	353.b	
Aqua destillata.	266.a	αἰσπιτι.	182.b	
Aqua inter cutē species.	179.b	articulorum uitia.	182.b	
Aquila lapis.	294.a	artus iuuantia.	303.b	
Arabes quatenus legendi.	14.b	αἰριταυα.	52.a	
234.a		arythmus pulsus.	227.b	
Arabum error.	274.b	asa dulcis. 267.a. fatida. ibi.		
Arabista impostores notantur.		αἰουκιδε.	178.b	
324.a		ascites.	179.b	
αἰρανοσδε tunica.	78.a	asclites.	180.a	
Arantia mala.	255.b	asphalathus.	277.a	
Ardens febris perniciosa.	162.a	aspera arteria.	72.b	
Aregum unguentum.	396.a	asperae arteriae capitis.	51.b	
αἰρυα.	169.b	αἰραγαια.	51.a	
Argentum niuum.	284.b	astrologiam contemnat medi-		
aristoteles reprehensus.	102.a	cus.	91.a	
Aristotelis locus enucleatus.		astrologorū de indicatoriis die-		
123.a		bus cōmēta fugiēda.	201.a	
Armenius lapis.	321.a	astronomiae peritus sit medicus.		
Armoniacum.	267.b		91.a	
Aromatica rosata.	340.a			
Arsenicum.	282.a			
αἰριγια.	72.a			

athanasia

ALPHABETICVS.

athanasia.	334.b	αθηναϊσμός.	ibidem. b.
άθηνα.	185.a	autumni cibi.	98.b
atheroma.	185.a	autumni temperamētum.	28.a
αθηρομα.	227.a	αυθιμος.	195.b
attonitus morbus.	167.a	axillaris uenæ series.	66.a
atra bilis naturalis.	40.a	αχαιαρθ.	354.b
attractrix facultas.	81.b		
atramentum sutorum.	283.b	B	
ατρομη.	168.a	B Adenia Helueticorum.	134.b
attrahentia.	305.a	βαλαστίου.	136.b
attrita.	190.b	βαλανος.	70.a
auctio.	85.b	Balanstium.	248.a
auctrix facultas.	82.a	Balbi.	175.a
audicus instrumentum.	47.a	Balla marina.	297.b
auerros cōtra auicennā.	121.b	Balneum ex herbis, discutiens.	
auerros notatur.	24.a		138.a
augmentī cognitio unde.	196.b	Balneorum germanicorum ra-	
auicēna erratū. 8.a. 40.a. 121.		tio.	137.a
a. 153.b		Balneorum naturalium consi-	
aurea alexandri.	330.a	deratio 133.a.b. & dein.	
aurea catapotia.	353.a	artificialium.	136.b
aureum malum.	255.b	Balsamita.	246.a
aureus.	326.b	Bardana.	245.b
aurigo.	179.b	Basilicon.	ibidem. a. 253.a
auripigmentum.	282.a	βατραχος.	173.b
auris carulago. 51.b. n. asl. ibidē		Baurach Aphricum.	286.b
auris uitia. 172.a & dein.		Behica.	355.b
auricule cordis.	73.b	Bedeguard.	247.a
austera.	33.a	Behen.	261.a b
αυστηρα.	9.a	Belennites lapis.	295.a
		Beletzici myrobolani.	313.b

FF

INDEX

Belzoe.	267.a	Bis malua.	241.a
Belzuin.	ibidem.a	Bisforta.	261.a
Ben.	255.a	Blæsi.	174.b
Benedicta.	263.b	Blutton byzantium.	278.b
Benedicta laxatiua.	345.a	Βλῆσα.	39.b
Berberis.	256.a	Βλῆσαγα.	51.b
Berberorum succus.	266.a	Blitū & beta differunt.	242.a
Beronica.	248.a	βλαυδς.	349.a
Biliosi.	38.a	Bolus armenius.	296.a
Bilis generatio. 39 b. eiusdem		Bolus purgatorius.	349.a.b
sedes. ibidem. usus. ibidem.		Bombacium.	254.a
Bilis atra, frigida & sicca.		βόμβιον.	169.b
37.a		Borax.	284.b
Bilis atra non naturalis species		Borraigo.	242.a
una.	41.b	βουβών.	183.b
Bilis flaua unde dicta.	39.b	βουβωνοίδια.	181.b
Bilis flaua amara, atra acerba.		βουβωνος.	176.b
37.b		Brachiale.	49.b
Bilis flaua, calida & sicca.		Brachiale agentes musculi octo.	
37.a		57.a	
Bilis flaua nõ requirit ut cras-		Brachium.	49.a
sior euadat ut excernatur.		Brachiū mouētes musculi qua-	
123.a		tuordecim.	54.b
Bilis flaua quam concoctionem		βραχιονοίδια.	176.b
exigit.	123.a.b	Branca ursina.	240.b
Bilis flauæ nõ naturalis species		βράχος.	168.a
quinque.	41.b	βρίχο.	403.a
Bilem nigram purgantia cata-		βρίχια.	46.a
potia.	354.a	Bresilium.	277.a
Bilis uestica.	64.a	βρίχος.	72.a
		Bruscus.	253.b. 264.b
		Bryonia	

ALPHABETICVS.

Bryonia.	265.a	Canina appetentia.	176.4
Bubulam carnem aliqui facili ^o quàm pisces saxatiles cur cõ coquant.	38.a	Canini dentes.	48.a
Bucca.	53.a	Cantharides.	279.a
Buccæa.	349.b	Caphura.	271.a
Buccarum, labrorum & nasi alarum muscoli duodecim.	53.a	Capilli in urinis.	221.a
Bulle in urinis.	221.b	Capillus ueneris.	241.a
Bursa pastoris.	242.a	Capison.	251.b
C		Caput iuuanta.	302.a
CAECitudo nocturna	168.b	Caput mouentes muscoli qua- tuordecim.	54.a
Cæcum intest.	63.a	Capitis humani ossa.	46.a
Cadmia.	283.a	Capitis suturæ. 46.b. & dem.	
Calamus odoratus.	262.a	Caput purgia.	385.a.b
Calcis os.	51.a	Carbunculus.	183.b
Calefacientia stupefacientibus miscenda.	333.b	Cardapatium.	262.a
Calida natura quæ.	94.b	Cardia.	73.a
Calidum, quid.	19.b	Carduus benedictus.	241.b
Calidum per exuperatiam ab- solute. 25. b. non absolute.		Carnabadium.	263.a
ibidem.		Caro amissa ut reparetur.	400.b
Calidi, frigidi, humidi & sicci acceptiones. 25.a. & 26.a		Carnis temperamentum.	32.a
Calli.	189.a	carnem generantia.	308.a
Callium.	42.b	carnea membrana.	52.b
Cancer.	185.b	cartilagine palpebræ.	51.b
Canella.	275.b	cartilaginum temperamentum	31.b
		carui.	251.b
		caruncule in urinis.	221.a
		castia nigra.	312.a
		castia officinarum spuria.	275.b

FF ij

INDEX

Castorium.	279.a	Cervicis uestica musculus unus.	
Casula.	73.a	58.b	
Cataplasmatum consideratio.		Cerumina.	172.b
398.b. & dein.		Cervix.	48.a
Catapotiorum consideratio.		Cervix uteri.	70.b
Catapotia. 353.a.b. & dein.		Ceterach.	241.b
356.b		κατάξιον.	171.a
Catapotia maior.	252.a	Chamaepitys.	241.a
Catapotia minor. 252.b. 320.		Charabem.	274.b
b. maior. ibidem.		χισυρνα.	189.b
Catarticum imperiale. 345.b		Cheiri.	250.a
Catholica antidotus. 345.a		χερσώνια ulcera.	190.a
Cauda equina. 243.a		χέμουσις.	169.a
Cauæ uenæ infra iecur consistētis series.	67.a	Cherna.	252.a
Caulis.	242.a. 251.a	Chiron centaurus.	2.a
Causa continēs quid. 152.b. &		Chirurgia inuentio.	2.b
153.a.b		Chirurgica.	16.b
Cause conseruatrices. 88.b		χόλωνα.	77.b
Cause morborum. 152.a.b		χολιδίς.	185.b
Centaurium unde dicta. 2.a		χολίγα.	177.a
Cephalica uena. 65.b		χέρσος.	178.a
Cepuli myrobalani. 313.a b		χρσοειδής.	76.a
Cera uirginea. 267.a		Chrysippus medicus.	3.b
Ceratorum consideratio. 399.		Cibandi consilia unde petātur.	
a.b		92.b. 198.a.	
Cerebrum.	75.b	Cibi & potus consideratio.	
Cerebellum.	ibidem.b	91.b	
cerebri uentriculi tres. 76.a		Cibi mensura. 91.b. qualitas	
Cerefolium. 243.b. 252.b		94.a	
		Cibi etatibus cōueniētes. 98.b	
		Cibi	

ALPHABETICVS.

Cibi consueti.	94.b	a. & dein.	3
Cibi delectantes sint.	96.a	Colocynthis.	319.a
Cibi temporibus anni cōgruētes.	97.b	Colophoniam resina.	273.a.b. &
Cibi ualentiores.	103.a		274.a
imbecilliores.	ibidem.	color temperamentum indicat.	
Ciborum sumēdorum tempus,			32.a
ordo.	95.b	Coloris contētōrū in urina con-	
Cicatricem inducentia.	308.a	sideratio.	211.b. 219.a.b
Cichorium.	244.a	Colum intestinum.	63.b
Cinnabrium.	284.b	Comitalis morbus.	166.b
Cinnamomū, uera castia.	275.b	Communis uena.	66.b. 114.a
Cinnamomo uero destituta of-		Communia Rusi.	355.b
ficina.	276.a	Communitas.	10.b.
Citonia.	255.b	Communitatū repertor.	12.a
Citria condita.	359.b	complicatio.	163.a
Clauicula.	49.a	Compositarum febrium ratio.	
Clauus.	189.a	ibidem.a	
Chysterum consideratio.	376.b	Composita medicamenta quæ.	
& dein.			323.b. & dein.
Cnicum.	315.b	Compositorum medicamento-	
Coccias aut cochia.	353.b	rum usus necessarius.	15.a
Coccyx os.	48.b	Concausa.	154.a
Coccum gnidium.	247.b	Concoctio quid.	119.a
Cocta, quæ.	123.b	duplex est.	ibidem.b
Cælij erratum.	147.a	Concoctio deprauata.	176.b.
Cogitatio diuorū.	84.a	tarda. ibidem.	
Coitus usus.	145.b. & dein	Cōcoctio partim naturalis, par-	
Collisio.	157.b	tim præter naturam.	123.b
Collhyriorum cōsideratio.	379.	Conditorum consideratio.	358.
		a.b	

INDEX

coñfectiones magna.	328.a	cor somni causa non est.	102.a
confusio.	163.a	cor iuuantia.	302.b
congelatio.	166.a	cordis auricule, sinus, uasa.	
consistentia urinae.	213.b	73.b	
consolida maior.	264.b	cordis os.	49.a
consuetudo, altera natura.	94.	cordis temperamentum.	32.a
b. in fl. &	112.b	cornæ uitia.	169.a
consuetudines quando mutan-		cornua uteri muliebris.	70.b
dæ.	95.a.b	corona in urinis.	221.b. &
à consuetis non temere arcendi		222.a.b	
agri.	95.a	cornarius taxatur.	256.b. &
contemperantia.	323.a	dein. 275.a. 288.a. 289.a	
contemplabiles dies.	200.a	corrigiola.	246.a
contemplatoriae artes	7.a	coricum consideratio.	275.b
contenta in urina.	217.a.b. &	costæ.	48.b
dein. &	218.b	cotonea condita.	359.a
continens causa morbifica nul-		cotula fetida.	245.b
la.	152.b	corula non fetida.	242.a
continens febris.	159.b	cotum.	254.a
continuae febres idem genus cũ		coxa.	50.b
intermittentibus habet	160.b	coxendix.	182.b
contusio.	189.b	crapula quorundam notatur.	
conuoluuus.	178.a	96.b	
conuulsio	157.b. 167.a.b	crassula.	240.b
copi erratum.	45.a	crisis quid, eiusque differentie.	
cor.	73.a	193.b	
cor, & ipsius functionibus mi-		cruda, quæ.	119.b. 123.b
nistrantia instrumenta.		cruditatis & coctionis signa.	
72.a		198.b	
cor, os uentriculi.	207.a	crudus humor.	41.a. 108.b
		crudi	

ALPHABETICVS.

crudi humores non purgandi.	197. a	in Declinatione nullus unquam
118 b. & 119. b		mortuus est. <i>ibidem.</i> b
cruditas.	176. b	Decoctorum consideratio. 367.
crustas efficientia.	307. b	b. & dein.
crystallinus humor.	79 a	Decretoriorum dierum ratio è
cubeba.	255 a	curfus lunari sumpta. 200. b
cubitus.	49 a	bis.
cubitum flectentes muscoli de-		Decubitus forma in somno.
cem.	56 a	104 a
cucuma.	262. b	Decubitus seu illapsus humorũ
cucurbitularum consideratio.		185. a
129. b & dein.		Deficiens febris. 161. a
cuniculosa ulcera.	190. b	Defraturum. 363. a
cupule glandium.	255. a	<i>δυστηρία.</i> 237. a b
curandi ratio. 232. a b. &		Dentifricia. 382. a. & dein.
dein.		Dentifricius apta sepiarum te-
cuscuta.	242. a	sta. 278. b
cutis, cuticula.	52 b	Densantia. 306. a
cyaneus.	249. a. 294 a	Dentium numerus. 47 b
cyaneus lapis.	321 b	Dentium vitia. 173. a
cyperus babilonicus.	263. a	Depascens ulcus. 190. a
		Deploreatis non sunt adhiben-
D		da remedia. 192. b
Dactyli.	256. a	<i>δυσία.</i> 52. b
Dactylorum ossa.	253. b	Destillatio. 168. a
Damascena pruna.	256. a	Destillati liquores. 266. a
<i>δαψίς.</i>	69. a	<i>διαβύτις.</i> 180 a
Dauc.	326. b	Diacalaminthes. 342. a
Declinatio morbi.	195. b	Diacartami. 346. a
Declinationis morbi indicia.		

FF iij

INDEX

Diacryon.	363.b	Diaprasij.	341.b
Diacaſtorij.	342.a	Diapylon.	398.a
Diacinnamomi.	340.b	Diarhodon abbatis.	338.b
Diacodion.	335.a	Diaria febris.	158.b
Diacomeron.	341.a	Diaria plurum dierum.	159.a
Diacoroneon.	342.b	διαρροια.	177.b
Diacuminon.	ibidem.a	διαρροια εις δρα.	180.b
Diacurcuma.	341.b	Diaſatyrion.	342.b
Diagalange.	340.a	διασατυρι.	225.a
Diagemma.	341.a	Diatragacanthos.	338.b
Diagridium.	267.b	Diatrion pipereon.	342.a
διαγριδιου.	13.b	Diatrion ſantaloni.	339.a
Diaireos.	ibidem.a	Diatritos.	97.b
Dialacha.	341.b	Diaturpeti.	348.b
διαλαχα.	196.a	Diaxyloaloes.	341.a
Dialibani.	334.b	διδυμοι.	68.b
Diambar.	339.b	Dies indices & decretorij.	
Diamanna.	344.b	201.b	
Diamargariton.	340.a	Dierum decretoriorum & in-	
Diamoron.	363.b	dicum explicatio.	199.b
Diamoschi.	339.b	Difficultas inteſtinorum.	
Dianacardon.	342.a	177.b	
Dianſon.	341.b	Digeſtio & euaporatio.	
Dianthon.	340.a	147.a	
Diapenidion.	339.a	Digitorum internæ cutis mu-	
Diaphænicon.	345.b	ſculus.	56.b
διαπενιδιον.	147.a	Digitorum oſſa. 49.b. nume-	
διαπενιστι.	ibidem.a	rus. 50.a	
διαπεπυριδι.	ibidem.a	Digitos manus mouentes mu-	
διαπεπυριδι.	56.a	ſculi uigintiocto.	57.a
διαπεπυριδι.	146.b	Dilutum	

ALPHABETICVS

Dilutum.	350.b. & dein.	Durities & mollities.	33.b
Diodes medicus.	3.b.	δυομνια.	172.a
διφλας.	180.b.	δυοωριπλα.	177.b
Discussio.	147.a	δυοσπλα.	180.b
Discussoria.	147.a.	δυοσπληα.	176.b
Discutientia.	305.b.	δυοσποια.	175.a
Disimilarium partium tempe- ramenta.	32.a.		
δισχιζαν.	171.b	E	
Diuulso.	157.b	H es.	172.a
Diuinus somnus noxius	103.b	Effusio.	189.b
Dolor bifariā usurpatur.	110.a	Egerere & mingere, corporis affectuum remedia.	83.a
Dolorem lenientia.	310.a	Egestionum consideratio.	223.b
Dolore sedātes antidoti.	332.b	& dein.	
in Doloribus uehementissimis sanguis ad animi deliquium mittendus.	109.b	εγγωνδισ.	170.b
δορναδισων.	228.b	εγνωνοισ.	155.b
Dormiendum non esse post pur- gationem.	348.a	εγνωνοισ τῶ σωμαχου.	176.a
Dorsum mouentes muscoli sede- cim.	54.a	εγναδισμα.	405.a
δορην.	184.b	ειλειδισ.	178.a
Drachma.	325.b	ειλιος.	ibidem.
Drangææ.	372.a	επρωπιδια.	306.b
δραγγ.	326.b	ερχουμα.	189.b
Dropax.	400.a.b	Eclegmatū consideratio	360.b
Dulcia.	33.a	& dein.	
Duodenum intestinum.	63.a	εμφοισ.	63.a
Dura mater.	75.b	εμφοισι.	168.b
		εμφοισιουρα.	307.a
		εμδωματα.	188.a
		εμδωπιου.	171.a
		Elaterium. 262.b. 265.b. 322.b	
		Electuaria.	337.a
		Elementum quid.	18.b
		Elementa quot.	19.a.b
		Elementi & principij differen-	

INDEX

tia.	21.a.b	ἰστρογονία.	181.b
Elementa animantium sanguine præditorum.	34.a	ἰσθλασις.	189.b
Elementa in animalis constitutione nõ manet pura.	20.a.b	Enula campana.	263.a.b
Elementa non sunt qualitates.	21.a	ἰσημερία febris.	158.b
		ἰσημερία.	165.b
		ἰσημία.	175.a
		Epilos.	101.b
Ἐπιλας.	186.a	ἰσημια.	191.a
Elephantia.	186.a	ἰσημιασις.	52.a
Electrum.	295.a	ἰσημιασμος.	69.a
Elefoph.	345.b	ἰσημιασμοί.	200.a
Elleborus.	320.b	ἰσημιασμοί.	52.b
Ἐπιτογοδία.	68.b	Episcopi.	345.b
Ἐπιτογοδία.	137.a	ἰσημιασμοί.	81.a
Emborisma.	189.b	Epithymum.	314.b
Ἐπιτογοδία.	403.a	Epicerastica.	323.a
Emollientia.	306.b. & 307.a	ἰσημιασμοί.	195.b
Empeltici myrobalani.	313.b	ἰσημιασμοί.	169.b
Emplastica.	306.a	ἰσημιασμοί.	323.a
Emplastrorum cõsideratio.	397.b	ἰσημιασμοί.	166.b
Emplastrum rubificantia.	401.a	ἰσημιασμοί.	51.a
Ἐπιτογοδία.	170.b. 185.a	Epinyctis.	170.b
Empirici μνημονωτικοί.	10.a	ἰσημιασμοί.	187.b
Ἐπιτογοδία.	167.b	ἰσημιασμοί.	168.b
Ἐπιτογοδία.	175.a	ἰσημιασμοί.	181.b
Ἐπιτογοδία.	ibid.b	ἰσημιασμοί tunica.	79.a
Emulgentes.	64.b	ἰσημιασμοί.	163.a
Ἐπιτογοδία in urina.	217.b	ἰσημιασμοί.	181.b
Endiuvia.	243.b	Epithematum cõsideratio.	401.a
Ἐπιτογοδία.	82.b	ἰσημιασμοί.	249.a

ALPHABETICVS.

Equitatio.	173.b	F aciei vitia.	173.a
Equitatio.	99.b	Factiue artes.	7.a
Epurinis furor.	168.a	Facultas.	80.b
Erratica febres.	162.b	Facultates animal gubernan-	
Esquæ.	143.a.385.a	tes.	80.b. & dein.
Erysipelas.	183.a.b	Facultates corpus nostrum gu-	
Esquisodius tunica.	68.b	bernantes à medico conser-	
Esquæ antidotus.	329.b	uandæ.	82.b
Esula.	247.b.265.a.362.b	Facultates cur à partibus no-	
Esquæ.	23.a.b	minatæ.	301.a
Esquæ.	ibidem.	Facultates secundæ & tertiæ	
Euphorbium.	321.a	quæ.	304.a
Eurythmus pulsus.	227.a	Facultatum internarum sedes.	
Exanthemata.	188.a	84.b.	
que Excernuntur præter natu-		Fames diutius tolerata uentri-	
ram uel retinentur.	191.b	culum prauis humoribus cõ-	
Excrementa ægri attendenda.		plet.	97.a
127.a		Fasciæ.	178.b
Excretionum suppressio.	113.a	Fauus.	165.b
quibus Excretionibus singuli		Febris quid.	158.b
indicentur morbi.	203.a	Febris ardens.	160.b
Exercitationis tempus.	100.a	Februm breuis & dilucida ex-	
mensura.	ibid.b	plicatio.	158.b
Experientia quid.	9.a	Februm differentia ex humo-	
Experientia medico necessaria,		ribus.	126.b
atque non sola.	11.b	in Febris ardentissimis san-	
Experimentatrix incerta.	3.a	guis ad animum deliquitum mit-	
Expultrix facultas.	81.b	tendus.	109.b
Extergentia.	306.b	Februm mixtiones ut cognoscẽ	
		dæ.	163.b
		Femur.	50.b

F

INDEX

<i>Femoris musculi decem.</i>	58.b	<i>Functionum noxæ.</i>	191.a
<i>Femoris processus.</i>	50.b	<i>Furor amatorius, & furor poeticus.</i>	168.a
<i>Fibræ iecoris.</i>	63.b	<i>Furunculus.</i>	184.b
<i>Fibula.</i>	50.b	<i>Fuschij de stirpium historia commentarij.</i>	15.a
<i>Ficus.</i>	179.a		
<i>Filipendula.</i>	264.a	G	
<i>Fisticum.</i>	256.a	G <i>Aiacum.</i>	277.a
<i>Fistula.</i>	190.a	<i>Galanga maior.</i>	260.b
<i>Fistula casie.</i>	275.b	<i>Galanga minor.</i>	263.a
<i>Flava bilis, calida & sicca.</i>	36.a	<i>Galenus à calūnia vindicatus.</i>	
<i>uide bilis.</i>		44.a.238.b.	
<i>Flores cur insolantur.</i>	391.b	<i>Galenus medicus à deo excitatus.</i>	4.a
<i>Florum consideratio.</i>	248.a	<i>Galenus in componendis medicamentis imitandus.</i>	16.a
<i>Fluor.</i>	11.a	<i>Galenus codex emendatus.</i>	286.
<i>Fœtida maiora.</i>	354.a	4.287.a	
<i>Folium Arabum.</i>	244.b	<i>eni diligentia in metallicis inuestigandis.</i>	289.b
<i>Folium Indum.</i>	ibidem.	<i>Galenus libri de laborantibus locis quid præsent.</i>	192.a
<i>Fomentorū consideratio.</i>	403.b	<i>Galenus locus explicatus.</i>	120.b
<i>Fons acidus.</i>	135.b	122.b.124.b	
<i>Formica.</i>	189.p	<i>Gallitricum.</i>	245.b
<i>Fornix.</i>	76.b	<i>γάγγλιον.</i>	185.b
<i>Fortuita.</i>	9.a	<i>Gangræna.</i>	184.a
<i>Fossula.</i>	169.b	<i>γαστραρίον.</i>	73.a
<i>Fractura.</i>	157.b	<i>Gargarizatiō.</i>	380.b
<i>Frictio. 99.a. eius differē. ibi.</i>	19.b	<i>γαστρονομία.</i>	51.a
<i>Frigidum quid.</i>	52.b		
<i>Frontis musculoſa substantia.</i>	254.b		
<i>Fructus quid.</i>	242.a		
<i>Fumaria. Fumus terræ.</i>			

Præ

ALPHABETICVS.

præ Gaudio mortui.	149.a.b	Granum paradisi.	251.b
Gemmarum usus hodie parum curus.	295.b	Grana iuniperi.	255.a
Generatio simplex actio natu- ræ non est.	85.b	γραφοῦδος processus.	46.a
Genitalium vitia.	180.b	Grauedo.	168.a
Genuini.	48.a	Grumescencia lactis.	175.b
Geographia medicis necessaria.		Gummi.	275.a
91.a		Gummi hederæ.	272.b
γῆρας.	30.b	Gummi Elemi.	ibidem
Gestatio.	99.b	Gurgulio.	73.a
Gibberus.	49.b	Guttur.	51.b
Gladiolus luteus.	260.b	Gypsum.	295.a
Glans.	70.a		
Glans unguentaria.	255.a	H	
Glandule faucium.	72.b	H æmagogos antidotus.	
Glandium cōsideratio.	375.a.b		329.a
γλάντιον.	170.a	Hæmorrhoidum consideratio.	
γλαυκίτις.	52.a	145.a	
γλαυκίτις.	50.b	Hamech.	345.b
Gluten.	42.b	Harmel.	246.a. 253.b
γλάτιν.	77.a	ἕβν.	29.a
Glutinantia.	308.a	Hæctica febris.	156.b
γλάτινος.	53.a	Hæcticus pulsus.	229.b
γλαυκίτις.	84.b	Hederæ lachryma.	272.b
γλαυκίτις.	181.a	ἕδρα.	170.a
Gossipium.	255.b	ἕμπερική.	165.b
Gradus seu ordines calefacien- tium & refrigerantium &c.		ἕμπερική.	167.a
298.a.b. & dein.		ἕμπερική.	163.b
γράμμα.	325.b	Hepatica.	244.b
		ἕπασις.	179.a
		Herba paralysis.	250.b
		Herbarum colligendarum tem- pus.	240.b

INDEX

<i>Herculeus morbus.</i>	166.b	<i>Humor crudus.</i>	41.a. dulcis ibi.
<i>Hermodactylus</i>	261.b & dein.	<i>Humores bifariam putrescunt.</i>	
<i>Herpes.</i>	183.a		159.b
<i>Hiera picra.</i>	346.a	<i>Humores oculi.</i>	79.a
<i>Hippocrates primus apud Græcos medicinam in artem redegit.</i>	3 b. 12 b	<i>Humores varios purgantia.</i>	345.a. & dein.
<i>Hippocratis locus.</i>	27.a	<i>Humores naturales.</i>	38.b
<i>Hippocratis locus explicatus.</i>		<i>Humores non naturales & insalubres.</i>	40.b
93.a		<i>quales Humores purgandi.</i>	
<i>Hippos.</i>	171.b		125.a
<i>Hirudinum consideratio.</i>	132.	<i>Humores quomodo calidi aut frigidi & c. dicuntur.</i>	37.a
a.b. & dein.		<i>Humores secundi Avicenna.</i>	
<i>Hirundinaria.</i>	261.a		42.a
<i>Historia de seruo barbaro.</i>	83.a	<i>Humores tenues ad deiectionē faciliores.</i>	121.a
<i>Hominis compositio.</i>	21.b	<i>Humores turgere, quid.</i>	118.b
<i>Hominis elemēta propria quæ.</i>	44.b	<i>Humorum motus.</i>	40.b
<i>Homine moriente, singula in propriam naturam reuertuntur.</i>	19.b	<i>Humorum redundātia duplex.</i>	106.a
<i>Hora diei obseruanda in sanguinis missione.</i>	111.b	<i>Hydromalon.</i>	363.b
<i>Humana ossa.</i>	278.b	<i>Hyemis cibi.</i>	97.b
<i>Humeralis uenæ distributio.</i>	65.b.	<i>Hyemis temperamentum.</i>	28.b
<i>Humerus.</i>	49.a	I	
<i>Humida hyssopus.</i>	281.a	I <i>Διοσκώδηα.</i>	151.b
<i>Humidum quid.</i>	19.b	<i>Iecur.</i>	39.a. 63.b
<i>Humorum consideratio.</i>	34.a	<i>Iecur firmantia.</i>	303.a
		<i>Iecoris temperamentum.</i>	32.a
		<i>Iecoris uitia.</i>	179.a
		<i>in Iecore nulla notatu digna cauitas</i>	

ALPHABETICVS.

uitas.	88.a	Insalubria quæ sint.	54 ^o
Iecinorosi.	179.a	Insomnia consideranda.	104.b
Ieiunium intest.	63.a	Infectionum cōsideratio.	405.a
Ignis Persicus.	183.b	Institæ.	178.b
Ignis sacer.	183.a	Instrumentum quid.	45.a
ins. pds.	179.a	Instrumenta duo ad res inueniē-	
insis.	ibid. m b	das necessaria.	11.b
Ilium os.	50.b	Instrumenta generatiōis.	68.a.b
Imaginatio.	84.a	Instrumenta naturalia & ani-	
Imaginatiois sedes.	84.b	malia differunt.	86.a
Imitatio.	9.b	Instrumentaliū morborum ge-	
Impetigo.	185.b	nera quatuor.	157.a
Indicatio.	9.a	Instrumentalis morbus compo-	
Inæqualis intemperies.	156.b	situs.	ibidem.
Inæqualitas pulsus.	228.a.b	Instrumentaria partes.	45.a
Inanitionum genera.	108.a	Intemperatum.	24.a
Incisorij dentes.	47.b	Intemperies composita.	24.a
Incubus.	166.b	Intemperies duplex.	155.b
Incrementum morbi.	195.b	Intercidentes dies.	202.a
Index digitus.	50.a	Intercostales musculi.	55.b
Indurantiæ.	307.a	Intermittens febris, quæ.	161.a
Inediæ consideratio.	140.a	Intermittentiū & quartana-	
Inediâ ferre qui nequeat.	140.	rum febrîū differentiæ.	160.b
b. qui ferant.	141.a	Interpessare.	399.b
in Inflammationibus maximis		Interpretum latinorum Galeni	
sanguis ad animi deliquium		erratum.	183.b. & 325.b
mittendus.	109.b	Intertrigines.	190.b
Inflatio.	185.b	Intervallum quid.	226.b
Infusio.	226.a, 350.b	Intestina.	63.a
Intiv.	46.a	Intestina terræ.	280.a

I N D E X

Intestinorum vitia.	177.b	Iuuenum cibi.	98.b
Introductorij seu Medici autor.		Iuuenum urina.	213.a
5.b. 152.b.		ἰξία.	189.a
Inueniendis rebus instrumenta			Κ
duo necessaria.	11.b	K Adcipitina.	308.a
ἰουδοι.	173.a	Καθεγμυα.	30.a
Iosachar.	358.b	Κανονδι.	190.a
Ira.	148.b	Κανοχυμια.	91.b
Iringus.	263.a	Κανδιμπρια.	63.a
Irrigatio.	403.a	Καμειριον.	76.b
ἰσχια ἰσχιον. Ischiadici.	182.b	Καρδια.	176.a
ἰοχηρα.	180.b.	Καροδιανη.	175.b
Isthmus.	77.b 173.b	Καρδιανηλια.	176.a
Iua.	241.a	Καρδιωχυμια.	ibidem
Indicatoria signa.	198.b	Καρινωσ.	185.b
Iudicium bifariam à Galeno u-		Καρινωμια.	169.b
surpatur.	193.b	Καρος.	166.a
Iudicium futurum quibus no-		Καρπια.	49.b. 251.b
tis precognoscatur.	204.a	Καριββια.	326.a
Iudicium quale futurum sit, ut		Καταδωμια.	166.a
cognoscatur.	206.a	Καταωβριον.	353.a
Iudicij boni iam instantis notæ.		Καταγγοος.	168.a
202.b		Κατασσωλη.	151.a
Iudicij differentia.	194.a	Κατεχη.	166.a
Iudicij optimi cognitio firma,		Καυλια.	70.a
mali incerta.	205.a	Καυμια.	176.a
Iuibe.	260.a	Καυσοσ.	160.b
Iuiperi gummi.	275.a	Καυσοσ κανοδιου.	162.a
Iustitia quid.	23.a	Καχηξια.	169.a
Iuuentus.	29.b	Κεπια.	178.b
		Κεπαλιον.	326.a
		Κερατοειδης tunica.	79.a
		Κεπις.	49.b
		Κερατοειδης παρασφωρνε.	69.b
		Κεραταια.	165.b
		Κερα-	

ALPHABETICVS.

Κεφαλαλία.	165 b	Κόφωσις.	172. b
Κήλη.	181. b	L	
Κυρίον.	165 b	Lac generantia.	309 a
Κίρατ.	326 b	Lactus grumescens.	175. b
Κίρσοσ.	189. a	Lacha.	270. b. & dein.
Κίσυρις.	295 b	Lachryma & gummi quomo-	
Κίττα.	176. b	do discernuntur.	270. a
Κλέϊς.	49. a	Lachrymarum consideratio.	
Κύβηκ.	50. b	270. b	
Κοιλιακή.	177. a	Laconicum.	136. b
Κοιλιασ.	169. b	Lactificans Galeni.	341. a
Κοινότης.	10. b	Lacus arteriae.	72. b
Κολληρία.	379. a	λαγωφθαλμοί.	171. a
Κόλπας.	190. a	Lamina.	219. b
Κοκυμαβήρη.	137 a	Lana comodissime uulneribus	
Κόνδυλοι.	49 b. 182. b	imponitur.	132. b
Κονδύλωμασ.	179. a	Lapatium acutum.	244. a
Κόρυσα.	39 b. 168. a. 173. a	Lapis calaminaris.	283. b
Κοσμητόνως.	71 a	Lapidum & gemmarū confide	
Κρανίρις.	48. a	ratio.	294. a. b & dein.
Κράσις.	163. a	Lappa maior.	245. b
Κρία.	51. a	Larynx.	51. b. 72. b. 25 a. 53. b
Κρίθη.	171. a	Laserpitium Germanicum.	
Κρίσιμα.	199. a	267. b	
Κρισις τελεία.	194. a	Lateris dolor.	175. a
Κρημασθήρις.	58 b	Lathyris.	320. a
Κρεταρίτις.	53 a	Lauatorium.	128. a
Κροτάροι.	46. a	Laureola.	242. b.
Κυνίς σπασμύς.	174 b	Laxilis lapis.	294. a. 321. b.
Κυνόβουσ δριξίς.	176. b	λίβαρος.	166. a
Κυρσοκλή.	181. b	λευκίτις.	177. b
Κυψάλις.	172. b		
Κωκλήν οδύνη.	178. a		
Κώμα.	166 a		
Κώμα αγγραπύνη.	166 b		
Κωνάριον.	77 a		

GG

INDEX

Αστυρία.	162.a	Limones.	255.b
λίχην.	186.b	Linaria.	245.b
Lemnium sigillum.	296.a	Linctus.	360.b
λίαν.	77.b	Lingua muscoli nouem.	53.b
Lentigo.	173.a	Lingula & epiglottis idem nō sunt.	52.a
λίαν.	63.a	Linimentorū cōsideratio.	396.b
Lepra Arabum. 186 a. Græco- rum.	ibidem.	Lippitudo.	169.a
Leuisticum.	253.a	Liquiritia.	263.b.267.b
λίαν.	187.a	Liquor concretus quid.	266.b
λινώματα.	172.a	Liquores stillatitij.	266.a
λινοπλεγυατία.	180.a	λίθιας.	171.b.180.b
Leuor intestinorum.	177.b	λίτρον pro vitæ.	288.b
Liber de corde, non est Hippo- cratis.	85.a	Loch.	360.b
Libri Galeni de Crisibus.	193.a	λογισμij.	81.a
Libra medica.	325.a	Longaon.	63.b
Libypticum.	253.a	Longi morbi qui sint.	158.a
λίχαν.	50.a	Lonxengia.	338.b
Lien.	32.a.64.b	Lucis maiora, & minora. 353 b	
Lienem iuuantia.	303.a	Lumbi.	48.b
Ligamenta & muscoli.	52.a.	Lūbricorū tria genera.	178.a.b
61.b		Lumbricorum semen.	253.b
Ligamentorum temperamen- tum.	31.b	è Lunari cursu sumpta ratio, non satis firma.	200.b
Ligare, quid.	99.b	Lunaticus morbus.	167.a
Lignea casia.	275.b	Luparia.	260.b
Lignum aloes.	277.b	Lupulus.	244.b
Lignorum consideratio.	276.b	Lupos ex hominibus fieri, ut in telligatur.	167.b
Limaces.	280.a		

ALPHABETICVS

Lusciosi.	168.b	marchasita.	295. ^b
λυγυϊς.	177.a	margarita.	280.b
λυκανθρωπια.	167.b	marisca.	179.a
Lycopsis.	262.b	mariana sylua.	135.a
		marmorata.	172.b
M		masicatoria.	387.a
Macer.	276.a	masliche.	273.a
Maceradi tempus.	350.b	maslichina.	355.a
Machaon.	2.b	mater margaritarum.	278.b
Macis.	276.a	mater sanguinis.	189.b
μαδαγορις.	171.b	mater syluarum.	245.b
μαδνησιρ.	53.a	matula qualis esse debeat.	210.
Magistralia decocta.	368.a	b. & dein.	218.a
370.a		maxille inferioris os unicum.	
Magistrantia.	263.b	47.b. musculi octo.	53.a
Magna arteria.	74.a	maxille superioris ossa duode-	
Magnus rotator.	50.b	cim.	47.b
Mala compositio.	157.a	maxillares dentes.	48.a
Mala granata.	276.a	meatus repurgantia, & obstru-	
Malleoli.	51.a	ctionem tollentia.	306.a.b
maluauscum.	241.a	medendi precepta unde dissen-	
mammæ.	71.b	da.	233.a
μαυια.	167.b	mediastinum.	72.a
manna.	312.b	medicamentum quid.	237.a
manna Arabum.	268.a	medicamenti & nutrimenti dif-	
manna thuris.	275.a	ferentia.	236.b
manipulus.	306.b	medicamentum cur non uicif-	
manus Christi.	339.a	sim ab humore attrahitur.	
marasmos.	163.a	311.b	
ex mari & aquis salis medica-		Medicamenta composita.	323.b
menta.	296.b	& dein.	

GG ij

INDEX

- & dein. 261. b. 279. b. 317. b. 356. a
 Medicamenta dolorem sedan-
 tia. 333. a
 Medicamenta exterius adhibē
 da. 391. a. b. & dein.
 Medicamenta intra corpus su-
 menda. 327. a. b
 Medicamēta simplicia peculia-
 res corporis partes amāta.
 300. b. & dein.
 Medicamentorū componendo-
 rū ratio. 235. a. b & dein.
 per to.
 Medicamētorum natura qua-
 druplex. 237. a
 Medicina quid sit. 4. b. 5. b. 6.
 b 7. b. 8. a
 Medicinæ origo. 1. a. eius com-
 mendatio. ibidem. a. b. incre-
 menta. 3. b. finis. 7. b. partes.
 12. b. præstantia. 4. b.
 Medicina uniuersæ ordines tres
 17. a. b
 Medica præcepta qualia. 6. a
 Medico elemēta cur considerā-
 da. 21. a
 Medici illustres. 12. a. a
 Medicorum nostrorum temeri-
 tas & inscitia. 13. b. 15. b.
 error. 107. a. 183. b. 210. a
 261. b. 279. b. 317. b. 356. a
 247. a
 Medicorum quot sectæ. 8. b
 Medicorum recēitum scripta de
 ratione miscendorum medi-
 camentorum. 235. a
 Mediocriter calida iuuant con-
 coctionem. 120. a
 Medius digitus. 50. a
 μεσος δάκτυλος, μέσος ποσ.
 227. b
 Melærium. 312. b. arundinum
 268. b. cannae. 268. b
 Mellis ad species & salem pro-
 portio. 375. b
 Mellifanum. 185. a
 μέλι. 284. a μέλι γλυκὺ 167. b
 Melancholici. 38. a
 Melancholiam purgantes anti-
 dori. 345. a
 melancholicus humor. 40. a
 Eius sedes & generatio. ibi.
 Melancholicus humor famē na-
 turalē minimè excitat. 40. b
 μέλι πικρὸν 284. a
 Meliceris. 185. a
 Melicratum. 367. a
 Melissa. 245. a. 250. a.
 μέλισσα. 170. a
 Membrana crassa tenuis. 75. b
 Memoria. 10. a. 84. b
 Meminthe.

ALPHABETICVS.

Memithe.	276.b	124.b	
Mensis medius & criticus.		Μηνιαία.	168.b
200.b		Μισάδηροναι	venere inuētur. 146.b
Menses quando naturaliter retinentur. 144 a. quādo praeter naturam.	ibi.b	Misio sanguinis interdum etiā si nulla est in corpore plenitudo, iuuat.	108.b
Menses mouentia. 308.b. sisten- tia.	309.a	Misy.	284.a
Mensium profluū utilitas.	144.a	Mithridatios antidotus.	329.a
Mentagra Plinij.	186.b	Miuu.	363.a
Mercurius sublimatus.	285.a	Mærore uehementi & repen- tino mortui.	149.a
Μηρίς.	50.b	Mæstitia.	149.a
Mesenterium.	63.b	Mola.	51.a
Μεσάριον.	49.b	Molares dentes.	48.a
Metallorum cōsideratio. 282.a		Monoceros.	279.a
Μετέωρον	48.a	Morbilli.	188.a
Methodici.	10.b	Morbosa intemperies.	155.b
Μύτρα.	70.b	Morbus quid.	154.b
Μητρικήται.	383.b	de Morbis.	154.b. & dein.
Μεταπον.	46.a	Morbus comitialis.	166.b
Micleta.	335.a	Morbus siens & pathos idem.	
Miliaris herpes.	183.a	151.a	
Milium solis.	253.a	Morbi sientes causas habēt con- tinentes.	154.a
Millefolium.	247.b	Morbus Gallicus. 186.b & dein.	
Μίληρον.	171.b	Morbus officialis.	157.a
Μικανία.	9.b	inter Morbi initia, nisi turgeāt humores, non purgandum,	
Minimus digitus.	50.a	124.a	
Minimum quid.	18.b	Morbi species in purgationibus	
Minium.	285.a		
Minoratiua medicamenta.			

INDEX

attendenda.	126.b	macilagineſ.	265.b
morbi tempora exſpato ut co- gnoscenda.	224.b	mucronata cartilago.	49.a
morbum manere poſſe ſublata etiã cauſa proxima & im- mediata.	153.a	mucus.	39.b
morborum cauſe medico ſeru- tande.	154.a	muliebris uteri muſculi duo.	58.b
morborum cauſarum cõſidera- tio.	152.a	mulierum urina.	213.a
morborum tempora quatuor.	194.b	mumia.	280.a. 297.a
morborum tria prima genera.	155.b	muſcata nux.	255.b
morituruſne ſit ager an ſeruan- duſ, e tribuſ cognoscitur.	205.b	muſculus in poplite occultatuſ.	60.a
morphea.	187.b	muſculus non omniſ in tendinẽ finit.	52.a
morſelli, morſuli.	338.b	muſculi finiſ, ueter, caput.	52.b
morſuſ gallinæ.	241.a	μὲδ πρὸς αἴ.	170.a
mortis citra iudiciuſ ſigna.	208.b	μὲν λη.	182.a
mortis dieſ & hora ut cogno- ſcenda.	209.a	μὲν οὐκ ἀλλοτ.	170.a
mortui præ mærore, & mortui præ gaudio.	149.a.b	μὲν οὐ ποſ.	229.a
mos quid.	206.a	μυρμινα.	188.b
moſchuſ.	280.b	myrobalani.	313.a
motuſ & quietiſ cõſidera- tio.	99.a	myrtilli.	253.a
		μύστω ὅτι πρὸς αἴ.	182.a
		μύξα.	172.b
		N	
		Narcotica. 333.a.b & 335. a	
		Narium uitia. 172.b. & dein.	
		Nafalia.	385.a
		Nafalia.	383.b
		Nafſturtium aquaticum. 246.b	
		Nateſ cerebri.	77.a

ALPHABETICVS.

Natura quid.	17.b 238.b	Nicolaus Alexandrinus, quem præpositum uocant.	16 b
Natura in noxiis uacua dis iu- uanda.	147.b	Nicolaus unguentarius. Lati- nus, à Fuschio factus.	233.b
Natura nonnunquam pro natu- rali temperamēto sumitur.		Nicolai Salernita error.	325.b
III.a		Nihil in corporibus animantiū simplex & ipermixtū.	20.a
Naturalia.	9.b	Nil	292.b
Naturalia instrumenta ab ani- malibus differunt.	86.a	Nitrum, nitri spuma.	285.b
Naturales libri.	13.a	Nitro uero non utuntur officia- riæ.	292.b
Naturalis actio.	85.a	Noctu etiam interdum mitten- dus sanguis.	112.a
Naturalis facultas quadruplex		Noctu non multum cibi inge- rendum.	102.b
81.a		Nocturnus somnus.	103.b
Naturali spiritu non est opus.		viuu.	190.a
87.b		Nonana febris.	161.b
Nauiculare os.	51.a	vōrov.	48.a
Nausea.	177.a	Nubecula.	169.b
vōria.	ibidem a	Nuscitiosi.	168.b
Nenuphar.	250.a	Nutrimētum quid.	237.a
vēpāia.	172.a	Nutritio.	85.b
vēpāiov.	169.b	Nutritionis organa.	62.a
Nephreticis quæ uena inciden- da.	113.b	vōvtaααvta.	168.b
Nephritis.	180.a	vūαqñ.	71.a
Nervus recurrens.	80.a		
Nervi à dorsali medulla orti.	80.b		
Nervi uisorij mala.	171.b		
Neruorum paria septem.	77.b		
Neruorum temperamētū.	31.b		
vōis.	63.a		

o

O Besi angustas uenas ha-
bent. 113.a
Obolus. 325.b
Obseruatores. 9.a

GG üij

INDEX

Obstructio quid.	155.a	Opus quid.	82.b
Ocium diuturnū & quies im- modica obsunt.	101.b	Ora uenarum aperiētia.	305. b. obstructentia. ibidem.
Oculi tunica & humores.	78 a	Orbiculi.	338 b
Oculi utia succinctē enarrata.	168 a	Ordo ciborum.	96.a
Oculorū muscoli septem.	53.a	Ordines seu gradus quatuor calefacientium, refriger. &c.	298.b. & dein.
ὀφθαλμῶν.	173 a	Oris utia.	173.b
ὀφθαλμῶν.	173.a	Orobis.	252.b
ὀφθαλμῶν.	ibidem.a	ὀφθαλμῶν.	175.a
Odor temperamentum indi- cat.	32.b	ὀφθαλμῶν.	65 a
Odoramenta.	388.a.b	ὀφθαλμῶν.	210.a
Odorata medicamentis purgā- tibus miscenda.	348.a	Os cordis.	49.a
Oedema.	185 a	Os cordis ceruini.	278.a
ὀίδημα.	62.b	Os caneiforme.	46.b
ὀίδημα.	49.b	Os hyoides.	48.a
Oleorum & unguentorum cō- sideratio.	391.a.b	Osis hyoidis muscoli proprij octo.	53.b
Omentum.	62.b	Os iugale.	47 a
ὀμῶν πλάτη.	49.a	Os paris expers.	ibidem.a
ὀμῶν.	44.b	Os pubis.	50.b
ὀμῶν γόφυτος.	30.b	Osfacrum. 48.b. latum. ibidē.	
ὀμῶν τοῦ.	160.a	Ossa petrosa.	46.a
ὀμῶν ῥαχίς.	181.b	Ossa prerupt. & petr. & simila- ta.	47.b
ὀμῶν σῆσις.	165.a	Ossium ac testarum considera- tio.	278 a
ὀμῶν ῥαχίς.	169 a	Ossium & cartilaginum cor- poris humani succincta enar- ratio.	46.a
Ophthalmica.	243.b	Ossium	
Opiatē.	332.b		
ὀπιοῦ τοῦ.	167.b		
ὀπιοῦ.	48.a		

ALPHABETICVS.

Ossium humanorum numerus.	ωσσορροσών.	167.
46.a	ωσσορροσών.	ibid.a
Ossium temperamentum.	ωσσορροσών.	190.b
31.b	ωσσορροσών.	75.b
ισορροσ.	ωσσορροσών.	172.a
48.b	ωσσορροσών.	243.b
ισορροσ.	ωσσορροσών.	62.b.72.b.173.b
68.b	ωσσορροσών.	115.b
ωσσορροσ.	ωσσορροσών.	189.a
172.a	ωσσορροσών.	172.b
ωσσορροσ.	ωσσορροσών.	173.a
71.b	ωσσορροσών.	195.b
172.a	ωσσορροσών.	Partes corporis principes.
Oxymeli simplex.	ωσσορροσών.	45.b
365.b. cōpo-	ωσσορροσών.	ibid.
fitum.	ωσσορροσών.	Partes nutritioni famulantes.
ibidem.	ωσσορροσών.	62.a
Oxyphœnix.	ωσσορροσών.	Partium humani corporis expli-
312.b	ωσσορροσών.	catio.
ωσσορροσ.	ωσσορροσών.	42.b
176.a	ωσσορροσών.	Pastillus masticatorius.
Oxosacharum.	ωσσορροσών.	387.b
365.b	ωσσορροσών.	Pastillorum consideratio.
ωσσορροσ.	ωσσορροσών.	373.b
172.b	ωσσορροσών.	ε̄ dein.
P		Patella.
Palemonis Rhemnij locus e-		51.a
mendatus.		ωσσορροσ.
326.a		148.a
ωσσορροσ.		ωσσορροσ.
175.b		13.a
Palpebræ superioris musculi		Pathos.
duo.		151.a
52.b		Patitur aliquid bifariam.
Palpebrarum vitia.		151.b
170.b		ωσσορροσ.
Pampinula.		49.1
264.a		Pectus.
Pancreas.		48.b
63.a		Pedis digitos mouentes musculi
Panniculus carnosus.		decem ε̄ octo.
52.b		60.b
Panus.		Pedem mouentes musculi nouē.
184.a		60.a
Papule.		Pediculatio.
188.a		171.b
Paradoxorum Fuschij locus emē		
datus.		
319.a		
ωσσορροσ.		
30.a.160.a		
ωσσορροσ.		
167.a.168.b		
Paralytis herba.		
250.b		
ωσσορροσ.		
50.a		

I N D E X

Πεδίον.	51.a	φασίλασμί.	84.a
περιπυλός.	30.b	φαρμακωνίμ.	13.b
Penis musculi quatuor.	58 a	φάρυγξ.	72.b
Penis substantia.	70.a	φάρτινα.	48.a
πεπρωτός.	123.b	φίσια.	172.b
πίψις.	119.b	Philinus.	12.a
Per consensum pati, & per se		Philonis antidotus.	334.a.b
pati.	151.b	φίμος & φίμοσις.	182.a
Per exuperantiam quid dica-		phlegmone quid.	182.b
tur.	25.a	& dein.	
περιπύρδιον.	73 a	phlegmone quæ adhuc fit, quæ	
περιπύρδιον.	75.b	uacuationem sanguinis re-	
περιπύρδιον.	70.a	quirit.	115.b
περιπύρδιον.	9 b	in phlegmonis internis non re-	
περιπύρδιον.	180 b	uellendum, sed uacuandum.	
περιπνευμονία.	175 a	116 a	
Peritonæum.	62. a	φλύντανα.	169.a.188.a
Perlæ.	280.b	φλύνσις.	188.a
Perniones.	190.a	φρονίτις.	165.b.17.b
περόνη.	50 b	φθαλασσίς.	165.a.171.b
Perspiratio insensilis.	146.b	φθίσις.	170.a.175.b
Perturbatio oculi.	169.a	φθός.	175.b
Perturbationes animi.	148.a	phygethlon.	184.a
Pessorum consideratio.	383 a	φύμα.	ibid.
Pestilentialis febris.	161 b	φυσία.	9.b
Pestilentialia catapotia.	355.b	φυσιολογία.	18.a
παραδαινα.	190.a	φυσιολογίη.	13.a
φάιτος.	173 a	φώς.	72.a
φάλαγγξ.	49 b	picæ.	176.b
φάλαγγσις.	171 b	picatio.	400.a
φάλαγγσις.	165.a	picturariū magnariū usus.	15.a
		pila marmæ.	297.b
		pilorum temperamentum.	31.b
		pilula	

ALPHABETICVS.

pilula.	353 a	plexus $\chi\rho\rho\sigma\delta\eta\varsigma$.	77.b
pimpinella condita.	359.b	plexus reticularis nullus in ho-	
$\pi\eta\mu\iota\lambda\lambda\eta$.	277.b	mine.	77.b
pine.e.	260.a	plinius in cognitione simplicium	
pinguedo.	52.b	non contemnendus.	14.b
pinguedinum & adipum con-		$\pi\pi\iota\gamma\alpha\lambda\iota\omega\nu$.	166.b
sideratio. 277.b. & dein.		$\pi\pi\iota\zeta\upsilon\sigma\tau\epsilon\rho\iota\eta\upsilon$.	182.a
piper indianum.	251.b	$\pi\sigma\delta\acute{\alpha}\gamma\gamma\alpha$.	ibid.b
$\pi\iota\pi\epsilon\rho\iota\varsigma$.	400.a	podalirius.	2.b
pissasphaltus.	297.a	podex.	63.b
pituita frigida & humida. 37.		pollex.	50.a
a.b. 39 a. 41.a.b		polychresta catapotia.	354.b
pituitæ eruptiones.	188.a	polypodium.	314.b
pituita euocata aridoti. 345.a		$\pi\omega\lambda\iota\pi\omega\nu\varsigma$.	172.b
pituitam purgantia catapotia.		polytrichum.	247.b
353.b		pompholyx.	292.b
pituitosi.	38.a	pondera officinarum.	324.b
$\pi\iota\tau\upsilon\rho\iota\alpha\iota\varsigma$.	165.a	ponderum notæ.	327.a
pix græca.	274 a	pondo.	325.a
pix quid proprie.	274.a	porrigo.	165.a
placentæ.	338 b	postbrachiale.	49.b
planta.	51.a	$\pi\sigma\delta\eta\eta$.	70.a
platearij nulla auctoritas	293.a	$\pi\sigma\delta\iota\alpha$.	171.b
$\pi\lambda\acute{\alpha}\nu\eta\rho\epsilon\nu$.	46.b	poterium.	296.b. & dein.
plenioris uictus noxæ.	94.a	potestate esse.	37.a
plenitudo.	106.a.b	$\pi\rho\alpha\upsilon\sigma\iota\mu\eta$.	83.b
pleres archonticon.	340.b	practicarum scriptoribus in cau-	
$\pi\lambda\iota\sigma\mu\omega\nu\acute{\iota}$.	105.b	sarum inquisitione parum fi-	
$\pi\lambda\acute{\alpha}\delta\iota\epsilon$.	106.a	dendum.	154.b
$\pi\lambda\omega\rho\alpha\iota$.	48.b. 72.a	præcordia.	56.a
$\pi\lambda\omega\rho\iota\lambda\epsilon$.	175.a	Predictionis commoditates.	

160

INDEX

192. a. b		ἰσσοφθαλμία.	170. b
Præputium.	70. a	ψύδρασις	188. a
Præputium.	244. b	ψήφου.	51. a
πρωβύτιοι.	30. b	πτερυγίων.	47. b. 169. a. 189. a
πριπίσις.	180. b	πτερυγίον.	274. b
Princeps actio.	83. b	πτελωίσις.	170. b
Principes corporis partes.	45. b	Pubertas.	29. a. b
Principiū medicis quod.	195. a	Puberum & adolescentum ci-	
Principium morbi ut dignoscē-		bi.	98. b
dum.	196. a	Pudore mortui.	150. a
Principia quæ sint.	21. a	Puer calidus & humidus.	29. a
Profluvium alui.	177. a	Puerine an iuvenes calidiores	
Profluvium mensium.	144. a	sint.	29. b
Profluvii sanguinis è naribus.		Pueri purgationibus inepti.	
143. a. b		126. a. b	
Profluvij sanguinis narium no-		Puerorum cibi.	98. b
tæ.	206. b	Puerorum morbus.	167. a
Prognosticorum consideratio.		Puerorum urma.	213. a
191. b. & dein.		Pueritia.	29. a
προνύμιον.	51. a	Pugillus.	326. b
Propolis.	267. a	Pulmo.	73. a
πρόπυσις.	169. b	Pulmonis temperamētum.	32. a
πρόσφυσις.	85. b	Pulpæ.	343. b
πρωτὰ σκιάται.	44. b	Pulsuum causæ.	230. b
Prouocatorij dies.	202. a	& dein.	
Pruna.	183. b	Pulsuum consideratio.	225. a. b
Pruna sylvestria.	257. b	Puluerum medicorum conside-	
πυλιδόσφις.	76. b	ratio.	370. a & dein.
πυλίδι.	174. b	Pupilla.	78. b
πύλας.	48. b	Pupilla uitia.	170. a
πύλας.	349. a	Purgantia medicamenta non	
πύρα.	186. a	incō-	

ALPHABETICVS.

inconsideratè danda. 347.b	ria prima, principia sunt.	21.a.
Purgantia stupefacientibus cõ- mixta. 335.b	Qualitates secundæ.	32.a
Purgantium medicamentorum sola aloë uentriculum con- firmat. 315.a	Quãtitate sola tale esse, quid.	237.a
Purgationes uehementes uitã- dæ. 127.a	Quartana febris.	160.b
Purgationis consideratio. 118.a	Quartana intermittens.	161.b
à Purgatione quid faciendum. 127.b.348.a	Quatuor semina calida, frigida etc.	254.b
Purgatoria medicamẽta. 311.a	Quinquefolium.	264.a
Pus in urinis. 221.a	Quintana febris.	161.b
Pustule. 188.a	Quotidiana exquisitio.	161.a
Putrefacientia. 307.b.		R
☉ 308.a	Radicum cõsideratio.	260.
Putridarum febrium differen- tiæ. 162.a	a.b	
πύλος. 77.b	Radius.	49.b
πύλωγος. 62.b	Radium mouẽtes musculi octo.	56.b
πύωσις. 169.b	ῥαγέδης tunica.	78.b
πύρις. 403.b	Ramenta urinis innatantia.	220.b
πυριλίπιον. 136.b	Ramex.	181.b
Pyropus. 295.a	Ranula.	173.b
πύρρον. 212.a	ῥαφαί	46.b
Pythagoricorum silẽrium. 83.a	Rarefacientia.	306.a
	Rasenta.	49.b
Q uadrans. 325.a	Rationalis medicina.	3.b
Qualitatis familiarita- te attrahere. 311.a	Rationales seu dogmatici medi- ci.	11.a
Qualitates quatuor cum mate-	Rauitas.	168.a

INDEX

Rectitudo in sanguinis missione observanda.	114.a	Reticularis plexus nullus in hu- mano capite.	87.a
Rectum intestinum.	58.b.63.b	Reuulsio semper ad contraria non autem ad longinqua fit.	116.b
Reduuiæ.	189.a	Rha seu Rheÿ.	315.b.
Redundantiæ & inanitionis consideratio.	105.b	& dem.	
Redundantiæ diuisio.	107.b	Rha ponticum.	262.a
Regionis ratio habenda in san- guine mittendo.	112.a	ῥῆξ.	48.a
Regius morbus.	179.b	Rhei indici dilutum uehemen- ter purgat.	350.b
Remedia morborum unde co- gnoscenda.	233.b	ῥῆξ.	168.b
Renes.	64.b.113.b	Rhinoceros.	279.a
Renum & uesicæ uitia.	180.a	Rhythmus.	226.b
Renum temperamentum.	32.a	ῥιῆξ.	170.b
Renes roborantia.	303.b	ῥῆξ ῥυῖαντος.	182.a
Repercutientia.	304.b	Rhus Syriacus.	260.a
Res naturales.	17.b.18.a	Ricinus.	252.a.320.b
Res non naturales.	17.b.88.b	Rima sedis.	178.b
Res permanens.	152.b	Riza.	253.a
Res præternaturam.	150.b	Kob.	363.a.b
Resinarum cõsideratio.	273.a.b	Robur uirium in sanguinis mis- sione attendendum.	109.a
Resina quid propriè.	274.a	Roborantia antidota.	337.a
Resina ex fictilibus.	273.a	b. & dem.	
Resina pinea liquida duplex.	273.a	Ros.	42.b
Respiratio qualis actio.	82.b	Rosata nouella.	339.b. aroma- tica. 340.a
& dem.		Rotator magnus.	50.b. minor.
Restæ bouis.	241.b	ibidem.	
Retentrix facultas.	815.b	Rotule.	338.b
		Rubia	

ALPHABETICVS.

Rubia tinctorum.	264.b	Sanguis cum adiectione.	40.b
Rubinus lapis.	295.a	Sanguis dulcis.	37.b
Ructus acidus.	176.a	Sanguis non est calidus & hu-	
Ruptio.	157.b	midus. 34 b 35.a. & dein.	
	S	Sanguis quis eliciatur ab hiru-	
Sabina.	246.a	dimbus.	133.a
Sacer ignis.	183.a	Sanguis cur solus in uenis appa-	
Sacer morbus.	166.b	reat.	38.b
Sacculorū consideratio.	404.a	in Sanguinis detractioe quā-	
b. & dein.		do interquiescendum.	117.a
Sacolla.	251.b	Sanguinis locus.	38.a
Saccharum. 268.a.b. & dein.		Sanguinis missionis considera-	
Sachari proportio ad species.		tio.	108.a & dein.
338.b		Sanguinis narium profluuium	
Saccharorum consideratio.	358.	quibus confert.	143 a.b
a.b. & dein.		Sanguinis uacuatio quadru-	
Sal.	293.a.b	plex.	115.a
Sal indus.	268.b	Sanguinis usus.	39.a
Salsa.	33.b	Sanguine qui magis abundant.	
Salua.	243.a	III.a	
saluberrimus aër.	89.b	Sanguinei.	38.a
peffimus.	90.a	Sanis purgantia medicamenta	
Salubria quæ sint.	5.a	hauddanda.	118.a
salutis & mortis signa.	198.b	Sanitas quid.	154.b
Sampfychus.	244.b	sanitas, secundum naturam est:	
Sandaracha.	275.b. 293.a	morbis, præter.	151.b
Sanguis quid dicatur.	38.b.	Sanitatis quedam latitudo est.	
106.a		155.b	
Sanguis ad animi defectionem		Sano homini sex præcipue ob-	
quando mittendus.	109.a	seruanda.	39.a

INDEX

Santalum.	277.a.b	Sebesten.	255.b
Sapa.	363.a	Secta quid.	8 b
Sapor temperamētum indicat.		secte medicorū celebres tres.	8 b
33.a		Sectarium triū principes.	12.a
σάπινας.	172.b	Secūda & secundina.	71.a.78.b
σαρκοκόλλη.	181.b	Secūda quatuor humorū qua-	
Sarcocolla.	274.b	litates.	37 b
Satietas.	105 b. & 106.a	Σεμινάριον.	13 a.191.b
σατίσιος.	181.a	Semen & fructus differunt.	
Scabies.	186.b	250.b	
Scammonium.	318 b	Semen generantia.	309.a.b
Scapula.	49 a	reminis profluuium.	181.b
Scapulam mouentes muscoli o-		Seminales uene.	67.a
cto.	55.a	Seminaria uasa.	69.a
Scarificationis consideratio.		Seminum consideratio.	250.b
131.a.b. & dem.		& dein.	
Scariola.	243 b	Semina quatuor calida, frigida	
σκαριόλαι apud Aristophanem		& c.	254.b
qui.	210.a	Semitertiana.	163.b
Scientia propriè quid.	5.a.b	Sena seu sene.	314.a
σκιζός.	185.b	Senecio.	243.a
σκιζοφάρμακον.	171.b	Senes frigidi & sicci.	30.b
σκιζοφάρμακον τάνια.	79.a	Senum cibi.	98.b
σκιζοφάρμακον ὄστρα.	172.b	Senum urina.	213.a
Scolopendria.	243 b	Senectus. 30.b. eius partes. ibi.	
Scoptulum.	49.a	Sensus uerè elementorum non	
σκόπτωμα.	165.b	est iudex.	20.a
Scrotum.	68.b	Sensum communem sub imagi-	
Scrupulus.	325.b	natione Galenus complexus	
Scutum oris stomachi.	49.a	est.	84 a
Sebellia.	355.a		Seplasia-

ALPHABETICVS.

Seplasiariorum error.	242.b	ra.	198.a
243.a. b. 244.b. 249.b.		siliquæ.	160.a. 325.b
246.a.b. 250.a. 252.a. b.		similares partes.	42.b. 43.a.b
253.a. 260.b. 263.a. 264.b		similarium partium tempera-	
325.a. 337.a. 362.a. & dein.		mentum.	31.b
sepiarum testa.	278.b	simplex.	19.a
Septimana febris.	161.b	simplicium generalis diuisio.	
Septum transuersum.	56.a	239.a	
Serapion.	12.a. 14.b	simplex medicamentum quid.	
Serapiõis locus restitutus.	291b	238.a. b. 239.a	
Serapinum.	268.a	simplicium medicamentorum	
serapiorum consideratio.	364.	cognitio medico necessaria.	
b. & dein.		14.a. è quibus scriptioribus	
Serapia bilẽ cõcoquẽtia.	124.a	ea paranda.	ibi.a. b
sericum.	280.b. & 281.a b	simplicium medicamentorũ ma-	
Serpentaria, dracũrium.	261.a	teria unde sumatur.	240.a
seruator.	325.b	sinapi & erucam seplasiarij cõ-	
sesaminum.	254.a	fundunt.	254.a
seta cruda.	281.b	sinapis mus.	400.b. & dein.
sex præcipue homini sano seruã-		sine quibus esse nõlo.	355.a
da.	89.a	singultus.	177.a
sextana febris.	161.b	sinus.	190.a
sextans.	325.a	origani.	165.b
sextans diei.	200.b	sisãmima officula.	50.a
siaryũ.	47.b	smatagdi gemmæ mira pro-	
siccum, quid.	19.b	prietas.	295.b
sieff,	379.a	soda.	165.b
sigillum salomonis.	264.a	solanella.	242.a
signa indicatoria.	193.b	solatrum.	247.a
signorum differentia & natu-		solide partes.	44.b

HH

INDEX

Solium in balneo.	137. a	Spiritus animalis generatio.	
Solvere quid.	99. b. 138. b		86. b. 87. b
Solutio unitatis.	157. b	de Spiritu naturali ambiguo locutus est Galenus.	88. a
σωλυτικὴ facultas.	85. b	Spiritus à quibus suffocatur.	
Somnus in principio phlegmones obest.	104. b		87. a
Somnus ne sit immodicus.	103. b	Spirituum custodiæ attentus sit medicus.	88. b
	141. b		
Somnus qui uacuat.	141. a. b	σωλην.	64. b
Somni commoda.	102. b	σωληνομοί.	180. a
Somni & uigiliæ consideratio.		Spodium Græcorum	291. b
	101. b. & dein.	Spongia noua.	132. b. 297. b
Somnifera medicamēta.	336. ab	Spongites lapis.	296. a
σπογγιῶδες dentes.	48. a	Spuma argenti.	285. a
Sopor.	166. a.	Sputum.	142. b
soporalis arteria.	74. b	Sputum sanguinis.	175. a
Sori.	284. a	Sputorum consideratio.	224. b
Σπαργάνωσις.	175. b	Squilla.	260. a
Σπασμός.	167. a	Squinantia.	174. a
Speciei propagandæ famulanti instrumenta.	68. a. b	Squinantum.	244. a
Spelta.	254. a	Staphisagria.	254. a
σπιρίμα.	251. b	σταφυλή.	73. a 173. b
Sphacelos.	184. a	σταφυλίωμα.	170. a
σφιγκτηρ.	178. b	στασίωμα.	185. a
σφυρά.	51. a	στυγώσις γούδης.	11. a
Spina.	48. a	Stellatus lapis.	294. a
spinachia.	247. a	στεριά μύρια.	44. b
Spinalis medullæ temperamentum.	232. a	στρυών.	48. b
Spirituum consideratio.	86. b	Sternutamenta.	386. a
		Sternutamentis & tussi expellenda aliquantulum crassa	

ALPHABETICVS.

esse debent.	122.a	substantie similitudine attra-	
Stibium.	293.b	here.	311.a
Stichas.	247.a	sucaba.	247.a
Stichas citrina.	241.a	succinum.	274.b.295.a
στύραα.	187.b	succorum consideratio.	265.a
stillarū liquorēs.	266.a	363.a. & dein.	
stillicidium urinæ.	180.b	sudamina.	187.b
stinci.	280.a	sudandum non esse post purga-	
stipendia medicorum.	4.b	tionem.	348.a
à stirpibus & arboribus sum-		sudoris consideratio.	138.b
pta medicamenta.	240.b	& dein.	
στομαχιδον.	44.b	in sudore Anglico curando me-	
στομαχος.	62.b	dicorum in scitia.	139.b
stomachi ardor.	176.a	suffimentū.	389.a.b
stomachum & uentriculum ro-		suffusū 170.a. suggillatū.	189.b
borantia.	302.b	suggillatio.	172.a
stomachica.	354.b	sumach.	253.b.259.b
stomax liquida.	272.b	summa manus, & summus hu-	
στομαχικη.	168.b	merus.	49.a
strabones.	ibidem.	superuacua per urinam uacua-	
στραβωπια.	180.b	tur.	142.a
struma.	185.b	supinus decubitus malus.	104.b
strumas discutientia.	310.b	suppositorium.	375.a
στρομα.	258.a	suppurantia.	307.a
stupescientia.	310.a	suppuratio.	175.b
stupor dentium.	173.a	sura.	51.a
stuporē faciēs antidoti.	332.b	sutura capitis.	46.b
styrax.	274.a	syderatio.	184.a
subeth.	166.a	symptomatum consideratio.	
substantia per se tota alteratur		190.b	

20 b

HH ij

INDEX

Symptomata iudicatoria.	199.a	Tarsus.	31.a
Symptomata & pathemata si-		Tecolithus.	294.a
mul.	151.b	τινιδαι.	178.a
συμπτωσις.	172.a	Tela arancarū in urinis.	221.a
συμπτωσις.	174.a	Telephia ulcera.	190.a
συμπτωσις.	175.b	Temperamentum.	22.a.24.a
Syncope stomachica.	177.a	de Temperamento hominis ab-	
Σύνωπ.	179.a	solute respōderi nequit.	24b
σύνωπσις.	171.a	Temperamentorum differentia	22.a
Συνδρομῶν Empiricorum.	10.a	Temperatum.	ibi.a.b
συνδρομῶν & συνδρομῶν febres differūt.		Temperamentū naturale.	111.a
160.a		Temperamenta partium cor-	
Synochus non putrida.	159.a	poris.	31.b
putrida.	ibid.a.b	Temperamenta quatuor tem-	
Synochorum differentia.	159.b	porum anni.	26.b
& dein.		Temperatura equalis ad pon-	
σύνωπξ.	190.a	dus.	22.b.ad iustitiam. 23.a
σύνωπξις.	172.a	Tempus sumendorum medica-	
σύνωπξις.	227.b	mentororum.	356.a
σύνωπξις.	225.a	Tepidarium.	136.b
		Tempora morborum quatuor	
		uniuersalia.	195.a.196.a.b
		Tendo.	52.a
		Tendonum temperamentū.	31.b
		Tenesmus.	178.a
		riguidos.	188.a.b
		Terra sigillata.	296.a
		Terrarum medicarum confi-	
		deratio.	296.a & dein.

T

TAbarhed.	269.a
Tabes.	175.b
Tabule.	338.b
Tairaia.	178.b
Talus.	51.a
Tamarindus.	256.a
Tamariscus.	277.b
Tapsus barbatus.	247.b
Taraxacon.	243.b
τάραξις.	169.a

ALPHABETICVS.

τριπτινί.	9.a	τριπτινί.	81.a
Tertiana continua.	160.b	τριπρωβωσις.	175.b
Tertiana exquisita, & tertiana spuria.	161.a	Thus.	274.b
Tertiane & quartanae compilationes.	163.a	θύμω.	188.b
Testes.	68.b	δυμοσός.	51.b
Testes muliebres.	71.a	Tibia.	50.b
Testium uirilium musculi duo.	58.b	Tibiam mouentes musculi nouem.	59.a
τίτανος.	167.b	Timoris effectus.	148.a
Tetrapharmacum.	20.a	Tineæ.	165.b
Thamar.	312.b	Tithymalus.	322.b
Thapsia.	319.b	τίθοι.	71.b
θηλυ papilla.	72.a	τιμίς.	47.b
Themison medicus.	12.a	Tonsillæ.	72.b. 173.b
θηριώδη ulcera.	190.a	Tortura oris.	174.b
θηρυμια.	10.a	Toto genere, quid.	237.a
θηραπυτινί.	13.b 232.b	τράχηλος.	48.a
θηριται.	200.a	τράχημα.	171.a
Theriaca.	328.b	Tragacantha.	275.a
Thermis quomodo utendum.	136.a	τραγωμιατα.	372.a
Thessalus Trallianus.	12.a	Trahentia ex alto.	305.a
θηλασσα.	189.b	Transpiratio quid.	146.b
θηλασις.	172.b	τραυλιτης.	174.b
Thorax.	48.b. bis	Tres facultates animal gubernantes.	80.b
Thoracis uitia.	175.a	Triens.	325.a
Thoracem iuuantia.	302.a	τριξιαρις.	171.b
Thoracem mouentes musculi octoginta unus.	55.a	Tripolium.	319.b. & dein.
		Triticæ.	372.a
		Tryphera saracenicæ magna.	329.b. 330.a

INDEX

Tuberculum.	184. a	rim medico considerandum.	
Tumorum præter naturam cõ- sideratio.	182. b. & dein.	Valeriana.	264. a
Tunica testium.	68. b	Vari.	173. a
Tunicarum temperamentum.		Variolæ.	188. a
31. b		Varix.	189. b
Turbatio.	193. b	Vas duplex.	266. b
Turbit.	265. a. 319. a	Vas semen à teste ad usicã de- ferens.	69. b
Tungere humores, quid sit.	118. b	Vasa feminaria.	69. a
Tutia.	292. b	Vasa seminaria muliebria.	71. a
το φάδ νε febris.	162. b	Vasorum apertio.	157. b
τυλλῶδες σῶμα.	76. a	Vehemētia & magnitudo mor- bi, idem.	196. b
τύλλαι.	189. a	Vena arteriosa.	73. b
τύλλαι.	171. a	Vena humeraria seu cephalica.	65. b
τυπαυλα.	180. a	Vena in balneo quibus secãda.	112. a
Typicæ febres.	162. b	Vena paris expers.	65. a
Tyria, Tyrius.	165. a	Vena incidenda, quæ.	113. a. b
V		Venam sæpius per annum inci- dere non expedit.	131. b
VAcinia.	250. a	Venarum sanguis differt non- nihil à sanguine arteriarum	38. b
Vacuatio quæ sit Galeno.		Venarum temperamentum.	31. b
116. a		Venas cõtrarij lateris neque re- uellere neq; deriuare	114. b
Vacuatio per os. 142. b. per na- res.	143. a	Vena iugularis interna.	65. b
Vacuatio simplex.	117. a		
Vacuatio quando partienda.	109. a		
Vacuationis quo genere sit utẽ dum.	147. b		
Vacuationum genera.	108. a		
in Vacuationibus quid genera-			

ALPHABETICVS.

Vena caua supraiecur confiffē tis distributio.	75.a	Vefica.	65.a
Vena portæ distributio.	64.a	Veternus.	166.a
Vena mēfenteriacæ.	63 b	uibices.	189.b
Venenis refiffentium medica- mentorū duplex natura.	310.a	Victus confideratio.	92.b
Veneris ufus qualis effe debeat	145.b. & dein.	& dein.	
Veneri aptum tempus.	146.a	uictus tennis non perpetuo pe- riculofus, nec plenior commo- dus.	93.b
Venerius morbus.	187.a. in princ.	uictus tenuioris & plenioris erratorum inter fe collatio.	92 b
Ventriculus.	62.b	uigilia immodicæ nocent.	105.b
Ventriculi cerebri tres.	76.a	uigor.	195.b
Vētriculi vitia.	176.a. & dein.	uigor morbi in prædicendis iu- dicijs potiffimum dignofcen- dus.	197.a
Ver non eft calidum & humi- dum.	26.b. 27.a	uinctoxicum.	261.a
Ver fanguini mittendo aptiffi- mū.	111.b. & corpori pur- gando.	uinofis & gulæ deditis nō mit- tendus fanguis.	112.b
Veris cibi.	98.a	uires ægri in purgationibus at- tendendæ.	126.b
Verecundia.	148.b	uiride æris.	282.b
Vermicata.	187.b	uirilis ætas.	30.a
Vermiculares excrefcētia.	77.a	uirilū testiiū muscoli duo.	58.b
Vermicularis pulfus.	229.b	uiforij nerui.	77.b
Vernix.	275.b	uitalis facultas.	81.a
Verpus.	50.a	uitalis fpiritus.	87.a. b
Vertebra.	48.a	uitex.	74.a
Verruca.	189.a	uitia capitis.	65.a
Vertigo.	165.b	uitiligo.	187.a
Vefica bilis.	64.a		

INDEX

Vitriolum uiride. 283. b. flauū	usnea	249. a
284. a	uterus.	70. b
uiuerra. 179. b	uterum iuuantia.	303. b
ulcus. 157. b. 182. b. & 190. a	uteri uitia.	182. a
ulna. 49. a	uua.	73. a. 174. a
uncia. 325. b	uuea tunica.	78. b
undimia. 185. a. b	uuea mala.	169. b
unguetorū cōsideratio. 391. a. b	uulnus 157. b. Vuularia. 244. a	
unguentum somniferū. 336. b	X enia.	247. a
unguis. 169. a	Χηρὸς δέλος.	136. b
unguis odoratus. 278. b	Xylaloe.	276. b
ungula caballina. 247. b	Xylobalsamo carent officina.	
unicornis. 279. a	277. b	
uole medie musculus. 56. b	Ξυροδάριον.	170. b
uonica nux. 256. a	ἰατροῦ δὲς humor.	79. a
uomitronis cōsideratio. 128. a. b	ἰδάρις.	171. a
uomicus indicia. 207. a	ἰδαροῦ δὲς tunica.	79. b
uomitum elicentium medica-	ἰδρωα. 187. b.	ἰδρωα. 181. b
mentorū cōsideratio. 257. a. b	ἰδρωα. 179. b.	ἰσχυρὰ. 72. a
urina quid & eius usus. 209. b	ἰατροῦ δὲς 310. a	ἰσχυρὰ. 136. b
urina ubi excipiatur. 65. a	ἰσχυρὰ ulcera.	19. b
urina contemplatio in matula.	ἰσχυρὰ. 169. b	ἰσχυρὰ. 170. a
217. b. & dein.	ἰσχυρὰ. 189. b	ἰσχυρὰ. 172. a
urinae mutationis in sanis tres	ἰσχυρὰ. 189. b	ἰσχυρὰ. 189. b
præcipua causæ. 212. b	ἰσχυρὰs urine 217. b. ἰσχυρὰ. 70. b	
urinae prouocatio. 141. b. in fi.	Z edoaria.	265. a
& 142. a	Zibettum.	281. b
urine pressio. 180. b. quan-	Zingiber conditum.	359. b
titas. 25. b. subsidèria. 222. b	Zopissa.	274. a
urinas mortia. 308. b	Zuccarinum.	282. b
	Zulapiorum cōsideratio. 361. b	
	ζύμα.	47. a

F I N I S.

Das Ringelreißerlein

~~Handwritten text, possibly a title or name, heavily obscured by dark ink blotches.~~

~~Handwritten text, possibly a name or signature, heavily obscured by dark ink blotches.~~

Handwritten text, possibly a name or signature, including the letters 'Z A D' and 'W'.

9

300, -

Heft Nr. 27

